



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

871
1.3
V.3



THE GIFT OF THE
RADCLIFFE COLLEGE ALUMNAE ASSOCIATION
IN THE NAME OF
JAMES BRADSTREET GREENOUGH
NOVEMBER 1902



17680



AL 2
5. 60

9 70
1 —
2 10
1 10
— 90
1 10
1 60
— 90
1 80
1 40
1 —
1 50
2 80
3 40
1 40
— 76
3 20
— 90
5 60
7 40

29. —
2 30
2 60
7 20
2 80
4 80
5 20
1 80
2 80

— 30
— 40
2 —
1 60
5 80
1 40
6 —
9 —
2 —
1 40
9 20

13. —
11 40
6 60
11. —
1 80
3 20
7 —
5 60
10 80

	geb.	geb.	
Enchiridion Elementa ed. Koberger. 5 vll.	24. 60	27. 40	Josephus, Fl., ed. Koster. 6 vo
— Opera ed. Alting Optima ed. Hestery	10 —	11. 20	Isaerus ed. Schalte
— Suppl. Ed. M. Gurtas	5 —	6. 00	Isocrates edd. Benster-Mass. Ed. I
Eudocia, Prael., Grand, ed. Zundelch	4 —	4. 40	3 voll.
Eudocia violatorum ed. Flach	7. 50	8. 20	Itallian opera ed. Herthum. 2 vo
Euripides ed. Ansel. 3 voll. Ed. III	5. 70	7. 20	Jurisprudentia autojustinianar
— Singulas tragedias	—	—	Isiquas ed. Haeubli. Ed. V.
Eusebius ed. Dindorf. 4 voll.	15. —	17. 20	— Index ed. Fabric
Eutropius ed. Heist	—	45. —	— Supplementum
Fabulae Aemilianae ed. Heilm	—	40. 1. 50	— antebadianas qu. supra
— Roman. ed. Alford. Vol. I.	3. 75	4. 20	— Bruns. I. M. 5. — geb. M. 5. 6
Favonii Faloy. de somn. Scis. ed.			II. I. M. 5. — geb. M. 5. 40 II.
Koster	1. 40	1. 80	— appendix I. M. — 80 geb.
Firmicus Mat. edd. Krieh. Stulack. I	4 —	4. 50	— M. I. — II
Florileg. Graec. Sing. Insc. 1/10 Jo			Justinian Institut. ed. Naucke
Florus ed. Nauebach	2. 80	3. 20	— novellae ed. Zacherias. 2 vol
— ed. Heilm. A. Ampelins ed. Wostein	1 —	1. 40	—
Frontinus Strategem. ed. Gundersmann	1. 60	1. 10	—
Fulgentii opera rec. Heilm	4 —	4. 20	—
Galer ed. Heubli. Ed. V	2. 70	3. 20	—
Galen scripta minora. 3 voll.	7. 50	7. —	—
— Insti. logicae ed. Kallstedt.	1. 70	1. 80	Lucan de bello civ. lib. ed. Heubli
— de vita sicut ed. Kallstedt	1. 40	1. 70	Lucianus ed. Jacobus. 3 vll. — 8 ptt.
Gellius ed. Heilm. 3 voll. Ed. II	4. 20	5. 20	Lucretius ed. Beyer. Ed. II
Gemini clem astrorum. ed. Manlius	5 —	6. 60	Lycophron ed. Heubli.
Geoponica ed. Nisch	10 —	10. 80	Lyeurgus ed. Schalte
Georgius Cyprinus ed. Geiser	3 —	3. 80	— ed. Blau. Ed. maior
Germanici Aratae, epigr. ed. Breyer	2 —	2. 40	Lydus ed. Wachsmuth. Ed. II
Gulielm. Rhen. Aldem. ed. Lobmayer	—	80. 1. 50	— de mensib. ed. Wessal.
Hellodorus ed. Geiler	3. 40	2. 80	Lycius Anthol., ed. Heilm. Ed. I
Hermippus dial. edd. Kraffel Vierock	1. 30	2. 20	Lysias ed. Thalheim. Ed. minor
Hierodotus ed. Heilm.	1. 50	1. 00	— Ed. maior
Hierodotus edd. Dittsch. Kadenberg.			Macrobius ed. Gessnerh. Ed. II
3 voll. (= 2 fascis). Ed. II	7. 70	8. 60	Manethon ed. Loomly.
Hierodotus min. ed. Crusius. Ed. II	5. 10	5. 10	Marcellus ed. Heubli
— Ed. III min	2. 40	2. 80	Marci vita s. Zorpyrii
Hieronymus. op. I Suppl. Ed. Schmidt	12. —	13. 20	Martialis ed. Giffert. Ed. II
— II. I edd. Heilm. et Schmidt	6 —	6. 60	Martinianus Cupella ed. Epimenidi
Hieronymus ed. Flach	—	46. —	76
Hieronymus Millesius ed. Flach.	—	75. —	Maximus et Ammon ed. Ludwick
Hierocla Synesidemos ed. Buechardt	1. 20	1. 10	Metrical ser. Gr. ed. Wessphal. Vol. I
Hieronymus de vir. ill. lib. ed. Herding	2. 40	2. 40	Metrologici ser. ed. Heubli. 3 voll.
Hipparchus Bibli. ed. Manlius	4 —	4. 60	Mitridates Felix ed. Baderus
Hippocrates edd. Nitzsch et Heilm.			Musici scriptores Graeci ed. Jan
Vol. I	5. —	5. 70	Suppl. melos ralygulus
Histor. Apollon. Tyrod. Rhen. Ed. II	1. 40	1. 80	Nythogr. Gr. I. Apollod. ed. Wapser
Historiae Augustae ser. ed. Peter			— III. I. Parthen. Antonin. Lib.
3 voll. Ed. II	7. 50	8. 60	— III. I. Eratosthenis Cataz.
Histor. Gr. min. ed. Dindorf. 3 voll.	8. 25	9. 30	Natur. rer. ser. Graeci ed. Keller. I
— Rom. fragm. ed. Peter	4. 80	5. —	Nicophori sponso. hist. ed. de Boer
Howell carm. ed. Dindorf. Ed. IV.			Nicomachus Blemm. ed. Heilmberg
Com. Haegebuschii dissert. Hinc	2. 25	2. 25	Nicomachus ed. Heilm.
— Odyssea.	2. 25	2. 25	Novi Hicoye ed. Knochly. 2 voll.
— Ed. Veit. Hentia. Hinc 1 part.	1. 50	2. 10	— paraphrasis ed. Schenckler
— Odyssea. I partes.	1. 50	2. 30	Odonasah. Crum. Occup. ed. Schobert
— ed. Ludwick. Otyas 2 voll.			Onasandrus ed. Knochly.
— Ed. min. Utrunque vol.	—	75. —	Orosius ed. Sauermeister
— Hincia carmina ed. Knochly.	3 —	3. 00	Ovidius edd. Heubli. Heubli. 4 voll.
Strabon ed. Heilm. Ed. II maior	1 —	1. 40	— Tristia. M. — 45. geb.
— Ed. II minor	—	75. —	— metamorphos. lat. ed. Foltz
Ulysses grammaticus ed. Gemoll.	—	75. —	Palladius ed. Schmidt
Ulysses Historiae ed. Baumister.	—	75. —	Panegyrici Lat. XII ed. Baderus
Ulysses ed. Heilm. Ed. III	2. 15	2. 50	Patr. Nicen. nom. edd. Heilm. ed.
Ulyssis Protrepticos ed. Foltz	1. 80	2. 20	Pausanias ed. Schenckler. 2 voll.
— Mathematica orient. ed. Foltz	1. 80	2. 20	Pelagouli ars veterinaria ed. Jan
— de Wicem. oration. ed. Foltz	2. 40	2. 60	Persius ed. Bernusa

	geh.	geb.		geh.	geb.
	M. S.	M. S.		M. S.	M. S.
Phaedrus ed. Müller	—	80	Sidenius Apollinaris ed. Mohr	4.	—
Philodemi de musica libri ed. Kemke	1.50	2.	Sili Italici Punica ed. Bauer. 2 voll.	4.80	5
— voll. rhet. ed. Sudhaus. 2 voll. Sppl.	11.—	12.60	Simeo Sethus ed. Langkavel	1.80	2
Phloponus de opif. mundi ed. Reichardt	4.—	4.60	Sophocles ed. Dindf.-Mekler. Ed. min.	1.85	1
— de aetern. mundi ed. Rabe.	10.—	10.80	— Ed. maior	1.85	2
Philostrati opera ed. Kayser. 2 voll.	8.25	9.25	[—] Singulae tragoediae	—	80
— imagg. edd. Benndorf et Schenki	2.80	5.30	[—] Scholia vetera ed. Papageorgius	4.80	5
Physiogn. ser. rec. Foerster. 2 voll.	14.—	15.20	Soranus ed. Rose	4.80	5
Pindarus ed. Christ. Ed. II.	1.80	2.80	Statius edd. Kloits, Kollmann. 2 voll.	7.55	9
Plato edd. Hermann-Wohlrab. 6 voll. (= 15 fasc.)	10.50	13.60	— III. Lactant. Plac. ed. Jahnke	8.—	8.
Plautus add. Goets-Schoell. Fasc. I.			Stobael floril. ed. Meineke. Vol. IV	2.40	
Amphitruo. Asinaria. Aulularia	1.50	3.—	— eclogae ed. Meineke. 2 voll.	6.—	7.
— II. Bacch. Capt. Casina	1.20	1.60	Strabo ed. Meineke. 3 voll.	7.80	9.
— III. Cist. Curc. Epidicus	1.—	1.40	Suetonius ed. Roith.	1.50	2.
— IV. *Men. Merc. *Mil. gl.	1.50	2.—	Syrrianus ed. Rabe. 2 voll.	3.20	4.
— V. *Most. Persa. *Poen.	1.50	2.—	Tacitus ed. Halm. 2 voll. Ed. IV	2.40	3.
— VI. *Pseud. *Bud. Stich.	1.50	2.—	— Vol. I. Annales. Uterque fasc.	—	75
— VII. *Trin. Truc. Fragm.	1.50	2.—	— Vol. II. Fasc. I. Historiae	—	75
— Suppl.: de Pl. test. metr.	—	45	— Vol. II. Fasc. II. Germ., Agric., dial.	—	45
Sing. comaed. (*not. — 60. geb. M. — 90; rel.)	—	45	Terentius ed. Fleckeisen. Ed. II	2.10	2.
— ed. Fleckeisen. Vol. I. II.	2.70	—	— Singulae comoediae	—	45
Plilal epistolae ed. Keil.	1.20	1.60	— Ed. I.	1.20	—
— libb. dub. serm. rell. ed. Beck	1.40	1.80	[—] Scholia ed. Schiee	2.—	2.
— nat. hist. ed. Jan-Mayhof. II—VI	22.—	24.70	Testamentum, novum, Graece ed. Buttmann. Ed. V.	2.25	2.
Plinius et Gargillus Mart. ed. Rose	2.70	3.10	Themistius ed. Spengel. 2 voll.	6.—	7.
Plotinus ed. Volkmann. 2 voll.	9.—	10.10	Theodoros Prodromus ed. Hercher	—	50
Plutarchi vitae ec. Sistenis. 5 voll. (= 14 fasc.)	8.40	10.90	Theon Smyrnaeus ed. Hiltel	8.—	3.
— moralia ed. Bernardakis. 7 voll.	28.—	32.20	Theophrastus ed. Wimmer. Vol. III	2.40	
Poet. Lat. min. ed. Baehrens. 6 voll.	30.10	23.40	Theophylacti historiae ed. de Boor	6.—	6.
— Rom. fragm. ed. Baehrens	4.20	4.80	Thiofridi vita Willibr. ed. Rosberg	1.80	2.
— Latin. eclogae ed. Brandt	1.—	1.40	Thucydides ed. Boehme. 2 voll.	2.40	3.
— Graec. eclogae ed. Stadtmüller	2.70	3.20	Tibullus ed. Müller.	—	30
— Anth. a. rom. Dicht. v. Mann	—	60	Tryphiodorus et Colluthus ed. Weinberger	1.40	1.
Polemon ed. Hinck	1.—	1.40	Ulpianus ed. Huschke. Ed. V.	—	75
Polyaenus edd. Wölflin-Meibler. Ed. II	7.50	8.—	Valerius Flaccus ed. Baehrens	1.50	2.—
Polyblus edd. Büttner-Dindorf 3 voll.	10.80	12.60	Valerius Iulius, ed. Kuebler	2.70	3.20
Pomponius Mela rec. Frick	1.20	1.60	Valerius Maximus ed. Kempf	4.50	5.—
Porphyria ed. Meyer	4.20	4.80	Varronis rer. rustico. libb. ed. Keil	1.50	2.—
Porphyrii opp. sel. ed. Nauck. Ed. II	8.—	3.50	Vegetius ed. Lang. Ed. II	3.90	4.40
Priscianus, Theodorus, ed. Rose	5.—	5.60	Velleius Paternulus ed. Haase	—	60
Proclus ed. Friedlein	6.75	7.30	— ed. Halm	1.—	1.40
— ed. Kroll. Vol. I	5.—	5.60	Vergilius Maro ed. Ribbeck. Ed. II	1.50	2.—
— Vol. II.	8.—	8.60	— Bucolica et Georgica	—	45
Propertius ed. Müller	—	60	— Aeneis	—	90
Ptolemael, Cl., opera. I. Syntax.			— ed. Gütting. 2 voll. Vol. I	—	45
— math. ed. Heiberg. P. I.	8.—	8.60	— Bucolica et Georgica	—	45
Quintilian inst. ed. Bonnell. 2 voll.	2.40	3.25	— Vol. II. Aeneis	—	90
— lib. X ed. Halm	—	30	Virgilius gramm. ed. Huemer	2.40	2.80
— declamationes ed. Ritter	4.80	5.40	Viror. clar. ep. ed. Weber	2.40	2.80
Quintus Smyrn. ed. Zimmermann	3.60	4.20	Vitae sanct. IX metr. ed. Harster.	3.—	3.50
Rhetores Graeci ed. Spengel. 3 voll.	9.60	—	Vitruvii de architectura libri X.		
Ruhnkeni elog. Hemsterh.	—	45	— Iterum ed. V. Rose	5.—	5.60
Satullius Namatianus ed. Müller	—	75	Xenophonitis expeditio Cyri ed. Gemoll. Ed. min.	—	75
Sallustius ed. Eussner	—	45	— ed. Gemoll. Ed. maior	1.20	1.60
Scaen. Rom. poes. frgm. ed. Ribbeck.			— hist. Graeca ed. Keller. Ed. min.	—	90
— Ed. III. 2 voll.	9.—	10.20	— institutio Cyri ed. Hug. Ed. minor M. — 90. geb. M. 1.30. Ed. maior	1.50	2.—
Scribonii Largi comp. ed. Helmreich	1.80	2.20	— commentaril. ed. Gilbert. Ed. min.	1.—	1.40
Senecae opp. philos. ed. Haase. 3 voll.	8.10	10.—	— M. — 45. geb. M. — 75. Ed. maior	1.—	1.40
— (I. 2) de benef. de clem. ed. Hoisius	2.40	2.80	— scripta min. ed. Dindorf. 2 fasc.	1.85	2.10
— (III) epistulae ed. Hense	5.60	6.20	Zacharias Rhetor, Kirchengesch. v. Ahrens u. Krüger	10.—	10.80
— scripta rhetor. ed. Kießling	4.50	5.—	Zonaras ed. Dindorf. 6 voll.	19.50	22.90
— s ed. Heiberg	5.—	5.50			



P. PAPINIVS STATIVS

VOL. III

LACTANTII PLACIDI

QVI DICITVR

COMMENTARIOS IN STATII THEBAIDA

ET

COMMENTARIVM IN ACHILLEIDA

RECENSIVIT

RICARDVS JAHNKE



LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

MDCCCXCVIII

LACTANTII PLACIDI

QVI DICITVR

COMMENTARIOS IN STATII THEBAIDA

ET

COMMENTARIVM IN ACHILLEIDA

RECENSUIT

RICARDVS JAHNKE



LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

MDCCCXCVIII

17680

James Bradstreet Greenough gift.

871

55

1.3

v.3

HERMANNO · VSENER

L · M



PRAEFATIO.

Praefanti mihi hunc librum maxime id agendum uideatur, ne quis nimium expectet. nam quamquam hos commentarios edendos abhinc sex fere annos suscepi, tamen quod mihi proposueram ut perfecerim, tantum abest, ut saepissime muneris aliisque officiis obrutus de opere perficiendo desperauerim. reuera hic liber nunquam confectus esset, nisi satis habuissem fundamentum iecisse, quo nixos alios plura inuestigaturos esse spero. nolui igitur aut omnes illos codices perlustrare, quibus horum commentariorum partes maiores uel minores continentur, aut illos, quorum marginibus haec scholia fere omnia adiectis nouis adscripta sunt. sed ad textum restituendum eos tantum adhibui libros, quibus soli commentarii traduntur. qui sunt codex Monacensis 19482 (**M**) et Parisini 8063 (**Pa**) et 8064 (**Pb**).

Codex Monacensis 19482, quem benigne transmissum Confluentiae contuli, in Philologi uol. XXIV p. 156 a Woelfflino laudatur.

Codicem Parisinum 8063, quem Kohlmannus in Philologi uol. XXXIII p. 129 sq. descripsit, ut Parisiis compararem, contigit mihi Vseneri magna erga me beneuolentia anno h. s. nonagesimo tertio.

Codicem Parisinum 8064, qui eodem loco quo prior descriptus est, in hac urbe Elberfeldensi contuli.

Praeter hos codices librum (**L**) adhibui, cui titulus hic est: 'Papinii Surculi Statii opera quae extant. Placidi

Lactantii in Thebaida et Achilleida commentarius. Ex Bibliotheca Fr. Pithoei. J. C. Collatis MSS, ueteribusque exemplaribus, recensuit; partim nunc primum edidit, Fr. Tiliobroga Parisiis, Ex officina Plantiniana, Apud Hadrianum Perier, uia Jacobaea. M.D.C.' de codicibus, quibus usus sit, Tiliobroga in praefatione ipse haec affert: 'Lactantium ex Fr. Pithoei I. C. bibliotheca collatum habui, in quibusdam adiutus sum exemplari MS. Regio; sed quod integritate cedebat Pitheano'. qui fuerint hi codices, pro certo dicere non audeo, sed eos cum **Pa** et **Pb** codicibus summa coniunctos esse affinitate concedet, qui uarias lectiones percensuerit.

Horum fontium purissimum esse **M** codicem tam manifestum est, ut demonstrare supersedeam. hunc autem, quem potissimum secutus sum, non solum a me ipso collatum habebam, sed etiam ab Edmundo Kelter Hamburgensi, qui schedas suas benigne mihi tradiderat. praeterea Ricardus Klotz Treptouiensis apparatus critici lectiones cum eiusdem libri collatione, quam olim confecerat, accuratissime comparauit.

Nec tamen, quamquam libros quos dixi imprimis adhibendos esse putabam, alios fontes, qui quidem mihi suppeditarent, neglexi uelut codicem Monacensem 6396 (de quo conf. Philol. uol. XXIV p. 156), codicem Bambergensis M IV 11 (cf. eundem locum), codicem Gudianum 54, quorum lectiones idem Edmundus Kelter mecum communicauerat. ex quibus libris codex Monacensis 6396 eadem fere praebet, quae Monacensis 19482. codicem Casselanum Mscr. poet. fol. 8, in quo scholia leguntur a I 688 usque ad II 109, a Georgio Wissowa olim collatum ut adhiberem, benigne mihi permiserat Ricardus Klotz. ipse uero codicem Parisinum 10317 (**Pc**) — de quo conf. Philol. uol. XXXIII p. 130 sq. — quibusdam quidem locis comparauit. ne totum codicem perlustrarem, temporis breuitate impeditus sum, id quod eo magis doleo, quod hunc librum etiam ad Statii carmina emendanda summo usui esse mihi persuasi.

Praeter haec instrumenta praesto mihi fuerunt ex bibliotheca Bonnensi liberalissime credita ea, quae Philippus Kohlmann praematura morte absumptus reliquit. qui uir summa doctrina diligentiaque instructus postquam Statii Thebaida et Achilleida edidit, hos quoque commentarios edendos sibi proposuerat nec non tres priores commentariorum libros iam apparatu critico ornauerat. his aliisque ab eo relictis, quae Vsenero auctore bibliothecae Bonnensis facta sunt, quibus locis usus sim, accurate significauit. pro fundamento autem editionis ea non habui, quoniam Kohlmannum, qui codices non totos comparauisset, commentarios alia ratione editurum fuisse uerisimile est atque mihi ipsi uidebatur.

Mihi quidem id summopere agendum uisum est, ut tandem aliquando denuo horum commentariorum contextum proferrem, qualis antiquitus sub Lactantii Placidi nomine tradebatur. quae uero partes antiquissimae sint, quae postea quibusque temporibus additae sint, discernere ausus non sum. at quas partes compluribus de causis nouissime additas putabam, uncis seclusi, quamquam multo plura secludenda esse non ignoro. de his quidem rebus diiudicari posse spero, si omnium codicum Statianorum scholia cum his commentariis comparata erunt. tum fortasse etiam perspicietur, quis fuerit Lactantius ille Placidus quoue tempore uixerit, num commentarius in Achilleida, qui in **L** et **M** libris solis traditur, ab eodem auctore scriptus sit atque in Thebaida, quae ratio intercedat inter haec scholia aliosque rerum mythicarum scriptores, alia. ipse hoc quidem loco de his rebus agere nolui, sed postea alio loco me acturum esse spero. satis igitur habui tabulam addidisse locorum, qui aliquomodo cum Mythographis Vaticanis consentiunt. Seruianorum locorum tabulam addere omisi, quandoquidem Ricardum Klotz hanc rem tractaturum esse scio. In indicem neque ea nomina recepi, quae ex ipsius Statii carminibus exscripta sunt, neque quae in uersibus qui laudantur sunt commemorata. in scribendis autem nominibus ea usus sum ratione, ut non ad ueram formam

recederem, sed eam restituere studerem, quam a commentariorum auctore scriptam esse credebam. quodsi in uocabulis scribendis non semper mihi constiti, ueniam mihi dabit, qui, per quantum temporis spatium huic libro edendo operam dederim, considerauerit.

Restat, ut gratias agam quam maximas uiris doctis, qui in elaboranda hac editione re atque consilio me adiuerunt: Edmundo Kelter, qui collationes accuratissime factas mihi concessit, Ricardo Klotz, qui etiam in corrigendis plagulis mihi auxiliatus est, Friderico Vollmer, qui denuo officiosissimum in me amicum se praestitit. summas uero gratias ago Hermanno Vsener, cuius liberalitate adiutus Lutetiae Parisiorum uersatus sum. a quo, ut hunc librum pietatis documentum accipiat, peto pio gratoque animo.

Scribebam Elberfeldae mense Iulio anni MDCCCXCVIII.

COMMENTARII IN THEBAIDA

- M** codex Monacensis 19482.
Pa codex Parisinus 8063.
Pb codex Parisinus 8064.
P horum librorum consensus.
Pc codex Parisinus 10317.
L Tiliobrogae liber.
Lc coniecturae Tiliobrogae.
Lm codices manuscripti a Tiliobroga laudati.
Bamb. codex Bambergensis M IV 11.
Cassel. codex Casselanus Mscr. poet. fol. 8.
Gudian. codex Gudianus 54.
Mon. codex Monacensis 6396.
-

COMMENTARIVS IN LIBRVM I.

- 1 FRATERNAS ACIES ALTERNAQVE REGNA PROFANIS DE- Lind. p. 1
 CERTATA ODIIS quia pacti erant fratres, ut mutuis annis
 regnarent et sibi inuicem succederent. hoc dicit: narra-
 5 mus gesta certamina causa regnorum. ALTERNA ut pla-
 cuerat, non ut possessa sunt. PROFANIS quia per eos
 uiolata sunt iura naturae, et bene profanis, quia nefas
 erat germanos odia retinere, ergo execrabilibus, contra
 naturam sumptis.
- 10 2 SONTESQVE E. T. uel propter bella praesentia uel
 propter Oedipoden, quia cum matre concubuit.
- 3 PIERIVS Musicus. VNDE IVBETIS IRE DEAE quia
 multa sunt principia Thebanae historiae, unde possimus
 inchoare narrationem.
- 15 5 SIDONIOS RAPTUS Europam dicit, quam Iuppiter ra-
 puit et uitiauit. ET INEXORABILE PACTVM L. A. iusserat
 enim Cadmo filio suo Agenor, quem ad requirendam filiam
 Europam miserat, ut non nisi inuenta sorore rediret ad
 patrem.
- 20 7 TREPIDVM SI | MARTIS o. quia Cadmus Europam quae- Lind. p. 2
 rens uenit ad ea loca, in quibus post Thebae constructae
 sunt, ubi inuento dracone qui Marti consecratus erat et
 eo perempto dentes draconis seuit, unde terrigenae nati

1 DECERTATA ODIIS om. LP || 6 sint Pa fuerant LPb || 8 ger-
 manis Pb || 10 E. T. om. LP | 11 Oedipodem Pa | qui LPa ||
 12 PIERIVS Musicus sequitur post narrationem M | Piericus Pb ||
 13 sunt om. Pa | possemus P || 16 et uitiauit om. Pb | L. A. om.
 LP || 17 quaerendam P || 20 o. om. LP || 21 in quibus] ubi Pb ||
 22 consecratus Pb || 23 terrigine Pb

sunt, qui se mutuis vulneribus peremerunt. ergo Martis operti id est pugnae terrigenarum latentis. TREPIDVM AGRICOLAM Cadmum.

10 IVSSERIT AMPHION T. A. M. hic Iouis filius fuit uel ut alii dicunt Mercurii. cuius lyra accepta canens muros Thebanos dicitur constituisse, ut eius cantu spontanea se saxa muris imponerent. unde Virgilius <ecl. II 23 sq.>: 'canto quae solitus, si quando armenta uocabat, Amphion Dircaeus' et alibi Statius <Theb. II 454 sq.>: 'aut triplices alio tibi carmine muros Amphion'. TYRIOS ACCEDERE 10 MONTES *ἐμπαρινῶς* dixit montes pro saxis.

11 VNDE GRAVES IRAE C. I. M. B. Pentheus aspernabatur Liberi patris mysteria. iratus Liber furorem eius matri immisit, quae armata furore Pentheum filium necauit. et bene dixit cognata. Agaue enim, Semele, Autonoe, Ino 15 sorores fuerunt Thebae.

12 QVOD SAEVAE IVNONIS OPVS Iuno dum uideret a Ioue Semelen diligi, in aniculam uersa est decoratam. dolium meditans Semeles limen ingressa est, cui ita locuta est: Si te, ut perhibent, integre amat Iuppiter, hoc ab eo 20 impetra, ut talis ad te ueniat, qualis Iunoni solet uideri. quae ita inducta Iouem rogauit. qui cum negaret et diceret aspectum dei nullo modo ferre posse mortalem, tandem promisit tali se habitu ad eam esse uenturum, quali

4 IVSSERAT L *corr. in* IVSSERIT M | T. A. M. om. LP | filius Iouis LP | uel] conieci ut Pb om. LMPa || 6 constituisse LmM construxisse LP || 7 muris LPb humeris MPa | unde . . . Amphion³ *leguntur post* TYRIOS . . . saxis MP || 8 amphion ductus Pb || 10 alio] o. M odio LP || 11 MONTES om. Pa | emphasticos Pb enfasticos Pa enfaticos M | montes pro saxis om. M || 12 C. I. M. B. om. LP || 13 Liber] ergo LPa om. add. M | eius furorem P *transpos. corr.* M ei furorem L | matris Pb || 14 vocauit Pa || 15 agauen. semelen. autoen M || 18 semelē Pa | est om. L | iuno decoratam MPb luna decorata Lm | decoratam *illud in suspicione mihi est. latetne. dedecoratam decoctam decrepitam tale quid?* luna decima orta Vnger. | domum LmM || 19 meditaris M || 22 ita om. LP ///ita M | indocta *corr. in* inducta M | rogauit] cognouit Pb || 23 posse ferre L || 24 promittit Pb

ad Iunonem consuevit. qui cum uenisset cum fulmine, Semele sustinere non potuit et obiit. Iuppiter uero aperto eius uelocissime utero Liberum patrem aperto femore addidisse dicitur, ut expletis nouem mensibus legitime nasceretur. CUI SVMPSERIT ARCVM INFELIX ATHAMAS Leucothea, quae et Ino, Liberi patris nutrix fuisse dicitur. huius marito Athamanti talem furorem Iuno immisit, ut filios suos uellet occidere, sperans quod Liberum patrem inuenire posset et simili sorte perimeret. qui Athamas unum filium suum Learchum arcu uel sagittis exstinxit. Leucothea uero, ubi maritum suum furere conspexit, cum Palaemone filio suo se dedit in mare. quae postmodum in marinam deam conuersa est et uocatur Mater Matuta, filius eius deus Portunus. unde Virgilius <Aen. V 241sq.>: 'manu magna Portunus euntem impulit'.

14 IONIVM quod se in Ionio mari Leucothea praecipitauerit.

15 GEMITVS ET PROSPERA id est infelicitates et felicitates Cadmi reticeo. Lind. p. 3

16 LIMES MIHI principium et finis dicitur limes.

17 CONFVSA DOMVS quia idem filius et maritus, eadem mater et uxor, iidem filii qui nepotes.

18 SPERARE TRIUMPHOS ideo Graeca bella scribo, quia Latina non possum.

19 BISQVE IVGO RHENVM B. A. L. I. per fluum gentem Gallorum bis a Vespasiano uictam ostendit.

20 ET CONIVRATO contra nos scilicet.

22 BELLA IOVIS pugnam quam in Capitolio Domitianus

3 aperto *delendum est* Lc | femori LP | addidisse MP ||
 4 fertur Pb || 5 sumpserat Pa | arcus Pa | leucothoea Pa leucothoe LPb || 6 et om. L || 7 inmisit *sic fere semper* M || 8 sperans qui Pb || 9 possit M | perimere? || 10 suum filium Pa | learchum P || 12 filio om. Pa || 13 matri Pb | Matuta] naturae Pa ||
 14 Portunus L || 15 magna manu Pa | impulit om. P || 16 precipitauit Pb || 18 id est om. Pb | et felicitates om. L || 20 *schol. deest* Pb || 22 ///idē M idem Pa | filii et nepotes Pb || 23 bella Graeca LPb || 25 B. A. L. I. om. LP || 27 et om. MP

gessit, quando patrem suum Vespasianum obsessum a Vitellio liberauit. ergo Vespasiano imperatori sui temporis adulator. DECVS ADDITE FAMAE Titum Domitianum, filium Vespasiani, dicit.

23 SVBEVNTM EXORSA PARENTIS ad imitationem patris. 5

24 LICET ARCTIOR quamuis densentur astra, dum spatiosus tibi locus paretur in caelo. licet omnes stellae se contrahant, ut tibi locum faciant quem uolueris, licet Sol te magis uelit diei implere curricula quam se et tibi suum cedat officium aut tecum Iuppiter aequa parte 10 caelum partiri desideret: tamen melius tibi erit terrae regnare quam caelo, et sis terrae uel maris dominus et superis caeleste dones imperium.

25 PLAGA L. C. hoc est orientalis.

26 BOREAEQVE septentrionalis. ET HYLICI FVLMINIS 15 E. quia fulmen, quicquid percusserit, hiare facit. expers uero australem partem dicit, quia semper fulmine caret.

27 SOLLICITET tuo scilicet amore. LICET IGNIPEDVM FRENATOR EQVORVM id est Sol licet tibi cedat suam potestatem et tradat tibi currus suos. ut Lucanus <I 48>: 20 'seu te flammigeros Phoebi conscendere currus'.

28 RADIANTEM CRINIBVS ARCVM circulum in quo sol suos cursus explet, quia ueluti arcus uidetur, quod sol ab oriente nascens usque in occidentalem partem desinit.

31 ET SIDERA DONES concedas numinibus uel locis 25 suis esse sinas.

32 [PIERIO Musico.] OESTRO instinctu, stimulo, quem

Lind. p. 4

5 admirationem L || 6 quamuis . . . in caelo om. Pb || 9 uelit te magis LPa | implere diei L | curriculo Pa || 10 cedat officium suum L | suum om. Pa | credat Mon. | tecum] cum MP || 11 terrae] terra L terra//// M || 14 L. C. om. LP || 15 Boreae MP | ET om. MP | FVLMINIS om. Pb || 16 E. om. LP || 17 ^o v supra rasuram add. M || 18 scilicet tuo Pb | LICET om. MP || 21 curros MPa | p. c. LP || 22 a. arcum M | ARCVM circulum om. Pb || 23 exercet cursus suos Pb || 24 nascens om. Pb | occidentem Pb || 25 schol. in contextu om. in marg. inf. suppl. M | donas Pb || 27 PIERIO Musico om. M | instinctū Pb

Romani asilum dicunt, Graeci oestrum. [alii dicunt, quod fons isto nomine sit apud Siculos, ubi Musae coluntur.]

33 NVNC TENDO CHELYN citharam. Graece enim χέλυν testudo dicitur, cuius neruis sonantibus Apollo uel Mercurius citharam dicitur inuenisse. nunc hoc dicit: se adhuc Romana bella scribere non posse, nisi tunc cum maior pectore Phoebus aduenerit. SATIS sufficienter.

ARMA REFERRE AONIA Thebana, ab Aone rege, filio Neptuni, uel a monte Boeotiae. nam ipsa est Aonia, quae et Boeotia, 10 quae et Thebae.

34 ET GEMINIS SCEPTVM E. T. Eteoclis et Polynicis.

35 NEC FVRIIS POST F. M. ut Lucanus <I 551 sq.>: 'scinditur in partes geminoque c. s. T. i. r.' hunc autem sensum in duodecimo libro calcatus exsequitur.

15 37 ET EGESTAS euacuatas, populis exspoliatas. ALTERNIS MORTIBVS Thebani et Argiui. <VRBES> ciuitates id est Thebas et Argos.

38 CVM RVBVI infecta est.

40 ISMENON fluuius.

20 41 QVEM PRIVS HEROVM ad inuocationem redit poeta. interrogatiue quaerit a Musa, quem uelit a se primum heroum describi. figura διαπόρῃσις id est addubitatio.

1 asylum LM | dicunt om. Pb | oestrum uocant Pb | alii . . . coluntur post u. 33 Thebae posuit Kohlm. | quod om. Pb || 2 apud siculos sit isto nomine Pb | hoc nomine L || 3 NVNC om. L | chelin Pa chelim Pb c. chelin M | chelon MP || 4 Apollo om. Pb | uel Mercurius om. LM || 5 inuenisse dicitur Pb || 6 romana bella adhuc Pb || 7 SATIS sufficienter om. Pa || 9 boetie sic fere semper libri | nam om. M | ē////aonia M || 11 ET om. MP | geminum Pa | E. T. om. LP || 12 F. M. om. LP || 13 geminoque cis. t. i. r. LMPa geminoque cis. t. i. & Pb || 14 calcatus M superscr. al. m. enucleatus || 15 ET om. M | populis exspoliatas om. M | spoliatas Pb || 16 thebanorum L thebarum P | argiui corr. in argiuorum M argiuorum LP | VRBES suppl. Grotius || 17 id est] uelut L uel Pa | et] uel L || scholia 38 et 40 secuntur in libris post laudibus || 18 id est infecta est L || 19 hismen Pa hic menon Pb Hismenon L | fluuius est L || 20 eorum Pa | ad interrogationem Pb || 21 ex Musa LP || 22 eorum P | diaporis MPa dyaporosis Pb | ////dubitatio M

ut Horatius <car. I 12, 13 sq.>: 'quid prius dicam solitis parentis laudibus'. IMMODOVICVM IRAE T. Tydeus Oenei et Euriboeae filius, gener Adrasti. et bene immodicum irae, quia auctoris suae necis cerebro dicitur immoriens pastus. 5

42 LAVRIGERI S. A. V. H. Amphiarum Lyncei et Hypermenestrae filium dicit, qui hiatu terrae, dum curru dimicaret, absumptus est. quem laurigerum dixit eo quod Apollinis esset antistes.

43 VRGET ET HOSTILEM PROPELLENS CAEDIBVS AMNEM 10 TVRBIDVS HIPPOMEDON compellit ad scribendum.

44 HIPPOMEDON Nesimachi et Nasicae filius. qui, dum in Ismeneta fluuio dimicaret, exstinctus est. PLORANDAQVE BELLA P. miseratione digna et in puerili aetate praesumpta. bella Parthenopaei, Meleagri et Atalantes 15 filii, dicit.

45 ALIO CAPANEVS HORRORE C. bene alio horrore, maiore impetu dictionis. ut ipse alibi <Theb. V 585> de Capaneo 'grauioraque tela mereri'. Capaneus, ut alii putant, Hippotae et Astynomiae filius. 20

46 IMPIA IAM MERITA S. L. D. merito impia. dextra parricidae bene merita, quae uindicauit.

2 T. om. LP || 3 euriboe MPa || 4 dicitur om. M || 5 moriens LPb || 6 A. V. H. om. Pa subito an Pb hoc est L | Amphiarai LPa | Lyncaei L | Hipermenestrae L || 7 dicitur quia Pb || 11 HIPP. om. P || 12 nessimaci MP | nessice Pb | filiū M dicit add. man. 2 || 13 in om. Pb | Ismeneta corrigere nolui. Hismeneta L ismenonta MPb ismeñta Pa ismenone al. ismenonta Lm cf. Vnger. p. 21 sq. || 14 P. om. LP | miseratione ... bella om. Pb | pueri corr. in puerili M || 15 Parthenoi L parthenone Pa parthonopei Pb | atalantis MPa atlantis Pb || 16 dicit] pici Pb || 17 c. om. L ca. Pb | honore M || 18 in spectu corr. in in p&u man. 2 M || 19 grauioraque ... Capaneus om. M | magis ut M || 20 ippote MPa | astinomeae Mon. Astimoniae L astinonie M astimone P cf. Vnger. p. 22 | Hipponoi et Astimones Lm | filio MP || 21 MERITA om. L | S. L. D. om. LP | dextera MPa || 22 uindicauit Pb indicauit Pa

47 MERSERAT A. D. N. P. O. absconderat pudorem. omnis enim uerecundia de aspectu est.

49 ILLVM INDVLGENTEM operam dantem. ut Virgilius <Aen. IX 165>: 'indulgent uino'.

51 CIRCVMVOLAT ALIS SAEVA DIES ANIMI lux conscientiae atque Furiarum. nam quamuis caecus esset, facinorosa conscientia arguente cernebat.

55 PVLSAT INANE SOLVM bene inania Tartara, ut Virgilius <Aen. VI 269>: 'perque domos Ditis uacuas et inania regna'.

56 DI SONTES ANIMAS ANGVSTAQVE TARTARA POENIS Q. R. Lind. p. 5 in hac prece orantis artem et ordinem seruat. primo meritum suum memorat, cum dicit <u. 60>: 'si bene quid merui', exponit iniuriam <u. 74>: 'orbum uisu regnisque carentem', uindictam quaerit <u. 80 sq.>: 'tu saltem, debita uindex, huc ades e. t. i. p. o. n.'. angusta autem Tartara merito, quippe cum scelera sobolis suae Eteoclis et Polynicis poenarum numerum uincant.

57 TVQVE VMBRIFERO STYX LIVIDA FVNDQ [nihil omnino apud superiores cernere hoc est reuera Stygem uidere. Styx liuida] id est nigra, ut Virgilius <Aen. VII 687>: 'liuentis plumbi'. unde et liuidos dixere inuidos id est nigros, ut Horatius <sat. I 4, 85>: 'hic niger est, hunc tu, Romane, caueto'.

58 QVAM VIDEO paene oxymoron. quid enim caecus uidet? sed tenebras se uidere credit. nihil enim apud superiores uidere hoc est reuera Stygem uidere.

59 PERVERSAQVE VOTA s. id est mala, quae opto,

1 A. D. N. P. O. om. LP || 11 Dii LP | POENIS om. P | Q. R. om. LP || 14 merui etc. L || 15 parentem MPa | Tu] cum Pb || 16 e. t. i. p. o. n.] &c L et Pa &t Pb || 17 subolis Pa | Eteoclis et Polynicis om. M || 19 LIVIDA om. Pa | FVNDQ om. LPa | nihil ... liuida om. LPb || 20 reuera est Pa || 22 dixisse Pb | id est] et L | scribere malim inuidos dixere liuidos uel nigros | ut] unde Pb || 23 Horatius om. Pb || 25 eximeron MPb oximeron asperum uel accutum Pa || 26 uidere se M | nihil ... Stygem uidere om. MP || 28 s. om. LP

comple. [quia pater filiis imprecabatur. nam ipsi sunt secunda, quae sunt aduersa felicibus.]

60 SI BENE QUID MERVI se increpat, [condemnat oracula] quia non contentus generis falsitate responsa consuluit. nam ei cautio diuinationis fuit occasio paricidii. 5

61 ET TRAIECTVM VVLNERE PLANTAS responderat oraculum Laio, quod a filio suo posset occidi. unde natum Oedipum iussit proici transfixis cruribus. harum omnium seriem fabularum in argumento digessimus.

62 CIRRHAEA ista enim ciuitas iuxta Parnasum est 10 montem, qui in duo iuga diuiditur, in Heliconem et Cithaeronem. BICORNI id est bicipiti Parnaso, ut Persius <prol. 2 sq.>: 'nec in bicipiti somniasse Parnaso memini'. item Lucanus <V 78>: 'unoque iugo, Parnase, latebas'.

64 POLYBO rex Phocidis fuit, qui Oedipum pro filio 15 suo aluit. TRIFIDAEQVE IN PHOCIDOS uel propter tria promunturia, quae sunt ibi, uel quia in confinio regionum ipsa ciuitas est sita, uel quia habet tres uias, quae post multa spatia in unam se iungunt plateam. ideo ait trifidae. 20

65 LONGAEVVM IMPLICVI REGEM bene regem, hoc enim solum paricidii tempore recognouit.

66 SI SPHINGOS INIQVAE CALLIDVS A. T. P. R. callidus non ignarus: si Sphingos uideor soluisse ambages, o Furia,

1 comple^{ll} M compleri LP | quae secuntur, mendosa sunt. fortasse suppleri debet peruersa et pro quia scribi oportet quae. is uero qui nam . . . felicibus scripsit, secunda imperatiuum qui comple uocabulo declaratur male intellexisse uidetur. denique pro felicibus exspectamus filiis || 2 uersa Pb || 4 qui MPb | contemptus Pa | consuluit] contempsit LM || 5 caucio M causa LP | causa paricidū Pb || 6 ET om. MP || 7 lai MP || 8 proici om. Pb | trasfixis cruribus perditum iri Pb || 11 montem est L || 13 Parnasso sompniasse Pa | memini me Pb m. m. M || 14 item . . . latebas om. M | parnasse latebras Pa || 15 POLYBO Polybus L | fuit om. Pa || 16 TRIFIDAE L | TRIFIDAEQVE . . . trifidae om. M || 17 promontoria L promuntoria P | uel quae in confinio Pa || 19 iungant LPa || 22 cognouit LP || 23 SPHYNGOS L spingos MPb | iniq̄ Pa | A. T. P. R. callidus om. LP || 24 si om. MPb sis Pa.

ut bene de te merito parricidae tuó incestum praemium
dares. dicta Sphinx, quod ita stringeret homines suis
quaestionibus, ut se expedire non possent — nam Graece
σφίγγειν constringere dicitur uel uincire — quod quasi
5 omnium mentes suis propositionibus ligaret. Sphinx mon-
strum erat alas et unguis habens in similitudinem Har-
pyiarum, quod insidens scopulo uiae imminente insolubilia
aenigmata transeuntibus proponebat. quae cum soluere
non possent, ex improviso ueniens alis et unguibus ad se
10 in rupem trahebat. cuius locutionis ambages Oedipodes
sua calliditate soluit. quod factum beneficio Furiae im-
putat. alii dicunt, quod Sphinx simia uillosa sit, quod
hoc loco non congruit.

69 CONVBIVM concubitum matris dulces furias dixit.
15 et bene totum, etiam quod ignarus admisit, imputat Furiae,
ut beneficiorum assiduitate suffulta tamquam suum sibi
uindicet parricidam. GAVISVS INII hic uis | sceleris con- Lind. p. 6
scientia probatur admissi, quod tali conubio sit gavisus.

70 SAEPE TVLI facile enim purgatur, quicquid semel
20 uel casu committitur.

71 MOX AUIDVS POENAE DIGITIS CAEDENTIBVS VLTRO
INCVBVI id est festinaui edere de me ipse supplicium, ne
ulterius tanta scelera celarem. nam cum caederent digiti,
poenae magis quam mortis auidus pronus incubui. nam
25 desiderasse mortem hoc fuerat fugisse supplicium.

73 EXAVDI SI DIGNA PRECOR QVAEQVE IPSA FVRENTI
id est quae tu suadere potuisti. Furiarum est enim semper

1 ut t tu M | parricide tuo merito MP || 2 dicta Sphinx ...
congruit om. M || 3 posset Pb || 4 σφίγγειν] sphinx Pb spinx
Pa | stringere Pb | uel om. Pb | uinculum P || 6 harpyiarum L
harpitarum Pa arpiarum Pb || 8 preponebat Pb || 10 rupe Pb ||
11 sed hoc factum Pb || 12 sed hoc loco Pa || 14 CONVBIVM L
Connubium Pb || 15 que corr. in qd M | inputat M || 16 tan-
quam L || 17 iudicet Pb | INII om. L ini P id est in rasura M |
huius sceleris admissi Pb || 18 probatum Pb | qui corr. in
qd M | connubio Pb || 21 CAEDENTIBVS om. P || 22 INCVBVI om. M |
festinaui ... digiti om. Lm || 24 hoc f. pronus Pb || 26 QVAEQVE
IPSA om. M | FVRENTI om. L M furentem Pb s. Pa || 27 enim est L

suadere crudelia. ut Virgilius <Aen. VII 335>: 'tu potes unanimos armare in proelia fratres'.

74 ORBVM VISV REGNISQVE PARENTEM NON REGERE id est orbatum regnis et uisu non regere ut caecum.

76 QVOS GENVI QVOCVMQVE TORO licet sint de incesto 5 progeniti.

80 IGNAVVS GENITOR uel cum sacrilegio optat audiri. ut Virgilius <Aen. II 326>: 'ferus omnia Iuppiter Argos'.

TV SALTEM DEBITA VINDEX ut Virgilius <Aen. XII 646 sq.>: 'vos o mihi manes este boni, quoniam superis auersa 10 uoluntas'.

81 HVC ADES ET TOTOS IN POENAM ORDIRE NEPOTES ordire dispone. hoc est: perseguere genus meum omne usque ad nepotes. notandum sane quod totos pro omnibus dicit. cum numerum significare uolumus, omnes dici- 15 mus, cum corpus, totum. usurpatiuè tamen poeta posuit totos pro omnibus. ut Virgilius <Aen. I 185>: 'hos tota armenta secuntur', et econtra pro toto omne ut <Aen. II 750 sq.>: 'omnemque reuertit per Troiam' atque <Aen. III 3>: 'omnis humo fumat Neptunia Troia'. 20

82 INDVE QVOD MADIDVM TABO indue liberis meis diadema, quod ego Laio abripui cruore pollutum.

84 I MEDIA IN FRATRES signum est discordiae. ut Virgilius <Aen. I 348>: 'quos inter medius uenit furor'.

85 DISSILIANI multi 'dissiciant' legunt. est autem 25

1 ut om. L | potens Pa || 2 unanimes L unanimes P | unanimos p. n. r. M || 3 VISV] iussum Pb | CARENTEM L || 4 regnare M corr. in regere man. 2 | ut caecum om. M add. man. 2 || 5 THORO L | de incerto M de sceto Pb || 8 ut . . . SALTEM om. Pa || 9 DEBITA VINDEX om. LPa || 10 mihi om. Pb || 12 im-poena Pb | NEPOTES om. P || 13 ordire om. LP | dispone om. Pb | prosequere LPa || 14 sane om. suppl. ante totos M || 15 dixit L || 17 totos om. L || 18 sequuntur L s. MPa || 21 libris Pb || 22 ab-rupi Pb || 23 I om. L | IN om. L | discordia Pa || 24 medios corr. in medius M medios Mon. || 25 dissiciant scripsi (cf. Neue lat. Formentl. II 921 sqq.) dissentiant L dissitiant MPa disuciant Pb

sensus: aut ipsi filii germanitatem suam ferro dissipent aut ipsa germanitas ferro dissipetur. TARTAREI REGINA BARATHRI Tartarus est profunditas inferorum, barathrum uero squaloris altitudo. dicit autem hoc: fac ut tantum
5 scelus filii audeant, quod optet etiam pater caecus uidere.

87 MEA PIGNORA NOSCES quos ad facinora scelerum tam pronos inuenies, ut meos filios esse non dubites.

88 SEVEROS tristes, ut Virgilius <Aen. VI 374>: 'am- Lind. p. 7
nemque seuerum'.

89 ADVERTIT VULTVS bene uultus, non faciem dixit. uultus enim mutatur ex animi qualitate, facies semper est simplex. INAMOENVM a quibusdam tapinosis creditur, qui putant poetam 'squalidissimum' debuisse dicere. in-amoenum ergo dixit, sine ulla amoenitate, et est una
15 pars orationis. ut Virgilius <Aen. VI 438>: 'tristisque palus inamabalis unda'.

90 RESOLVTAQVE VERTICE CRINES ut Virgilius <Aen. IV 509>: 'crinis effusa sacerdos'.

91 SVLPHVREAS id est ardentis. nunquam sulphur
20 defluit nisi de loco flagranti. sulphur enim terrae ebullientis spuma est.

93 TRISTIBVS bene ad nefas: tristibus locis exsiluit, quia habent etiam inferi loca amoena. DISCEDIT INANE V. discedunt umbrae, quae solidis corporibus carent.

95 ET CALIGANTES A. E. C. obscuros campos illa petit, in quibus est turba animarum.

96 TAENARIAE LIMEN Malea promunturium est Laconicae, in cuius radicibus locum quendam profundum Taena-

1 suam om. Pb || 2 aut ipsa . . . dissipetur om. Pb || 5 quod] q M | optat Pb | patri Pb || 10 Auertit Pb || 11 imitatur Pb || 12 est om. LPa | inamoeno M | enim a Pa || 13 dicere debuisse Pb || 14 una est orationis pars L || 15 tristisque Pb || 16 palus om. Pb | undae LPa || 17 cernes Pb || 18 crines L || 19 sulfur Pb || 20 bullientis L ebullientis Pb || 23 quia] q Pa | inferi etiam L | inferiora LmM inferiori Pb | DISCEDIT om. Pa | INANE om. P | v. om. LP || 24 discedunt om. MPb | quam Pb | solide Pa || 25 A. E. C. om. LP || 27 tenaree MP | laco- niae LP || 28 in quibus radicibus Pb

rum uocant, in quo dicitur esse aditus inferorum. Virgilius <georg. IV 467>: 'Taenarias etiam fauces, alta ostia Ditis'. IRREMEABILE eo quod ab inferis ad superos mortalium nullus remeat naturaliter. ut Virgilius <Aen. VI 128 sq.>: 'sed reuocare gradum superasque euadere ad auras hoc opus, hic labor est'.

97 SENSIT ADESSE DIES id est: Furiae aspectu turbatus est.

98 PROCVL ARDVVS ATLAS procul: longe est enim nimis occasus a Thessalia, in quo Atlas est positus. Atlas, Iapeti 10 filius et Clymenes, cum hospitio non susciperet Perseum, Iouis et Danaes filium, qui a Polydecte rege missus fuerat ad Medusam Gorgonam occidendam, quam Perseus Minerua monstrante interfecit, rediens, cum ab Atlante Libyae finibus prohiberetur, monstrato Gorgonis capite in montem 15 eum mutavit. [qui postquam Furiam uidit, territus est.]

99 ET DUBIA CAELVM C. R. dubia ad timorem rettulit Furiae uenientis: quam dubiam metus fecerat. et deest prope, ut Virgilius [nimis poetice usque ad credibilia] <Aen. VIII 657>: 'Galli per dumos aderant arcemque 20 tenebant'. deest paene, nam prope tenuerant.

[Lind. p. 8

101 NOTVM ITER carum, ut Virgilius <ecl. I 51>: 'hic inter flumina nota'. VELOCIOR ad assiduitatem rettulit ueniendi. nam nouitas itineris moras solet afferre erroris.

1 Virgilius ... Ditis om. M || 4 ut om. L || 5 s. a. e. Pa || 6 hoc ... est om. LPa hoc h. l. e. M || 7 et esse Pa e. e. M || diem Pb d. M || 9 totum schol. corruptum esse apparet. corrigere nolui | ATLAS om. Pb | procul om. LPa | nimis M || 10 est atlas Pb | positus om. Pb || 11 climene P clemene M || 12 danare M damne Pb dane Pa || 13 Gorgona L Gorgoneta Pb | monstrante minerua Pb | Minerua monstrante Perseus L minerua monstrante ipse Perseus Pa || 14 ab om. Pb || 15 monstrato om. in marg. add. corr. M monstratur Pb || 16 posteaquam L || 17 ET om. M | c. r. om. LP | dubia om. L | retulit MPa | furie retulit Pb || 18 quem dubium Mon. || 19 nimis ... credibilia om. LP || 20 arcemque tenebant om. L at P || 21 deest paene om. L | penā M || 22 Nouum corr. in Notum M || 23 retulit libri || 24 morā M

102 ITQVE REDITQVE ad crimen pertinet Thebanorum, quorum pro suis Furia finibus utebatur. COGNATAQVE TARTARA MAVULT neque bis accipiendum. hoc est: neque uelocior neque mauult. ut Virgilius <Aen. XII 541>: 'nec misero clipei mora profuit aeris', id est nec clipei nec aeris. MAVULT nec magis uult habitare Tartara quam Thebas, postquam illic probauit parricidium et incestum libenter admissum.

103 CENTVM pro innumerabilibus posuit.

104 SEDET polysemus sermo est. significat enim placet, ut <Aen. II 660>: 'sedet hoc animo', aliquando cogito, ut <Aen. IX 4>: 'Turnus secreta ualle sedebat', aliquando positum est ut hoc loco, et aliquando curat ut <Aen. I 56>: 'celsa sedet Aeolus arce', et reuera sedet.

105 QVALIS talis erat lux illi, qualis est luna, cum laborat magica arte. nam pagani magicis artibus credebant lunam posse mutari. unde Virgilius <ecl. VIII 69>: 'carmina uel lunam caelo deducere possunt'.

106 ATRACIA RVBET ARTE L. Atracis, qui fuit rex Thessaliae et pater Hippocatae, quam Pirithous duxit uxorem, qui primus artem magicam apud Thraciam constituit. ergo Atracia est magica scientia. RVBET ARTE LABOR hoc est: qualis color est lunae deficientis arte magica.

108 QVO LONGA SITIS MORBIQVE FAMESQVE quasi in

1 thebanarum *corr. in* thebanorum M || 2 finibus furia Pb || 3 nec . . nec . . nec Pb || 6 MAVULT *om.* M | neque L || 7 primo quam Pa | patricidium Pa parciduum Pb | non cestum Pb || 10 *scholion om.* M || 12 sacrata Vergilius || 13 est *om.* Pa | et *om.* Pb || 15 *scholion om.* M | talis qualis L | illa L | est] & L || 16 paganis Pb || 18 carmine Pa | luna Pa | caelo . . . possunt *om.* Pa | uel coelo p. d. l. Pb || 19 rebet arte Pb r. a. l. MPa *om.* L | Atracis MPa athracias Pb Athracis L Atracis ars Vnger. Atracis Kohl. | rex *suppleui cum Bodio* || 20 et *om.* L | pater *om.* Pb | pater et MPa | ipocatie MPa hipecatie Pb Hippodamiae (s. Hippocratiae) Bodius | Perithous L || 21 apud Atraciam Vnger., *fortasse scribendumst* uel Atraciam *tale quid* || 22 RVBET ARTE LABOR *om.* MP || 25 m. fi. q. Pa m. f. r. q. Pb

pestilentia nulla sit mortis discretio. ut Virgilius <georg. III 471 sqq.>: 'nec singula morbi corpora corripunt, sed tota aestina repente, spemque gregemque simul cunctamque ab origine gentem'. trium ergo Furiarum tres memorat potestates: sitis, morbi famesque'. 5

109 ET POPVLIS MORS VNA VENIT ut item Maro <Aen. XII 851 sq.>: 'siquando letum horrificum morbosque deum rex molitur meritas aut bello territat urbes'. RIGET HORRIDA TERGO P. riget dura est. horrida sordida. ut Virgilius <Aen. VI 555>: 'palla succincta cruenta'. <palla> 10 amictum significat, ut idem Maro <Aen. VI 301>: 'horridus ex humeris nodo dependet amictus'.

110 REDEVNT IN PECTORA NODI redeunt ad duplicationem rettulit alterius nodi.

111 ATROPOS HOS A. I. N. P. C. ut ostenderet Furiarum 15 ministerio et factorum decreta compleri et Proserpinae uoluntatem. NOVAT nouos retexendo facit.

112 TVM GEMINAS ut fratres utraque manu armaret.

HAEC IGNE ROGALI FVLGVRAT HAEC VIVO MANVS AERA VERBERAT HYDRO ut Virgilius <Aen. VI 570 sqq.>: 'continuo 20 sontes ultrix succincta flagello Tisiphone quatit insultans toruosque sinistra intentans angues'.

Lind. p. 9 114 VT STETIT postquam stetit. PLVRIMVS longus. ut Virgilius <georg. III 52>: 'plurima ceruix'. ARCE

1 nullo Pb || 2 corpora o. s. t. a. r. s. g. c. q. a. o. g. M | corripuit Pa || 3 cunctam Pb || 4 memoras Pb || 5 sitis om. M | famisque LPb || 6 ET om. L | uana M || 7 loetum M lectum Pa | orificum MPb || 9 TERGO om. L | P. om. LP | riget om. Pb | est dura L | horrida est dura Pa | est horrida om. Pb || 10 palla *suppleui ex coniectura. hoc loco L praebet* REDEVNT ... NODI || 11 horridus] sordidus *Vergilius* || 12 ex om. Pa || 13 REDEVNT ... NODI *hoc loco om. L* | NODI om. P || 15 HOS A. I. N. P. C. om. LP | ostenderet iustitiam Furiarum L || 16 ministerio M *superscr.* a man. 2 | decreto L || 17 uoluntate L | nouas L || 18 ut'que Pa || 19 regali Pa | HAEC VIVO ... HYDRO om. MPb || 20 sqq. accincta Pb *Vergilius* | flagello om. Pa | intentat Pa | continuo succincta u. f. t. q. i. t. q. s. i. a. M || 23 posteaquam L || 24 plurima ceruix om. Pb

altitudine siue cacumine. CITHAERON mons Baccho sacer, ut Maro <Aen. IV 302 sq.>: 'Baccho orgia nocturnusque uocat clamore Cithaeron'.

115 CRINE VIRENTI uenenato siue anguibus texto, quae dicuntur sibilare. ut Virgilius <Aen. VII 447>: 'tot Erinys sibilat hydri'.

116 VNDE OMNIS ACHAEI O. M. L. sicut Virgilius <Aen. VII 514 sq.>: 'Tartaream intendit uocem, qua protinus omne intremuit nemus et siluae insonuere profundae.

10 117 PELOPEAQVE REGNA R. regna Peloponnesum dicit [a Pelope] et Argos. ut Virgilius <Aen. II 193 sq.>: 'magno Pelopea ad moenia bello uenturos'.

118 AVDIIT ET MEDIVS CAELI PARNASVS bene medius, quia umbilicus terrae Parnasus dicitur. nam cum Iuppiter
15 medium mundi locum uellet agnoscere, ex ortu atque occasu duas aquilas dimisisse fertur, quae pari uolatu lapsae in Parnasi uertice consederunt. uel quod cataclysmi tempore terrae fuerat discrimen et astris. ut Lucanus <V 75 sq.>: 'hoc solum fluctu terras mergente cacumen
20 emicuit pontoque fuit discrimen et astris'. ET ASPER EVROTAS asper, quod bello acres procreet uiros, uel propter *μασθηωσιπ*. quibus uirtuti est in sacris caedi uerberibus

2 bachi M barchi Pa || 3 clamore om. P | Cithaeron om. Pb || 4 CRINE] come Pb | quia MPb quem L || 5 dicunt L | Erynnis L erinis MPa erimis Pb || 6 si hi Pb | idris M || 7 OMNES L | O. M. L. om. L | M. L. om. P || 9 sil. intremu est coruste Pb | sonuere LPa || 10 supra Pelopeaq; rasuram longioris spatii praebet M | PELOPEIAQVE L | R. om. LP | regna om. LP | Peloponnesum L pelopenesum Pa Pelopenesia add. man. 2 M | regna Peloponnesia Vnger. | a Pelope om. LM || 11 id est et Pa idem est et Pb | magno M superscr. man. 2 ic || 12 pelea Pa | uenturam Vergilius || 13 AVDIIT L | meridius Pb | CAELI ... medius om. Pb || 14 quia] q̄ Pa | Parnassus L | dicitur parnasus Pb || 15 mundi medium L | ab exortu Pa | ab ortu Pb | ab occasu Pa || 16 pari om. LPa || 17 lassae L | Parnassi L | cataclysmi MPa cont'aclisimi Pb || 18 et astris om. Pa || 20 ET om. MPb || 21 uiros om. Pb || 22 martigos in M manti ... uel in Pb martires gof. in Pa | uirtus P | dedi Pb

sine corporis motu. Eurotas autem fluvius est Lacedaemoniae.

119 DVBIAMQVE IVGO dubiam Oeten dixit, quia inter Thessaliam et Thraciam hic mons interiacet, ut, cuius esse uideatur, incertum sit. IMPVLIT hyperbole. quasi casuram impulit ac dubiam fecit. 5

120 ET GEMINIS VIX FLVCTIBVS OBSTITIT ISTHMOS Cenchreis et Lechaei, inter quos angusto tractu in mare terra porrigitur, quam Isthmon poeta significat. huic contrarius πορθμός, quod Latine fretum dicitur, inter uicinas 10 terras angustum mare. unde Virgilius <Aen. III 127>: 'et crebris legimus freta concita terris'. Isthmos dicitur terra angusta in mari. ut Lucanus <I 101>: 'et gracilis medium mare separat Isthmos'.

121 IPSA SVVM GENITRIX Leucotheam dicit et bene 15 ipsam elegit hoc loco ponere, quae iam malum didicerat Furiarum. et iocunde dictum <u. 122> pressit. et a Thebanis numinibus non recessit, quae ueluti praescia magis metuunt patriae quam Furiarum sonitus perhorrescunt. et mire dicendo pressit affectionem maternam explicuit. 20

124 CONSTITIT ut Virgilius <Aen. IV 252 sq.>: 'hic primum paribus nitens Cyllenius alis constitit'. ASSVETAQVE INFECIT NVBE PENATES assueta nube solito furore, quia multa scelera facta erant Thebis.

1 corporibus Pa | Laconiae LP || 3 Dubiaq; Pa | dixit Oetem L | quia] que Pa || 4 ut] et M | esse om. Pb || 5 hipbole M yperbole Pb | casurum L || 7 VIX FLVCTIBVS GEMINIS LPa | VIX ... ISTHMOS om. Pb | ISTHMOS] Id est L | Cenchrei L cencherei Pa cencherei M cencherei Pb citherei Mon. || 8 et non legitur in libris | Siletei LPa silethei MPb silthei Mon. | sinus Cenchrei et Lechaei Vnger., ipse scribere malim Cenchrei sinus et Lechaei || 9 huius L | contrarium Pb || 10 prothinus LmM Mon. protinus Pa protinos Pb Porthmos L || 14 geminum gracilis Lucanus | mare om. L se mare Pb || 15 genetrix Pb | Leucothoen L || 16 eligit L | quia iam L quantam Pb || 17 iracunde L iocunde Lm iocundū M || 19 metuit P | perhorruerit Pb perorruerint Pa || 21 ut om. L || 23 assuetaque Pa || 24 quia] que Pa

125 PROTINVS ATTONITI F. S. P. M. hoc est: statim perturbationes discordiarum esse coeperunt. figura ὑπαλλαγῆ. non attoniti motus, sed attonito sub pectore. ut Virgilius <Aen. VI 268>: 'ibant obscuro sola sub nocte per umbram'.

5 126 GENTILESQVE ANIMOS SVBIIT F. id est quali furore illi fuerunt de terra progeniti, qui se ipsi interemerunt. et est eiusdem familiae maximum signum, ut in se suorum furerent more maiorum.

127 INVIDIA subiit inuidia fratrum animos, quae semper
10 laetis rebus infesta est. ut Horatius <epist. I 2, 57>: 'invidus alterius macrescit rebus opimis'. ATQVE PARENS ODI METVS quia de timore semper odium nascitur. eos enim odio habemus, quos timemus. ut Virgilius <Aen. I 361 sq.>: 'conueniunt, quibus aut odium crudele tyranni
15 aut metus acer erat'.

128 SAEVVS AMOR fortissimus. aut certe proprie dixit, quia reuera saeuum est imperare uelle germano.

130 [DISCORDIA in collegio namque duorum regum uix discordia abest, si unius regni simul iura gubernent. nam
20 semper alter ueretur, ne se spreto alter singulariter eligatur. haec enim inter Pompeium et Iulium Caesarem ciuile bellum mouit. et hoc est quod sequitur] SOCIISQVE COMES D. R. ut Lucanus <I 92 sq.>: 'nulla fides regni sociis omnisque potestas impatiens consortis erit'.

25 134 ARDVA CERVIX DESCENDIT IN ARMOS secundum situm Lind. p. 10 Italiae loquitur, ubi boues trahunt collo. nam dum nisu trahendi anteriora petunt, cervix in armos reflectitur.

1 attonitu Pa | F. S. P. M. om. LP || 2 hippalage Pb ypalage MPa || 3 attoniti sub Pa || 5 GENTILES L | subdit Pa sbit Pb om. L | F. om. LP || 6 ipsos LPb || 7 est om. Pb | in suos Pb in suorum M *deleuit man. 2* in || 9 Inuidia fratrum animos subiit L || 11 macrescit om. M | rebus emarcescit L | opimis om. M || 12 ODI AVDI L || 16 *scholion* om. Pb || 17 germanos. princeps Pa || 18 DISCORDIA . . . sequitur om. MPb Mon. || 20 spretus Pa || 21 Caesarem om. Pa || 22 hec Pa | SOCIISQVE . . . erit om. Pb || 23 D. R. om. LPa || 25 IN ARMOS DESCENDIT L || 26 Italiae situm L | *cogitavi de scribendo ritum* || 27 in armore flectitur Pb | *totum scholion* om. M Mon.

139 EXILIO MVLTARE DVCEM ut altero regnante alter esset extra urbem in exilio constitutus et completo anno rediret ad regnum, et cui successum fuerat, iret in exilium rediturus anno completo. SIC IVRE MALIGNO F. T. I. iniqua commutatione felicitatem imperii exilii infelicitate 5 commutant.

143 NEC IN REGEM PERDVRA s. licet iniqua esset ista diuisio, tamen ad secundum regem peruenire non potuit, quia expleto anno cum Polynices repeteret regnum, negante Eteocle mota sunt bella. 10

144 ET NONDVVM CRASSO L. F. METALLO haec cum stomacho pronuntianda. Lucanus <I 96 sq.>: 'nec pretium tanti tellus pontusque furoris tunc erat; exiguum dominos ...'

145 MONTIBVS AVT ALTE GRAIIS Lacedaemonio mar- 15 more et aliis Graeciae metallis.

146 CONGESTOS SATIS E. C. id est condentia satis uenientium turbam. imitatus Virgilium, ut est <georg. II 462>: 'mane salutantum totis uomit aedibus undam'.

EXPLICITVRA large admissura, quae multos caperent 20 clientes et extenderent, nondum erant.

147 NON IMPACATIS REGVM quibus suspectus dormiat imperator habens circa atria semper armatos. et est sensus: non regum somnis impacatis pila uigilantia erant scilicet ad custodiam regum. pila uigilantia pro ipsis, 25

1 EXILIO ... urbem in om. Pa || 2 orbem corr. in urbem M || 4 SIC] Hic P | F. T. I. om. LP | iniqua Pb || 6 commutat Pb || 7 s. om. L secundum Pb | licet om. Pb | esset iniqua L | inique Pb || 9 regnante LMPa || 11 L. F. om. P | METALLO om. Pb | haec om. M || 13 exiguum dominos om. LMPa || 15 Monti Pb | AVT om. Pa | grais P || 16 Graeciae] geimie Pa || 17 Congesto P | E. C. om. LP | adest Pb | condens Pa om. LPb | satis om. Pb || 18 uenientum LP | turba Pa | scribere malim imitatur || 19 salutantium M salutatum Pb | uomat Pb uomis Pa | undam om. Pb || 20 caperet libri || 21 extenderet libri | nondum enim erant LPb || 22 impacatis M || 24 somnis] sensus Pb | erant om. M || 25 scilicet] sed MPb si Pa | custodias Pa | pila uigilantia om. libri praeter Mon.

qui uigilant, dixit *μετωνυμικῶς*: per id, quod continet, id, quod continetur.

149 NEC CVRA MERO COMMITTERE GEMMAS A. A. V. C. nondum eis luxuria suaserat pocula habere gemmata, ut 5 Virgilius <georg. II 506>: 'ut gemma bibat et Sarrano dormiat ostro'. committere autem mire dictum est quasi ad periculum: quae possent frangi inter trepidantes ministros et semigraues uino conuiuas.

151 DE PAUPERE REGNO Eteocli et Polynici, qui ciuilia 10 bella gesserunt, dicit non esse idoneum regnum, propter quod fratres odia suscitauerunt. et exsequitur potentissima regna uaria descriptione.

152 DVMQVE VTER ANGVSTAE S. I. D. V. Boetiam dicit Lind. p. 11 Cadmi, qui a patre pulsus peracto exilio condidit Thebas. 15 ergo: dum uter squalentia arua uerteret SQA- LENTIA inculta, ut Virgilius <georg. I 507>: 'squalent ab- ductis arua colonis'. VERTERET araret, ut Virgilius <georg. III 161>: 'et campum horrentem fractis inuertere glæbis'.

20 153 NON ALTUS OVARET altus magnus. et est ordo: et dum ambigitur, uter fratrum ouaret in solio Tyrii

1 uigilabant Pb | metonimicos MPa metonimicos L Metho-
nomicos Pb | continetur Pa | id² om. Pb | *propono*: per id quod
continetur id quod continet. cf. Charis. p. 273, 19 sq. *aut*
transponendum est per || 3 GEMMAS om. Pa | A. A. V. C. om. LP ||
5 pocula ut gemma Pb || 6 mare Pa | mire dictum est om. *spatio*
uacuo relicto Pb || 7 frangi om. MPa || 8 semigraues uino con-
uiuas *estne uersiculus?* || 9 regio Pa | propter Etheocles &
Polynices L etheoclen et polinice[m] Pa etheoclen enim et po-
lynice[m] Pb || 10 regnum non esse idoneum L | regnum om. Pa |
nondum esse Pb || 11 fratris Pa | suscitauerit Pb *scribere malim*
suscitarent | et om. LPa || 13 iter Pb | ANGVSTVM L | S. I. D. V.
om. LP | boetiam P || 14 consilio *corr. in exsilio M* || 15 uter
s. frater Pb | SQAULENTIA ARUA L | uerteret. SQAULENTIA om. L ||
16 ut luc. M *excidit fortasse Lucani uersiculus uelut* I 205 V 39
IX 735, 939 | adductis Pb || 20 alter Pb | alter Pb | est om.
Pa || 21 et om. L | utrum Pa | ouare Pa | tirii Pa tyriis
et Pb

exulis hoc est Cadmi. non altus, quoniam modicum erat regnum.

154 PERIIT IVS FASQVE BONVMQVE E. V. M. P. ius legum est, quia unus foedus laesit; fas hominum, quia fratres contra se arma sumpserunt; bonum, quia usque ad 5 interitum pugnaverunt; et vitae mortisque pudor, quia mutuis periere vulneribus et cremati sunt rogorum discrepantibus flammis.

155 QVO TENDITIS IRAS apostropha ad fratres.

156 QVID SI PETERETVR CRIMINE TANTO dicit non 10 oportuisse a fratribus arma sumi nec si ideo pugnaretur, ut unus orbis imperium possideret, uel si caeli possessio peteretur. CRIMINE non dicam bello. inter fratres enim uel leue odium crimen est.

157 VTERQVE POLI utrumque complexus est mundi 15 cardinem. nam sol oriens respicit occasum, cum occidit prospectat orientem. ut Lucanus <I 15 sq.>: 'unde uenit Titan et nox ubi sidera condit, quaque dies medius flagrantibus aestuat horis'.

159 QVASQVE PROCVL TERRAS OBLIQVO SIDERE TANGIT 20 AVIVS utique sol auius quasi sine uia, quia ab hac mundi parte semotus est.

160 AVT BOREA GELIDAS MADIDIVE TEPENTES I. N. geli- das et tepentes septentrionalis et meridanae plagae partes ostendit. 25

. 1 ex illis *corr. in exulis M* | hec *Pa* | quoniam] quia *L* || 2 regem *Pb* || *sequitur in Pa denuo schol. ad I 130: Hec. p. preceps discordia. In collegio ... spretus ... hoc ... [Caesarem] ... comes discordia regnis. in Pb hic leguntur haec: uix discordia abest si unus ... gubernet ... nec se spreto alter sigulariter obligatur hoc enim inter pom. et Iulius caeciule ... di regnis* || 3 E. V. M. P. *om. LP* || 4 laesit foedus *LP* | fratres ... bonum quia *om. Pb* || 6 quia] q3 *Pb* || 9 Apostrophe *L* || 13 /// peteret^v *M scriptum fuisse uidetur expeteretur* | non dicam] tanto *L* || 15 Vtrunque *L* | compressus *Pb* | mundum carmine *L* || 16 occasum respicit *LP* || 19 oris *L* || 20 QVASQVE ... TANGIT *ad Lucani uersus traxit L* || 21 qui ab *M* || 23 boreę gelidus *Pb* | TEPENTES *om. LPa* | I. N. *om. LP* || 24 septētrionales et meridanales *Pb* | partes plagae *L*

161 NON SI TYRIAE PHRYGIAEVE SVB VNVM CONVECTENTUR OPES non si unus possideat opes Phrygias et Tyrias. opes autem Tyrias dixit, ut ostenderet Tyrios semper diuites fuisse, secutus Virgilium dicentem <Aen. I 363 sq.>: 5 'portantur auari Pygmalionis opes pelago; dux femina facti'. item Horatius <car. II 12, 22>: 'aut pingues Phrygiae Mygdonias opes'.

162 LOCA DIRA ARCESQVE NEFANDAE S. O. F. I. E. O. S. L. declamatio, quae significat eas causas mouisse odia, quae 10 restinguere debuissent. fugere enim debuerant hi fratres loca dira et sceptrum Oedipi parricidae potius quam ad haec bellorum crimina properarent.

166 VACVA CVM SOLVS IN AVLA non uere solus, sed quia is sine turba prae turba est homo, qui aliis est 15 odiosus.

168 ET NVSQVAM PAR STARE CAPVT id est tui consortem diadematis. IAM MVRMURA SERPVNT P. E. Thebani populi. Echionis enim et Agaues filius Pentheus rex Thebanorum fuit.

169 TACITVMQVE A PRINCIPE VVLGVS DISSIDET tacitum id est tacite, siue tacitum dixit timore perculsum.

170 ET QVI MOS POPVLIS VENTVRVS AMATVR hoc uult intellegi: non praesens diligitur Eteocles, sed desideratur 20 futurus Polynices.

1 Non si tirie frigie c. o. M TYRIAEVE SVB VNVM CONVECTENTUR OPES L Non Frigiae Pa Non si phrigie Pa || 4 secundum Virgilium L || 5 portantem auri Pb | pigmalionis M | pelago ... facti om. LMPa || 6 aut om. L || 7 mygdonides opertes Pb || 8 NEFANDAE om. Pa | s. om. LPa | O. F. I. E. om. LP | O. S. L. om. LP e. s. l. M || 9 quae om. Pb | sigt Pa || 10 restringere Pa restringere M | enim om. Pa || 11 dura Pb || 12 crimine M || 13 CVM] est Pb || 14 is om. Pb | sine turba om. LM sine fine turba Pa | prae P pro LM | est] in Pb || 15 odio solus LP odio //sus M s¹ correcte uidetur ex l || 16 PAR] pars M p̄ P | STARE] tale M || 17 P. E. om. LP || 18 agaue MP scribendum uidetur Agaue. cf. I 98 Clymenes | Pentheus] penitus Pa || 20 disidet Pa disidet corr. ex disedit M om. Pb || 22 mox L || 23 intelligi LP | n̄ corr. ex nã M | etheocles diligitur Pb

Lind. p. 12

171 ATQVE ALIQVIS CUI MENS HVMLI L. V. S. utique unus ex plebe, cui erat mens laedendi summa. HVMLI VENENO id est maledictionibus carpere meliores ut apud Homerum <Thersites>. dicit autem illum locutum, cui mos erat in dignitate regia positos maleloquii ueneno perstringere et impositum iugum seruitutis indomita ceruice deicere, cui est uotum uel modice laedere id est inuidere potentibus.

173 HANCNE OGYGIIS AIT A. R. F. T. V. Ogyges, ut Varro docet in libris de gente populi Romani, rex fuit Thebanorum, sub quo primum diluuium est factum longe ante quam illud, quod sub Deucalione factum esse narratur. aut certe ab Ogygio uno terrigena, Thebanorum primo rege, a quo Thebani antiquas res Ogygias nominabant, qui primus eis imperauit.

174 TOTIENS MUTARE TIMENDOS quia uicissim placuerat imperare. illi, inquit, ut imperent, uices mutant, nos seruitia non mutamus.

176 PARTITI VERSANT POPVLORVM FATA id est sub imperio et ditione habent. MANVQVE FORTVNAM FECERE LEUEM id est contemptibilem. nam Fortuna solet reges facere et exules. isti fecerunt, ut circa reges et exules ea fortuna seruetur, ut ex illorum uoluntate constitutum sit, quando debeant exilium petere, quando ad imperium remeare. itaque in illis Fortuna, quae semper solet esse dubia, non habet potestatem, quippe cum de futuris certi sint. et ipsi regunt fata populi, dum excluserunt fortunam.

1 humilis libri | L. v. s. om. LP || 2 unus] ūr Pb | Thersites *suppleui cum Kohl.* || 5 mens erat Pb | posito MPa posita Pb | male loqui MP | pstringere M prestingere Pb || 7 deicere L | est om. P | inuidere *corr. ex* inodire M || 9 Hancne ait o. s. a. r. f. t. u. M | AIT ... v. om. LP || 11 factum est LP || 12 esse om. Pb | narratur] naturaliter Pb || 13 oggio M ogio Pa || 15 imperium Pa || 16 placuerat uicissim Pb || 17 ut imperent om. *in marg. add. man.* 2 M | uires Pb || 20 ditione L | FORTVNAM FECERE LEUEM om. P (*in Pb exstat lacuna*) || 21 id est om. M || 22 facere reges L | isti ... exules om. Pb || 24 debeat Pb | quando] epi- scopi Pb || 26 dubiam Pb || 27 regū ut M | facta Pa

177 SEMPERNE VICISSIM E. S. D. quia semper dux erat mutandus exilio. et licet sit grauis omnis seruitus, grauior tamen est, quae subiacet indignis. uicissim rerum omnium mutabilitate aut uice seruiendi. nam uere uicem
5 pro poena posuit.

179 SOCIUS propter Harmoniam, quae fuit filia Martis et Veneris.

180 SEDIT placuit.

181 EX QVO SIDONII NEQVIQVAM BLANDA IUVENCI NON
10 Sidonius iuuenus, sed Sidonium pondus. de Sidone enim fuit Europa, quam pater Agenor Cadmo inquirendam mandauit. ille cum pererrasset mare Carpathium id est Aegyptium — nam Carpathus insula est inter Aegyptum et Rhodon — cum nec sororem reperire potuisset, secundum
15 praeepta patris in exilio remansit et duce Apolline peruenit ad Thebas Boeotiae, quas Hyanteas uocant a nympha, quae illic colitur.

184 FRATERNASQVE ACIES eo quod illic draco fuit, cuius sati sunt dentes.

20 185 AVGVRIVM S. D. A. V. N. ut Horatius <ep. VII 17 sq.>: 'acerba fata Romanos premunt scelusque fraternae necis'.

186 CERNIS VT ERECTVM T. S. F. M. [nomen pro ad- uerbio.] ad Iouem hoc [autem] aut ad aliquem de plebe,
25 quasi Eteoclem ostendat, eloquitur. Lind. p. 1

1 Semper Pa | uicisset Pb | E. S. D. om. LP | dixerat Pb ||
3 omnium om. L || 4 mutabilitatem Pb | uere om. L uilem
Pa || 6 per] propter Pb | hermionam P ermionam M | et martis
Pb | filia post Veneris posuerunt LP || 9 sido Pa | NEQVIQVAM
. . . IUVENCI om. MP | NEQVICQVAM L || 10 Sidonii iuueni MP |
ponde (= pondere) M | autem fuit Pb || 11 europa; Pa || 12 car-
phatium M || 13 egyptum M | aëgiptū // rodon M || 14 et om.
Pb | Rhodum L | potuit corr. in potuisset M || 16 boetię ciui-
tatem Pb || 18 FRATERNAS ACIES om. LMP seruauit Mon. | uel
eo LPa uel Pb | fuerit LMP fuit Mon. | fuerit interfectus
LPb || 19 seuit LP Mon. || 20 S. D. A. V. N. om. LP || 21 facta L |
agunt Horatius || 23 CERNIS VT om. L | T. S. F. M. om. LP | no-
men pro aduerbio om. MP || 24 autem om. MP || 25 etheoclen
Pa | et loquitur Pa loquitur LPb

188 QVAS GERIT ORE MINAS aut ore loquitur cum superbia aut minas gerit in facie.

190 MITIS ET AFFATV BONVS 'erat' subaudimus. ubique iam hoc queritur, quod nemo succedit, cum superius uices gemeret seruitutis. et dicit Eteoclen quondam circa 5 rogantes fuisse clementem, quae laus imperatoris est maxima. quae omnia dicit esse conuersa, quia successor exclusus est, qui iustitiam pateretur et esset in sermone comis.

191 QVID MIRVM NON SOLVS ERAT ideo bonus, quia non 10 erat solus. NOS VILIS IN OMNES P. M. C. ut Virgilius <Aen. XI 372>: 'nos animae uiles'.

192 CVICVMQVE non lecto.

193 QVALITER HINC GELIDVS BOREAS optima comparatio: ignotae rei descriptio per similitudinem notae. et egregie 15 rempublicam nauis iactatae tempestatibus simulat, sicut Tullius <pro Roscio § 51>: 'ad gubernacula reipublicae' et Horatius <car. I 14, 1 sq.>: 'o nauis, referent in mare te noui fluctus?' etiam ita et iste fecit comparisonem contra artem poeticam. nam comparatio a persona poetae 20 debet induci. simul uentos fratribus comparauit, nauem reipublicae, cum bellis ciuilibus turbaretur.

196 HIC IMPERAT ILLE MINATVR id est imperat Eteocles, quia fidem fregit, minatur Polynices, quia amisit imperium. et necesse est populis Thebanorum 25 sub unius imperio duorum timere saeuitiam, quoniam

1 QVAS GERIT *om.* LPb | MINAS aut ore *om.* Pb | loquitur *om.* P || 3 MITIS ET *om.* L | affatus Pb | subaudiuimus Pa || 4 succendit M || 5 condam P | contra rogantes Pb || 7 esse *om.* Pa || 8 esse *om.* t Pa || 9 cōmunis M || 10 solum Pb | erat etheocles bonus ideo Pb || 11 uides Pa | P. M. C. *om.* LP || 13 lectu M || 14 in gelidos P | BOREAS *om.* P || 15 id est ignote Pa sed ignotae L | egregiae M || 16 simulat Pa || 17 ad gubernandam Pb | rem publicam MP || 18 o *om.* Pb | in mari noui te MPa in mare nouiter Pb || 19 etiam *om.* L | facit Pb || 21 nauim Pb || 23 imperat *om.* M impera Pa || 24 quia³ qui Pa || 25 imperium amisit Pb || 26 tēnere M tēnere Pb temnere Lm tenere al. timere Pa

alter speratur uenire. [aut generaliter explicuit: modo hic, modo ille.]

197 RAPIDI SVPER ATRIA CAELI L. C. D. C. O. concilium Lind. p. 14
deorum describit. rapidi autem caeli uolubilis, ut Virgilius <georg. I 92>: 'rapidue potentia solis'. atria caeli poetice, ut est <Aen. X 1>: 'domus omnipotentis Olympi'.

199 INTERIORE POLO id est secretiore, ut Virgilius <Aen. IV 494 sq.>: 'tu secreta pyram tecto interiore sub
10 auras erige', siue medio, ut ab ortu et occasu conuen-
turis numinibus spatiorum esset aequa distantia, quasi ad
quoddam caeli secretum numinum ordo conueniat. SPA-
TIIS HINC OMNIA IUXTA ut ostendat ad eum caeli locum
numina conuenisse, cui iuxta sunt omnia, id est unde sic
15 uideantur omnia tamquam iuxta. ergo medium caeli
locum dixit.

200 PRIMAEQVE OCCIDVAEQVE DOMVS orientis occasusque
loca describit. EFFUSA SVB OMNI TERRA ATQVE V. D.
effusa patens. sub omni die sub omni caelo.

201 MEDIIS SESE ARDVVS I. I. D. id est Iuppiter. ut
Virgilius <Aen. IX 28 et VII 784>: 'medio dux agmine
Turnus uertitur arma gerens et toto uertice supra est'.
mediis ut idem <Aen. X 117>: 'caelicolae medium quem
ad limina ducunt'.

204 CAELICOLAE VENIAM D. P. I. S. hoc est: donec Iup-
piter protenta manu hortaretur ueniam sedendi id est
beneficium. ut Virgilius <Aen. I 519>: 'orantes ueniam'.

1 minatur modo hic LP || 3 l. c. d. c. o. om. LP || 4 scribit
Pa | caeli om. Pb | i. uolubilis L || 6 poetice] potentiae Pb ||
10 uenturis Pb || 13 HINC] huic Pa || 14 nomina M | cui] quia
Pb | unde om. M || 18 Effusaq; Pb | SVB om. Pb | ATQVE om.
LPb | v. d. om. LP || 19 die id est L || 20 medius Pa | I. I. D.
om. LP | id est om. Pb || 21 medio . . . et om. LmMP || 22 ge-
rens] tenens Vergilius || 23 Medius. & ut L medius ut Pa ||
24 ducunt corr. in dicunt M || 25 d. p. i. s. h. M om. LP | id
est LP || 26 protensa L | pro hortaretur scribere malim pro-
faretur tale quid

206 SEMIDEVM qui in inferioribus zonis degunt, id est qui nec mortales nec superi sunt. ET SVMMIS COGNATI NVBIBVS AMNES secundum Lucretium, qui <VI 476 sqq.> dicit ex sudore terrae nebulas oriri, ex nebulis nubes, ex nubibus pluuias, e quibus amnes augentur. hinc Virgilius <Aen. VIII 64>: 'caelo gratissimus amnis'. dicit enim occulto tractu aquas in caelum reuerti et inde in nubibus imbrem esse.

207 ET COMPRESSA METV SERVANTES MVRMVA VENTI ut Virgilius <Aen. VII 27 sq.>: 'tum uenti posuere omnisque repente r. f.'

209 RADIANT MAIORE SERENO quasi serenitas caelo maior illuxerit.

213 ET VOCEM FATA SECVNTVR quasi, quicquid dixerit Iuppiter, fata sint. ut Lucanus <V 92 sq.>: 'siue canit fatum, seu, quod iubet ille, canendo fit fatum'.

214 TERRARVM DELICTA N. E. D. I. M. Q. quae homines deliquerunt. DIRIS Furiis, unde et Furiae Dirae sunt appellatae. queritur ergo Iuppiter de hominum peccatis, quos dicit superasse se malis. nam fortiores eos dicit esse ad committenda peccata quam se ad uindicandum, et commemorat, quae mala commiserint.

215 QVONAM VSQVE N. E. I. P. hoc est: quousque cogor laborare, dum suppliciis criminosos afficio.

217 IAM PRIDEM CYCLOPVM O. F. B. ὑπερβολή. dixerat uti fulminibus non libere. addidit augmentum, ut dicat deesse fulmina. Cyclopes enim fatigati sunt suggerendo

1 Semedium Pa | qui] q3 Pb quia L | in om. M | inferiori Pa | uel id est LPa || 2 cognati/// Pb cognita Pa || 3 Lucretium secundum Pb || 4 udore L odore Pa || 5 ex quibus L | hic Pb || 6 grandissimus Pa || 11 r. f. om. Pb || 13 inluxerit M | maior celo illuxerat Pb || 14 fca Pa | sequuntur Pb sequuntur LM || 15 fca Pa || 16 quod] qua M que Pb | illa MPa | Sit fatum L f. s. Pa || 17 Terrorum Pa | n. . . q. om. LP || 20 eos M illos LP || 21 esse om. Pb || 22 memorat Pb | obmiserit P || 23 Qm Pa | n. e. i. p. om. LP | id est LP || 24 criminosus Pa || 25 o. f. b. om. LP | hiperbole Pb yperbole Pa iperbole M || 26 addidit om. Pb || 27 fati om. gati Pa

fulmina. ergo hoc taedet et quod intulit desunt.
FATISCVNT autem lassata sunt.

218 ET AEOLIS DESVNT INCVDIBVS IGNES ad fulmina
fabricanda ignem non posse sufficere.

5 219 ATQVE ADEO TVLERAM F. R. S. S. E. deest pa-
tienter: ut mundum Phaethon incendio concremaret.
SOLVTOS SOLIS EQVOS non sine frenis, sed, quia regi non
poterant, licenter errantes.

220 ROTIS ERRANTIBVS quasi a legitimo cursu deuianti-
10 bus. dicit ergo Iuppiter nil illud incendium profuisse,
quoniam humanum genus emendari non potuit.

221 ET PHAETHONTEA MVNDVM S. F. Phaethon, Solis et Lind. p. 11
Clymenes filius, patris currus petiuit. quos cum regere
non potuisset, fulmine est praecipitatus in Padum.

15 222 NIL ACTVM NEQVE TV V. Q. C. L. I. P. I. P. G. D. id
est: nec illud profuit ad emendationem humani generis,
quod diluuium factum est. Neptunus enim impulsu cuspi-
dis coegit excedere fluctus litorum legem et uniuersas terras
obruere. dicit ergo Iuppiter nihil emendationi humani generis
20 profuisse supplicia, cum nihilominus peccare non desinant.

224 NVNC GEMINAS PVNIRE DOMOS duas familias signi-
ficat Thebanorum et Argiuorum, quorum se originem dicit
existere, id est Argiuorum a Perseo — Perseus autem
Iouis et Danaes filius fuit — Thebanorum per Cadmum,
25 qui ab Epapho ex Iouis origine uenit. constat ergo utri-
que genti Iouem esse auctorem.

1 et om. Pb eo M || 3 ET om. Pb | iocundibus Pb || 4 negat
ignem posse LP || 5 IDEO LP | F. . . E. om. LP || 6 pheton
MP || 11 quoniam Mon. quo LMP || 12 s. f. om. LP || 13 cli-
mene MP | patrem MP fortasse recte || 15 actum est Pb | NEQVE
TV om. L | v. . . D. om. LP || 16 neque illud L || 17 quod
diluuium . . . supplicia om. Pb | impulsu om. superscr. M ||
18 littorum L || 19 nil L || 20 profuisse om. M || 22 thebano Pb
quorum . . . existere om. Pb | dixit MPa || 23 id est om. LP
thebanorum a Cadmon argiuorum Pb || 24 damnes Pb danę M
diane Pa | cadim Pa || 25 qui om. P | per Epaphum LP | et a iouis
Pa a iouis Pb | per Epaphum originem ducit a Ioue L | ergo
aut Pa autem Pb | utrique Pa || 26 geniti Pa

225 PERSEOS ALTER IN ARGOS Perseos pro Perseios, principale pro deriuatio, atque ideo media syllaba producta est, quamuis et alio ordine produci posse uideatur, ut <Aen. I 611>: 'Ilionea petit dextra'. nam paenultima huius nominis longa est, quae secundum communem regulam breuis esse debuerat. 5

229 MALA GAUDIA MATRVM aut propter Agauen, quae parricidio suo insana gaudebat, aut propter Iocastam, quae cum filio laeta concubuit.

230 ERRORESQVE FEROS NEMORVM Athamantis scilicet, 10 qui furiata mente cum Learchum filium ingularet, leonem se putauit occidere. ET RETICENDA DEORVM CRIMINA et hoc ἀμφίβολον: aut quae homines in deos commiserunt

Lind. p. 16

aut quae | dei irrogauere mortalibus. si hominum in deos, haec sunt: quia praetulit se in pulchritudine Niobe Lato- 15 nae, Pentheus Libero, Semele Iunoni; uel propter Tantalum, qui uolens deorum mentes inquirere Pelopem filium suum diis posuit epulandum. haec enim deorum crimina. quae a Pentheo inlata sunt in Liberum, Ouidius refert.

231 VIX LVCIS SPATIO V. N. A. ut Virgilius <Aen. I 374>: 20 'ante diem clauso componet Vesper Olympos'.

233 HIC IMPIVS HERES Oedipum dicit, qui matris gremium ut incestaret, appetiuit.

235 PROPRIOS MONSTRO R. I. O. nomine usus est pro

1 PERSEOS . . . ARGOS om. M | ALTER om. P | agros Pb | Perseos om. Pb Perseus M | persios Pb || 2 deriuatio MPa || 3 est om. L | tali corr. in alio M || 4 ilione appetit Pb Dionea petit Pa | dextra om. L || 5 regulam communem LPa || 7 MATRVM om. P || 8 parridio Pa || 10 scilicet om. Pb || 11 learcum MP | creditit leonem se Pb || 12 occidere om. Pa | et om. L || 13 hoc om. LPa | amphiarabolon Pb | homines] oēs (= omnes) Pa | commiserere Pb || 14 dii P | irrogauere M irrogauere Pa || 15 se ei in pulchritudine Pa | quia . . . pulchritudine om. M || 17 quia uolens Pa | polepen Pa Pelopen L || 18 haec enim . . . Liberum om. Pa || 19 illata Pb | ut Ouidius refert LP || 20 Lux lucis Pb | V. N. A. om. LP || 22 HIC om. P || 23 appetiit LPa appetiit Pb || 24 PROPRIOS om. Pb | R. I. O. om. LP | pro monstruose nomine Pb | est om. LP

aduerbio, id est: monstro pro monstrose. quia reuocauit semina in ortus suos.

237 PROIECITQVE DIEM induxit sibi caecitatem, ut cito uindicta sequeretur. AETHERE NOSTRO id est: luce, quam
5 nos largimur. ut est <Aen. I 546 sq.>: 'uescitur aura aetheria'.

238 FACINVS SINE MORE facinus separandum, ut sit irascentis exclamatio. sine more iniuste, sine exemplo.

239 CALCAVERE OCVLOS insultauere caecitati patris.
10 IAM IAM RATA V. T. apostropha ad ipsum Oedipum. rata sensu uocis regentem.

244 ADRASTVS SOCER qui pro genero Polynice pugnauit. atqui adhuc non erat socer, sed quia deus est, futura praedicat. ADIUNCTA SINISTRIS adiuncta pro adiun-
15 genda. nondum enim adiuncta erant. sinistris infensis numinibus et contrariis, quia morituri sunt.

246 NEQVE ENIM ARCANO D. P. F. T. reddit causas, cur etiam Argiuos uelit euertere: scilicet propter Tantali scelus, qui decipere se credidit deos, quando epulandum his appo-
20 suit filium, uel quod epulando cum diis secreta eorum mortalibus prodidit. ob quod facinus dignas apud inferos poenas soluit. fallax autem quia deorum prodebat consilia.

248 SAVCIA pro sauciata.

249 FLAMMATO VERSANS ut Virgilius <Aen. I 50>:
25 'taliam flammato secum dea corde uolutans'. INOPINVM quod Thebarum gaudebat exitio de suis urbibus iam secura.

1 id est . . . monstrose *om.* Pb | monstruose L monstrasse Pa | qua reuocant Pb || 3 Proiectoque Pa | inluxit M || 5sq. Aetherea uescitur aura LPb etheria uexitur aura Pa aetheria uescitur aura M *transposui* || 7 Facimus Pb | mōā Pa | facinus *om.* Pb || 9 cecitate Pa occitati Pb || 10 IAM¹ *om.* M | V. T. *om.* LP | anastrophe L anastrophē Pb anastrophē Pa | RATA VOTA LP || 11 sensus M | vocē sensu regentē *Mon.* | *schol. non intello* || 12 pugnauerit atq; Pb || 14 adiuncta . . . sinistris *om.* Pb || 15 enim *om.* Pa || 16 qua morituri Pa || 17 ENIM *om.* L | D. P. F. T. *om.* LP || 21 tradidit Pb || 22 autem *om.* L | concilia M || 24 FLAMMATO . . . uolutans *hoc loco om.* MP *cf. ad u.* 258 || 26 quod M quo Pa quia L ergo Pb | exilio libri, *corr. Vnger.*

250 MENE O IVSTISSIME DIVVM inuidiose se pro Argis dixit. ut Virgilius <Aen. I 250>: 'nos, tua progenies, caeli quibus adnuis arcem'.

251 SCIS SEMPER VT ARCES CYCLOPVM quia semper Iuno fauit Argiuis. ut Virgilius <Aen. I 24>: 'prima quod 5 ad Troiam pro caris gesserat Argis'. Cyclopum autem: aut quas Cyclopes fecerunt, aut magni ac miri operis. nam quicquid magnitudine sua nobile est, Cyclopum manu dicitur fabricatum.

Lind. p. 17 252 MAGNIQVE PHORONEOS I. F. | rex Argiorum, qui 10 primus dicitur Iunoni templa dicasse et sacrificiorum instituisse sollemnia.

254 CVSTODEM PHARIAE S. L. I. bene prius somno. nam hic, qui centum habebat oculos, nisi somno oppressus occidi non poterat. Argum describit, quem Mercurius di- 15 citur occidisse.

255 RESTINGVAS perimas. bene restinguas, quia anima ignis est. ut Terentius in Adelphis <u. 314 F.>: 'primo ipsi seni animam exstinguerem' et Virgilius <Aen. VI 730>: 'igneus est ollis uigor et caelestis origo'. 20

SAEPTIS ET TVRRIBVS AVREVS INTRES Acrisius, pater Danaes, oraculum accepit causam mortis sibi futurum, qui ex filia nasceretur . . . sed Iuppiter conuersus in aurum

1 DIVVM *om.* Pb | inuidiose sēp M inuidiose pro L inuidiasē pro Pa | agris Pb || 3 caeli . . . arcem *om.* MP || 4 arce Pb || 5 Iuno semper L | fauet LP | primo Pa || 7 aut¹ *om.* MPb | ac | aut Pb || 8 manibus Pb man' Pa || 10 Magisque Pb | faroneos Pb pharoneos Pa | I. F. *om.* LP | Phoroneus rex L || 11 iunonis Pb || 12 sollemnia LPb || 13 PHARIAE] fame Pb | S. L. I. *om.* LP || 14 hic] homo LP | habet Pb || 15 poterit Pb | Argum] ergo Pb Argum ergo LPa || 18 ignea LP || 19 primum Pb | extinguerent Pa || 20 est *om.* Pa | sollis *corr. in solis* M illi Pa olis Pb | et caelestis origo *om.* MP || 21 INTRES *om.* L | Acrisius Pb | danes M damnes Pb clanaes Pa || 22 qui oraculum LP | futuram LM | quia L || 23 *post nasceretur scholii partem excidisse manifestum est. quam lacunam expleas ex mythographi uerbis:* „unde sollicitus turrem aeneam fecit et in ea filiam Danaen posuit adhibens intus puellas custodes, foris uero satellites canesque uigiles.“ | in taurum M in imbrem aureum L

uitiauit Danaen. ex quo coitu Perseus natus dicitur, qui Acrisium obiecto Gorgonis capite conuertit in saxum.

256 MENTITIS IGNOSCO TORIS id est: non irascor illi ciuitati, ubi mutatus adulteria commisisti. cum aliis enim
5 maiestate dissimulata concumbis, ad Semelen uero professus numen intrasti.

257 VBI CONSCIA MAGNI SIGNA TORI T. A. hoc est: quibus mecum coire consuesti. tonitrus genere masculino protulit, cum Lucanus neutro ut <VI 692>: 'fractae-
10 que tonitrua nubis'.

258 ET MEA FVLMINA TORQVES id est: insignia matrimonii mei, quae debui sola sentire, uel mihi soli nota et mihi tantum obnoxia. mea fulmina physicum est. nam simplici ratione si intellegis, uxorem respicis. ceterum
15 fulmen esse sine aere non potest, quia ipse aer Iuno est. etenim si non fuerint nubes aere collisae, fulmen nullum est. ut Lucanus <I 151>: 'qualiter expressum uentis per nubila fulmen'. mea fulmina: hoc est secundum pontifices, qui aiunt certa cuique fulmina deo ascripta, in quibus
20 et Mineruae.

260 QVIN AGE figurate: concedimus, quod fieri nolumus. ut Virgilius <georg. IV 329>: 'quin age et ipsa manu felices erue siluas'.

1 danaem Pa // // // // eam Pb | ex om. Pb | dicitur] est Pb ||
2 acrisius Pa | conuertit] conerit Lm || 4 mutatas Pa || 5 cum-
cubis Pb concubuisti Schottky | Semelē L || 7 signa m. Pa
signa magis Pb | T. A. om. LP | id est L || 8 consueuisti Pb ||
9 cum Lucanus ... nubis om. M | fractaque LP || 10 tonitrua-
que Pa | nubis om. LP sequitur in fulmen quae cogitur aer L
in fulmen cogitur aer Pa atque ut fulmen cogitur aer Pb cf.
Verg. Aen. V 20: atque in nubem cogitur aer || 11 et om. MPa |
insigna Pb || 12 mihi om. Pa || 13 me fulmina Pb | phisica
corr. in phisicū M || 14 intelligis LP || 17 post per nubila
fulmen sequitur in P scholion ad u. 249 supra omissum Flam-
mato v. (enim Pb) . . d. c. u. || 18 mea om. M | hec Pa | est
om. MP || 21 figuratae M || 22 ipse LP || 23 post siluas se-
quitur in M f. n. i. i. sunt Vergilii uerba fer stabulis inimicum
ignem

261 ET SAMON ET VETERES ARMIS EXSCINDE MYCENAS
v. s. s. Samos et Mycenae atque Sparta, Graeciae ciuitates,
Iunoni sacratae sunt. Samos enim cara Iunoni; haec enim
prima Iunonis nuptias uidisse dicitur. ideo cara insula
attestante Virgilio <Aen. I 16>: 'posthabita coluisse Samo'. 5
Spartam uero dixit ciuitatem Laconicae regionis ut Vir-
gilius <Aen. I 316>: 'Spartanae uel qualis equos Threissa
fatigat'.

262 SANGVINE FESTO uictima sacrificiorum.

263 TVRIS BOI id est Sabaei. ut Virgilius <Aen. I 10
416 sq.>: 'centumque Sabaeo ture calent arae sertisque
recentibus halant'.

265 COPTOS ciuitas Mareotica Aegypti, in qua Io uersa
in Isidem colitur, cuius sacris sistro celebratis Nilus ex-
aestuat. ET AERISONI LVGENTIA F. N. de sacris Isidis 15
tractum, quia prouentum fructuum quaerunt Aegyptii usque
ad ueros planctus. nam irrigatio Nili supra dictorum
fletibus imploratur. siue lugentia dicit propter Osirin,
quem planctibus quaerunt et inueniunt; eundemque Solem
dicunt. Martianus <II 191 sq.>: 'Iseum te Serapim Nilus, 20
Memphis ueneratur Osirim'. aerisoni ait: aeris sonum
dantis propter sistrum.

Lind. p. 18

267 SVBVENIT in mentem uenit.

269 FVRIAS pro criminibus posuit et peccatis ut illud
Virgilio <Aen. I 41>: 'et furias Aiaccis Oilei'. 25

1 ET² om. P | ueteresq; Pb uet'isq; Pa || 2 v. s. s. om. LP |
samo MPa samus Pb | atque] et Pb | Sparta L sparte P ||
3 samos etiã M haec enim . . . dicitur om. in marg. add. M ||
5 etiam Virgilio L || 6 Laconiae ciuitatem L laconice ciuitatem
Pa | laconiq; Pb | ut Virgilius . . . fatigat om. M || 7 Threissa
fatigat om. Pb || 10 id est orientalis siue saei Pb || 11 sertis-
que . . . halant om. MP || 13 meotica Pb || 14 inisdem Pb ||
15 exestuat Pa | ET om. MP | F. N. om. LP | isidẽ Pa || 16 que-
ritur Pa queñ M || 17 supre Pb || 18 Osirim LPb || 19 que-
ritur Pa queñ M || 20 Martianus . . . Osirim om. M | Martial. L
Martianis Pb | Isaeum L | te om. LPb | seraphi Pb Seraphin
LPa || 21 Memphis om. L | Osyrim LPa | ait] id est Pb || 22 dan-
tis sonum aerius per sistrum Pb || 24 ut et illud Pb | illud om. L ||
25 Virgilius Pb om. LMPa | et om. LMPa | Oilei om. Pa

271 SVBTERLABITVR VNDA fabulam tangit. nam dicunt Alpheum fluuium Elidis et Pisarum, quae ciuitates sunt Arcadiae, ad Arethusam nympham Siciliae per occultos maris meatus uenire. ideoque dicit 'praeterlabitur uaga unda'. alii autem dicunt, quod Arethusa uenatrix fuerit, quae cum se in Alpheo post laborem ablueret, ab eo adamata est. et diu fugiens deorum miseratione in fontem mutata ad Siciliam per secretos meatus uenit. quam Alpheus dicitur persequi usque ad Siciliam. quod Virgilius exsequens ait <georg. IV 344>: 'et tandem positus uelox Arethusa sagittis'. ideoque Iuno precatur Iouem, ut si placeat sibi emendare saecula, retro <269> id est a sedibus illis incipiat parcens interim Argiuis.

274 ILLIC MAVORTIVS AXIS OENOMAI Elidem dicit et Pisas, ubi Oenomaus regnavit, rex crudelissimus. [notissima fabula Oenomai in Seruio.]

post schol. u. 269 in P secuntur haec: De Atreo et Thyeste notissima est fabula. nam Atreus et Thyestes cum in disensione sibi nocere non possent, in simulatam gratiam uenisse. Thyestes cum frater uxore concubuit. Atreus uero epulandum filium ei (sibi filium Pb) apposuit. quem (quam Pb) sol ne pollueretur, aufugit. sed ueritas hic (h' Pb) est: Atreus apud Mycenae primum solis eclipsin (eclipsim Pb) inuenisse dicitur (om. Pb). cui inuidens frater ex urbe discessit tempore quo probata sunt dicta. *eadem leguntur in L p. 499 sq. cum his discrepantiis:* notissima [est] . . . uenerunt. qua occasione Thyestes . . . quo sol . . . ueritas haec . . . eius dicta || *deinde in P scholia secuntur hoc ordine:* 274 sq. ILLIC . . . crudelissimus. 275 sq. GETICOQVE . . . carne pascebantur. 282 MELIUS . . . occiderat. 271 SVBTERLABITVR . . . Argiuis. 274 sq. notissima . . . Seruio. 275 sq. notandum . . . locis. || 1 *scholion om. M* | Subterlabit Pb | fabula Pa || 2 sunt ciuitates L || 3 nympa Pb | occultas Pa || 4 preter labent Pb || 5 fuit L || 6 in flumine Alpheo L | abluerat Pa || 7 miseratione deorum Pb || 8 in sicilia Pb || 9 usque in L | quod] ut Pb || 10 uelox positus LP || 11 Arethusa sagittis om. P || 12 placet P | id est om. P || 13 iterum Pb | *post Argiuis sequitur in Pb:* hic omittit exponem (= exponere) uersum illum dubium (273 sq.): Archades hic tua nec pudor est delubra nephastis imposuere locis. || 14 Eliden LMFa | et] ut M || 15 notissima . . . Seruio om. M || 16 in Seruio om. L

275 GETICOQVE PECVS STABVLARE SVB HAEMO DIGNIVS id est: equi digni erant stabulare in Scythia; ubi equi Diomedis erant, qui humana carne pascebantur. notandum autem, quia equos illos, quibus prouocabantur proci ad curule certamen, poeta pecus uocat, quod est generale nomen omnium animalium effigie humana carentium. quos equos dicit Iuno digniores esse ad stabulandum in Haemo, monte frigidissimo Graeciae, quam in praefatis locis.

282 MELIUS GENEROS PASSVRA NOCENTES Polynicen per patris incestum et Tydeum, qui fratrem suum Toxeum occiderat.

288 AVSVRAMQVE DIONEN Veneris matrem dicit sollicitam futuram propter Harmoniam, Veneris et Martis filiam, Cadmi uxorem.

Lind. p. 19

294 REGNISQVE ILLAPSVS OPACIS umbro|sis, sine sole. Virgilius <Aen. VI 534>: 'et tristes sine sole domos'.

298 LEGE EREBI quia dicuntur inhumatorum animae multis errare temporibus. Virgilius <Aen. VI 329>: 'centum errant annos'.

1 dignus LMP || 2 equi qui LP | stabulari LP | in Thracia L || 3 carne om. Pb | notandum . . . locis om. M om. etiam Monac., qui post pascebantur haec praebet: (278) Placet i. n. uel propter Graecos <qui> ibi latuerunt, quando Troia capta est. uel — quod melius huic loco conuenit — propter Ganymedem, qui dum uenaretur in Ida silua, raptus est a Ioue et appositus est in ministerium domus remota Hebe filia Iunonis. (278 sq.) Mentita m. c. t. quae mentitur se habere sepulchrum tuum: cf. Seru. ad Aen. I 28 et infra ad Theb. I 548 || 5 uocat pecus Pb || 6 nomen om. Pb || 7 digniores dicit ad ad Pb || 8 montes Pa | Thraciae L | quam ad standum in dictis locis Pb || 10 melios M | n. Nocentes M | per] propter L qui Pb || 11 Toxeum LPa doxeum M tossico Pb latetne toxico? || 13 Ausuram Pb | Dionam M DIONEM LPa dionenque Pb || 14 Hermionem LPb ermionē Pa ormoniem corr. in ermionem M | et Martis om. Pb || 16 inlapsus M || 17 Virgilius . . . domos om. M | tristis Pb | ut tristis Vergilius || 18 //ege M | herebi LMPa | que Pb || 19 Virgilius . . . annos om. M || 20 erant Pa

299 TVMENTEM iactantem se exilio propter cognationem Adrastii. et hoc quasi deus ad eum dicit, nam futura sunt haec. Virgilius <Aen. IV 235>: 'qua spe inimica in gente moraris'.

5 303 PARET ATLANTIADES non respondit, quasi numen inferius, sed paruit iussis.

304 SVMMA PEDVM petasum dicit id est alatum calciamentum Mercurii. Virgilius <Aen. IV 239 sq.>: 'pedibus talaria nectit aurea'.

10 305 OBNVBITQVE COMAS ET TEMPERAT A. G. ordo est: obnubit comas galero et temperat astra, quasi uniuscuiusque dei caput astrum sit. igitur obnubit, obscurat, ne nudo capite descendens terras fulgore percuteret. temperat, uel quia benefica stella Mercurii maleficarum temperat flammas, uel — certe occulte — nobis exponit quinque
15 plagas caeli ex istis constare sideribus: Saturni, Iouis, Martis, Mercurii, Veneris. Saturni frigida est stella id est nocens, [ut <georg. I 336>: 'frigida Saturni sese quo stella receptet'. et frigidus nocens, ut <ecl. VIII 71>:
20 'frigidus in pratis cantando rumpitur anguis']. Martis calida, Mercurii frigida, Iouis et Veneris temperata. ergo quia per mediam zonam uolabat, Iouis et Veneris uicina sidera frigido transitu temperabat. GALERO pilleo. ut Virgilius <Aen. VII 688>: 'fuluosque lupi de pelle galeros'.

25 306 TVM DEXTRAE VIRGAM INSERVIT ut Virgilius <Aen. IV 242>: 'tum uirgam capit'. QVA PELLERE DVLCES AVT SVADERE ITERVM SOMNOS mortis somnos dulces dixit,

1 lactantem MPa || 2 ad Deum LPa || 3 hic Pb | Virgilius ... moraris om. M | in gente inimica L || 4 moratur Verg. || 5 scholion om. LmM | athalantiades Pa atlantides Pb | respondet L | quia L || 6 iussis om. Pb | 7 scholion om. LmM | per mythogr. petasum mutare non licet | dixit L | id est] et L || 10 ET TEMPERAT A. G. om. LP || 11 obnubit¹ M Obnubitque L || 12 diei M | astrum caput Pb | igitur M legitur LPa ideo Pb || 13 fulgure corr. in fulgore M | & temperat L || 17 stella om. M || 18 ut . . . anguis om. M | ut om. Pb | qua sese L | sese . . . receptet] s. q. Pa s. g. Pb || 19 et.. anguis om. Lm || 23 pileo LPb || 25 dextro Pa dextram Pb || 27 AVT . . . SOMNOS om. LPa | mortis somnos dulces om. Pa

nam in uita dulces non sunt. ut Cicero <fragm. inc. sed.>: 'hoc iter uitae tam confragosum putamus, tam plenum iniuriarum ac miseriarum atque laborum' et Virgilius <Aen. VI 721>: 'quae lucis miseris tam dira cupido?'

309 DESILUIT cum saltu descendit. ut <Aen. X 453>: 5
'desiluit Turnus biiugis'. TENVIQVE EXCEPTVS I. A.
tenui aura, qua mortales fruuntur. ut Virgilius <Aen. I 387sq.>: 'auras uitales carpis'. nam aer crassior est aethere. inhorruit autem, quia ab aere calido in aerem frigidum descendit. alii inhorruit ad stridorem referunt 10 alarum.

311 CARPIT transit. DESIGNAT NVBILA GYRO quasi more auium, ut uolatus ipsius uideretur esse descensus in gyrum, siue gyrum Irim dicit. transitus enim nubium necesse est ut leuem concitet rorem. nubilum autem ex 15 transitu nubium fit et astrorum motu. sol uero cum aduersam tetigerit radiis nubem aquosam, Irim facit. nam ipsa est transitus deorum.

Lind. p. 20

312 OLIM VAGVS EXVL quia superius <u. 164 sq.> dixit: 'iam sorte carebat dilatus Polynicis honos'. hinc ergo 20 incipit poeta describere, quemadmodum exul ad Adrastum peruenerit.

313 FVRTTO clam. exulem enim nisi furtim non licebat eos fines attingere, quibus fuerat expulsus.

314 AONIAE Thebanae regionis. ut Virgilius <ecl. VI 25 65>: 'Aonas in montes'. MALE DEBITA REGNA non in-

1 in om. Pa | non sunt om. Pa || 2 uitae] iure L | tam plenum] uitam plenam esse L uitam plenum MPa || 3 atque om. MPa et L | et] ut LP || 4 cupido est Pb || 5 Dissiluit Pb corr. in desiluit M || 6 desiluit M dissiluit Pb | I. A. om. LP || 7 tenum aura que Pb | ut . . . carpis om. M || 8 aer] ether M || 9 aethere om. M in aethere L || 11 aliarum Pb || 12 gico corr. ex bico Pb | quasi] quia si Pa || 13 in gyrum om. MPa || 14 siue in girum Pb || 16 niuium fit Pb numinum fit LmMPa | motum Pa || 20 Delatus L | honor M || 21 ad om. Pb || 23 FVRTIM L | nili Pa || 24 fines om. M | a quibus L || 25 regionis corr. in regiones M | ut . . . montes om. M || 26 Aonios LPb

debita ut <Aen. IV 8> 'male sana', sed male debita dixit, quae esset proeliorum incommodis petiturus. aut certe male concipit animo regna sibi debita, quae sciebat germanum nunquam sibi redditurum sponte.

5 315 SIGNIS CVNCTANTIBVS tarde procedentibus. ad desiderium rettulit spem gerentis.

317 CVRA VIRVM recursans ad cogitationem eius retulit, non ad diem.

319 HAC AEVVM CVPIAT PRO LVCE PACISCI id est: pro
10 illo die, quo cupit se uidere regnantem, libenter totius vitae suae offert tempora. ut Virgilius <Aen. V 230>: 'uitamque uolunt pro laude pacisci'.

320 NVNC QVERITVR CEV TARDA FVGAE D. descriptio
15 hominis anxii: nunc superbiam secum regnantis reputat fratris, modo uotis erigitur in regio spiritu.

321 ET SEDISSE SVPERBVS sibi effectum uoti frustra gaudebat.

323 CONSVMIT GAVDIA VOTO semper optando regnum
consumit gaudium. de rebus enim inopinatis magis laeta-
20 mur quam de his, quae mente semper tractauimus.

324 TVM SEDET INACHIAS VRBES sedet placet. ut
<Aen. II 660> 'sedet hoc animo'. Inachias sine prae-
positione: ad Inachias urbes, ad arua Danai id est Ar-
golica. ut <Aen. VII 286> 'Inachiis sese referebat ab
25 Argis'. DANAIQVE ARVA Danaus et Aegyptus fratres

2 quae] quia Pb propter q; *superscr.* quę M | incommode Pa | perituros Pa perituros Pb || 4 numquam Pb | sibi om. LMPa || 5 ad om. Pb || 6 retulit MPa || 7 recursans om. MP | contagionem Pa | retulit MPa || 8 post diem *leguntur in LmM Mon.*: id est si regni (*corr. in regna M*) cupiditas ad finem || 9 ac Pb | AEVVM] ei Pa || 11 offerret L | ut om. L || 12 vitaeque M || 13 d. om. LP || 15 spiritu regio L || 16 ET om. MP | sibi om. L || effectum uoti compotem L || 18 VOTA L | semper ... gaudium om. M || 19 enim] autem Pb | laetatur Pa || 20 semper mente L | mente om. Pb | semper om. M || 21 TVNC L || 22 Inachia sine Pb || 23 ad arua om. L | Danai om. L campi MP *an scribendumst Inachi?* | id est Argolica hoc loco om. L || 24 aut inachias Pb | ab om. Pb || 25 Argis om. P | post ARVA *secuntur quae supra*

fuerunt Beli filii. Danao fuit uirilis sexus quinquaginta numerus filiorum, e diuerso Aegypto par numerus filiarum. uoluit ergo Danaus fratris filias liberis suis matrimonio sociare. at Aegyptus oraculo cognouerat, quod generi sui manibus interiret. iussit ergo filiabus, ut sponso occiderent. 5 sola Hypermestra, dum ceterae facinus perpetrassent, Lynceo pepercit.

325 ET CALIGANTES ABRVPTO SOLE M. de Atreo et Thyeste notissima historia est, quod alter alterius liberos interfecit, quo aspectu Sol dicitur refugisse, unde Virgilius 10 <Aen. I 568>: 'nec tam auersus equos Tyria Sol iungit ab urbe'. abrupto autem sole dixit subducto lumine et a cursu suo reuocato.

326 FERRE ITER IMPAVIDVM non iter impavidum, sed ipse impavidus. PRAEUIA dux uiae. praeuii enim di- 15

Lind. p. 21 cuntur duces | uiarum.

327 SEV FORS ILLA VIAE hoc est: illud iter aut furor suasit aut casus aut fatum.

328 VLVLATA FVRORIBVS ANTRA in quibus Liber pater colitur ululatu Baccharum. descriptio itineris illius. ulu- 20 lata participium sine uerbi substantia ut regnata, triumphata, nupta.

omissa sunt: campi id est agricolae L | Aegyptus L egistus MP *cf. mythogr.*

1 Beli filii om. M | belli Pa | filiis Pb | fuerunt Pb | uirilis sexus om. Pb || 2 numerus om. Pb numer. Pa | filie et ediuerso egisto quinquaginta filii Pb | egisto MPa || 3 filios Pb | copulare seu sociare Pb || 4 at coniecit Schottky et LPa om. MPb | Aegyptus L egistus MP | cognouerat oraculo Pb || 5 ergo om. MPb || 6 Hypermestra L Ipernestra Pa hipermestre M | lino linceo Pb | *fabulam in LMPa plane peruersam esse quamuis manifestum sit, tamen Pb codicem, qui priorem quidem partem rectiorem praebet, ut sequeretur animum non induci* || 8 SOLE om. P | M. om. LP | de . . . refugisse abrupto in contextu om. in marg. sup. add. M || 9 est om. L | alter] unus LP | epulas fecit LP || 10 aspectu Pb | unde . . . urbe om. M || 11 tam om. Pa | aduersus Pa | iungit ab urbe om. Pa || 14 inpauidū M | impavidum om. MP | sed om. P || 15 inpauidus M | duxit L dux uie MP || 19 baccharum in quibus Pb || 20 bacharum M bachorum Pa | descriptio om. Pb || 21 substantia] subea Pb sub'a Pa

329 BACCHEO SANGVINE COLLES sanguine, quem perempto Pentheo Agaue mater effudit. Cithaeronem significat, ubi se Bacchae secant in honorem Liberi. ut Virgilius <Aen. IV 303>: 'orgia nocturnusque nocat clamore Cithaeron'.

330 INDE PLAGAM id est regionem. QVA MOLLE SEDENS id est: qua paulatim tumores collium in planum relaxantur. molle pro molliter: ubi in campum effunditur nimis extensum.

331 LASSVM utique fluctibus caesum, uel quia in hanc partem deuexus uires amiserit in excelsa crescendi.

332 ARTE anguste siue doctrina, hoc est quadam solertiae leuitate iter faciens. PENDENS quicquid enim in praecipiti stat, uidetur pendere. nam qui per angustias ardui montis incedit, quasi pendeat, eminus cernentibus sic uidetur.

333 INFAMES SCIRONE PETRAS notas dixit infames, ut est <Horat. carm. I 3, 20> 'infames scopulos Acroceraunia'. hic Sciron hospites suos uel transeuntes saxo residens cogebat pedes sibi lauare et eos ex improviso praecipitabat, quem tamen Theseus dicitur peremisse.

SCYLLAEAEQVE RVRA Megaram significat ciuitatem, in qua Nisus regnasse dicitur crinem purpureum atque fatalem habens, quem dormienti patri Scylla filia secuit. nam ut Virgilius utrumque monstraret, <georg. I 405> ait: 'et pro purpureo poenas dat Scylla capillo'. item alibi <ecl. VI 74 sq.>: 'quid loquar aut Scyllam Nisi aut quam

6 plaga Pb | sedem Pb || 7 id est qua om. L || 8 relaxans LP | effunditur om. Pb || 10 censum Pb exesum Lc || 11 diuexus M | uires om. Pa post excelsa transpos. L || 12 ARCTE L | siue arte doctrina L | id est L | solertiae L solertia Pb sollar///// man. 2 superscr. cie M || 13 leuitati M | iter] id LPa || 14 angustas M || 15 pendat Pb || 17 PETRAS om. MP | nota L || 18 scopulosa croceraonea M scopulosa sa ceraunia Pb || 19 Scyron hic Pb | suo Pb || 20 sibi pedes Pb | leuare corr. in lauare M | improviso M || 21 tandem L | peremisse . . . dicitur om. in marg. sup. add. M || 22 megara Pb megera M || 24 habentes Pa || 25 utrumque MPa namque Pb || 26 alibi om. Pb || 27 an silla nisi Pb

fama secuta est candida succinctam latrantibus inguina monstris'.

334 MITEMQVE CORINTHON tranquillum siue otiosum.

335 ET IN MEDIIS AVDIT D. L. C. Isthmon significat, qui inter duo sit maria constitutus, ut Horatius <car. 5 I 7, 2 sq.>: 'bimarisque Corinthi moenia', id est inter Ionium et Aegeum describit Corinthum positam ciuitatem.

336 IAMQVE PER EMERITI SVRGENS CONFINIA PHOEBI a re militari, quasi et sol diei militare uideatur. emeriti occidentis. confinia bene dixit, quia iuxta ipsum 10 surgit, oritur. quomodo emeritos dicimus simili labore donatos, sic et emeritus sol occidens dicitur | post laborem, cui noctis astra succedunt, ut Virgilius <Aen. V 70>: 'emeritaeque exspectant praemia palmae'.

337 TITANIS luna. ut Virgilius <Aen. VI 725>: 'lucentemque globum lunae Titaniaque astra'. sic autem Titan et Titanis dicitur, quemadmodum Phoebus et Phoebe. MVNDO SVBIECTA SILENTI id est superiecta. ut Virgilius <Aen. XII 287 sq.>: 'et corpora saltu subiciunt in equos'. 20

338 TENVAVERAT AERA BIGA bene tenuauerat, quia diei aer crassior est, noctis tenuis.

339 IAM PECVDES V. T. sic Virgilius <Aen. IV 525>: 'cum tacet omnis ager, pecudes pictaeque uolucres'.

IAM SOMNVS AVARIS INSERPIT CVRIS auaris indefessis. 25

1 secuta est om. Pb | candida . . . monstris om. LP || 3 corintho Pb | tranquillam . . . otiosam Vnger. || 4 ET om. MP | D. L. C. om. LP | ismon Pa || 5 qui] qd M | maria sit LP | constitutu MP || 6 bimarisue Hor. | Corinthi om. P || 9 et diei Pb || 10 iusta ipsum ///// oritur M || 11 surgit om. L(M)P suppl. Vnger. || 12 sic om. Pb | et om. L | emeritos M emeritis Pb | senili languore damnatos Vnger. || dicitur occidentis Pb | post] primo Pa || 13 succe//dunt M || 14 meritaeque exspectent Vergilius || 15 Titanes M | lucentem Pa || 16 aut Pa || 17 et¹ om. L || 18 SILENTI om. LMPa | id est om. MP | superiecta om. Pb || 19 subiiciunt L || 21 Tenuerat superscr. au M tenuant Pb | aere Pa | tenuerat superscr. au M tenuant Pb || 22 aer om. Pb | curssior Pa | tenuis noctis LP || 23 V. T. om. LP u. q. t. M || 25 AVARIS] auarus Pa

auarus enim animus difficile fatigatur. ut Horatius <carm. III 29, 61>: 'addunt auaro diuitias mari'.

340 NVTAT pendet.

341 LABORATAE VITAE per laborem peractae.

5 342 SED NEC PVNICEO R. N. C. hoc vult poeta monstrare: serenum diem non contigisse Polynici. nec enim ulla serenitatis signa promiserat solis occasus. puniceo ergo sereno dixit. ut Virgilius <georg. I 453>: 'caeruleus pluuiam denuntiat, igneus Euros'.

10 344 NITVERE CREPUSCVLA PHOEBEO crepusculum dicitur, quod inter diei finem est et exordium noctis. unde et decrepiti senes dicuntur esse iam prope occasum salutis et initium mortis. utrumque enim tempus ostendit: et diei initium et extremum noctis. siue crepuscula, quia
15 praecedentis solis radii percutiuntur a crepusculo, id est ab extrema parte noctis.

345 DENSIORE A TERRIS densiorem noctem nebulam dicit, quod quando ima petunt nebulae, serenitas est [Virgilius <georg. I 401>: 'at nebulae magis ima petunt campoque
20 recumbunt'], quando altum, sine dubio imbres futuros ostendunt. ET NVLLI PERVIA FLAMMAE quam neque Solis neque Aurorae ualeat flamma penetrare.

346 IAM CLAVSTRA RIGENTIS AEOLIAE frigidae, quia prope est, ubi habitant uenti.

25 347 PERCVSSA SONANT certamine uentorum exire uolentium.

348 VENTI TRANSVERSA FREMENTES ut Virgilius <Aen. V 19>: 'mutati transuersa fremunt'.

1 auaro *corr. in auari* M || 5 Set Pa | NE L | R. N. C. om. LP | hoc] Hic L | modo stare Pb || 7 nulla Pb | promiserat signa Pb | praemiserat L || 10 Nitare Pb || 11 finem diei L | et¹ om. Pb | unde . . . mortis om. Lm || 12 senes om. Pb | esse om. LPa qui Pb | mortis . . . diei initium om. Pb || 14 siue crepuscula] scribendum esse puto sole repercusso tale quid || 18 nebulae . . . petunt om. Pb | Virgilius . . . recumbunt om. M || 19 campoque *corr. ex campūque* Pb || 23 rigendis MPa | AEOLIAE om. MP || 25 PERCVSSA L | certamina LPa || 27 *schol. om.* M | fremunt confingunt ut P | ut et Pb || 28 transuersa] tñsū Pa | fremunt om. Pa

349 CONFLIGVNT ut <Aen. II 417> 'configunt Zephyrusque Notusque'.

350 DVM CAELVM caelum pro nubibus posuit, [ut Virgilius <Aen. II 416>: 'aduersi rupto ceu quondam ...']

352 SICCO QVOS ASPER HIATV physicam rationem secutus est. nam si primo Auster pluuias faciat, mox sequitur Boreas et easdem aut in niuem aut in grandinem mutat. inde Ouidius <met. IX 220>: 'utque ferunt imbres gelidis concreescere uentis' id est gelari.

353 NEC NON ABRVPTA TREMESCUNT FVLGVRA CORUS-
cations enim quasi ruptis nubibus tremunt. fulgura a fulgore dicta sunt.

354 RVMPITVR AETHER quasi ex collisione nubium.

355 IAM NEMEA silua uel mons iuxta Cleonam, Graeciae ciuitatem, ubi Hercules leonem uicit. ut Lucanus 15
<IV 612>: 'ille Cleonaei proiecit terga leonis' et Virgilius
<Aen. VIII 295>: 'et uastum Nemeae sub rupe leonem'.

Lind. p. 23 notandum autem, quod nomen *a* litera terminatum longum est. Latinitas hoc non habet, sed ideo, quoniam est nomen Graecum, in quo melius Graeca ratio considerabitur. 20
CONTERMINA LVCIS confinia atque uicina his lucis montium Argiuorum.

356 ARCADIAE CAPITA ALTA MADENT quinque montium cacumina Arcadiae regionis ostendit id est Cylleni, Ly-

1 *schol. om. M* | CONFLIGVNT ut configunt *om. Pb* | erusq; noctusq; *Pb* || 3 caelum *om. LMP seru. Mon.* | ut ... quondam *om. M* | quondam &c. *L om. Pb* || 5 Sic quo uos *Pa* || 6 facit *L* || 7 et *om. Pb* qui *L* noēs *Pa* | niues *Pb* || 8 Vnde *L* | utique *Pb* | fert[^] *Pa* fer///// *superscr. t M* || 9 gelide *Pa* | congelari *LPb* || 10 abrupte *Pb* | TREMESCUNT *LPb* | fulgora *M* | corusc. ... fulgura *om. in marg. inf. add. M* || 11 enim] aū *M* || 12 fulgē *Pa* || 13 AETHER *om. MP* | quasi *om. Pb* || 14 silua *om. Pb* | silua uel mons] palus *M* | cleonum *Pb* cleoniā *M* || 16 et Virgilius ... leonem *om. M* || 18 notandum ... considerabitur *hoc loco omissum sequitur in MP post Argiuorum* | littera *LP* || 19 est *om. LPa* | hoc *om. LPa* | quia *L* || 20 grecum est nomen *Pb* || 21 his *om. L* || 22 argiuorum montium *Pb* || 24 *cf. Plin. n. h. IV 6, Strabon. VIII 8. Cylleni L quillei MPa | licei quillei Pb*

caei, Licornis, Argolionis, Maenali. RVIT festinat impetu exire. ut Virgilius <Aen. I 83>: 'qua data porta, ruunt'. AGMINE multitudine aquarum. ut Virgilius <georg. I 322>: 'ruit agmen aquarum'.

5 357 INACHVS fluius regionis Argiuae. ERASINVS fluius in septentrione.

358 CALCANDAQVE FLVMINA NVLLAE si his fluminibus, quae ante aquae penuria calcabantur hoc est pedibus transiri poterant, riparum aggestiones opponeres, quo minus
10 effunderentur, nullam faceres moram.

359 REFVSA commota, ut Virgilius <Aen. I 126>: 'stagna refusa uadis'.

360 LERNA lacus est apud Argos, in quo Hydram superasse Hercules dicitur. ait ergo in hoc stagno tantam
15 uim undarum fuisse, ut iterum ueneno scatere uideretur. notandum autem, quod ueteri dixit, cum omne nomen generis neutri, quod in *us* exit, nunquam nisi *e* litera terminetur, ut pecus pecore, nemus nemore.

361 RAPIVNT ANTIQVA P. B. S. ut Virgilius <georg. I 483>: 'cum stabulis a. t.' brachia silvarum ramos arborum dixit. ut Virgilius <Aen. VI 282>: 'in medio ramos annosaeque brachia pandens'.

362 NVLLISQVE ASPECTA PER AEVVM SOLIBVS hoc est: inuisa soli multis temporibus. ut est <Aen. VIII 195>
20 'solis inaspectam radiis'.

363 VMBROSI PATVERE A. L. euersis scilicet arboribus

1 Licornis LPb licoronis Pa lycononis M | Argolionis L agolionis MP | menelai Pb || 2 porta ruunt] porca₂ Pa || 4 ut ruit MPa | ruit] uenit Vergilius || 7 NVLLAE om. MP | si in his LP || 8 transire L || 10 effunderent] M | nullum M ut nullam Pb | feceras Pa || 13 palus LP | in qua LP | idram MPa || 15 ueneno] uenis L | scaturire Pb || 16 dixit] dixerit M || 17 neutri generis Pb | in u exit Pb | in e Pb | ^a litera M || 19 antiquam Pb | P. B. S. om. LP || 20 stabilis corr. in stabulis M | a. t.] &c. L om. Pa | brachia libri || 22 pandit Vergilius pendens Pa pendent L p. Pb || 23 AEVVM] euē Pa || 25 in aspectum L inaccessam Vergilius || 26 patiere Pb | A. L. om. LP | euersis om. L

Lycaei, montis Arcadiae, aestiua patuerunt. aestiua autem dicuntur pecorum stabula tempore aestatis umbrosa.

364 FVGIENTIA dilabentia.

365 NVBIGENAS qui pluuiis augetur, ut <Theb. I 206> 'et summis cognati nubibus amnes'.

366 AVRE PAVENS auditu timens. ut Virgilius <Aen. II 728 sq.>: 'sonus excitat omnis suspensum'.

367 NON SEGNIVS AMENS id est non segnior.

368 PER NIGRA SILENTIA terribilia. [ut Virgilius <Aen. II 755>: 'nunc ipsa silentia terrent'.]

369 HAVRIT ITER consumit. [ut Virgilius <Aen. X 314>: 'latus haurit apertum'.] METVS VNDIQVE ET VNDIQVE FRATER aut cuius solius timet insidias, aut cuius inuidet regno. haurit ergo accipit, id est: terribile iter oculis, auribus et omni percipit sensu et ubique sic terretur, tamquam ibi sit frater. ut est <Cic. Cat. I 18> 'quicquid increpuerit, Catilinam timeri'.

Lind. p. 24

370 HIBERNO PONTO tempestuoso. ut Virgilius <Aen. I 125>: 'emissamque hiemem sensit Neptunus' id est tempestatem.

371 CVI NEQVE TEMO PIGER pigrum temonem septentrionem dixit, qui nunquam mergitur. ut Virgilius <georg. I 246>: 'Arctos oceani metuentes aequore tingi'.

373 MALIGNIS latentibus siue dubiis. ut Virgilius <Aen. VI 270>: 'sub luce maligna'.

1 Lycaei om. MP | montibus Pa || 4 Nubiginas Pa | augetur Pb | augetur Pa augetur M || 5 et om. Pb | cognatis MPa || 6 fauēs Pb || 8 AMENS om. MP || 9 ut . . . terrent om. M || 10 nunc] simul Vergilius; cf. infra ad u. 494 || 11 ut . . . apertum om. LM || 12 nunc] latus Pb | ET VNDIQVE om. Pb || 14 accipit corr. in accepit M | terribil/// it M | pro iter in Pb semper fere legitur inter || 16 ibi] ubiq; LP | frater om. Pb || 17 catilina Pb | timeri aut uideri LPa || 18 PONTO om. M | id est tempestiuo L tempestiuo MPa uel tempestuoso Pb || 19 hiemem om. M | sensit neptunus yeme Pa | neptunus Pb || 22 emergitur Pb || 23 artos Pa antros Pb

376 TALIS OPACA id est qualis nauta timens, tamen nulla segnitie uir fortis ingressum iter emetiebatur.

377 VASTO METVENDA VMBONE pro clipeo, a parte totum. [ut Virgilius <Aen. II 546>: 'summo clipei nequiquam umbone pependit'.] FERARVM EXCVTIENS STABVLA id est siluas. nunc clipeo ferarum lustra discutit aut certe dirumpit, nunc pectoris impulsu. [ut Virgilius <Aen. VI 7 sq.>: 'pars densa ferarum tecta rapit siluas'.]

379 DAT STIMVLOS ANIMO V. M. T. id est: nimium timendo non timet. sic enim tunc timent, dum non timent. ut Cicero <pro Mil. 2>: 'non timere sine aliquo timore possumus'. VIS MAESTA TIMORIS tristitia est. huic loco congruit illud Virgiliti <Aen. II 354>: 'una salus uictis nullam sperare salutem'.

380 DONEC AB INACHIIS Argiuis, ab Inacho fluuio. [ut Virgilius <Aen. VII 286>: 'ecce autem Inachiis sese referebat ab Argis'.] dicit tam diu errasse Polynicen, quam diu de Inachiis tectis id est de Argiua ciuitate uictis tenebris lux emicuisset: de ciuitatis arce, quae Larissa nominatur. non nos autem debet confundere, quod et Thessaliae ciuitas Larissa dicitur. [a qua et <Aen. II 197> 'Larissaeus Achilles'.] haec enim, quam nunc commemorat, arx est ciuitatis Argiuae, quae Larissa dicitur.

1 talis //// nauta Pb | tamen] tantum L bene Pb || 2 sine ulla LP || 3 clipeo Pa sic fere semper | apte corr. in a parte M | a patre Pb || 4 ut . . . pependit om. M | nequiquam LP || 6 ut nunc Pb | aut certe dirumpit om. L || 7 impulsu stabula id est siluas L impulsu stabula siluas Pb impulsu stabulas siluas Pa | ut . . . siluas om. M || 8 tecta] excutiens stabula L om. Pa || 9 stumulos Pa | v. m. t. om. LP || 10 sic] si M | enim tunc timent om. Pb | timet Pb || 11 ne non timere L Cic. | timeri MP || 12 possumus L Cic. | MAESTA om. MP | est tristitia LPa || 13 huic . . . salutem om. M | contiguit Pb | Virgiliti scripsi Virg. LPa uirgilius Pb || 14 nullam om. Pa | sperare om. P | salutem om. Pa || 15 Argiuis . . . autem Inachiis om. Pb || 16 ut . . . ab Argis om. M | ecce] eo Pa | autem ab Pa || 17 ab Argis] a. Pa | policen Pa || 20 non uos P | autem] aut Pb || 21 ciuitatis Pa | a qua . . . Achilles om. M || 22 et Larissaeus . . . quam om. Pb

381 DEVEXA IN MOENIA FVNDENS quasi imaginem lucis accipere debeat. ut Virgilius <Aen. VIII 280>: 'deuexo interea propior fit Vesper Olympo'. deuexa in latere montis posita.

382 LARISSAEVS APEX ARX ciuitatis Argiuae, ut est 5
superius adnotatum. ILLO SPE CONCITVS OMNI E. id est ad illam partem. unde posteaquam lumen emicuisse uidit, desiit timere.

383 IVNONIA TEMPLA PROSYMNAE Prosymna ciuitas est, 10
ubi colitur Iuno.

384 LAEVVS HABENS id est sinistro latere praeteriens.
HINC HERCVLEO SIGNATA VAPORE L. s. ad dextrum
latus Lernae stagna. Herculeo uapore signata quasi
in famam dimissa. si ueram quaeramus historiam, Lerna
palus fuit, quae cum frequenter siccaretur ac denuo im- 15
pleretur aquis, Hercules deprehendit uenas terrae incen-
dio posse praeccludi atque ideo, postquam exhaustit eam,
ignem adhibuit, et si qua unda prorumpibat, obstruxit.
nam Hydram monstrum fuisse ἀπὸ τῶν ὑδάτων fabula
nomen obtinuit. 20

385 TANDEMQUE RECLVSIS I. P. signum est pacificae
ciuitatis.

386 ACTVTVM confestim. ut Terentius <Adelph. 634 F.>:
'aperite aliquis actutum'.

389 TENVES A. D. C. S. leues. subtiliter: in paupere 25
magnus est somnus. Lucanus <V 505 sq.>: 'in quorum

1 IN om. Pa || 3 fit] sit M || 6 annotatum L adnotandū
corr. in adnotatū M | E. om. LP || 8 uidet L || 9 Iuno tua Pa |
PROSYMNAE om. Pa prosinne Pb | prosinna Pb || 11 habet MPb |
id est om. P | pterit M || 12 HIC L | VAPORE SIGNATA L | VAPORE
om. P | L. s. om. LP || 14 infamia LPb in infamia Pa | lercia
Pb || 15 ac] et L | 17 posteaquam L || 19 hydra Pb | ἀπὸ τοῦ
ὑδάτος L apothonydaton MPa apotōnidaton Pb | fabulae L ||
20 nomine Vnger. | optinuit Pa || 21 RECLVSIS om. P | I. P. om.
LP || 24 actutum aperite aliquis L eod. ord. P | aperite] periet
Pb perite Pa || 25 TENVES L | A. D. C. S. om. LP | subtiles L
suptiliteſ M futtilis Pb

pectora somno dat uires fortuna minor'. Iuuenalis
(I 16 sq.): 'consilium Sullae dedimus, priuatus ut altum
dormiret'.

390 REX IBI TRANQVILLE MEDIO DE LIMITE VITAE id est
5 tunc, cum aetatis esset mediae.

391 ADRASTVS Talai filius et Eurynomes.

392 DIVES AVIS hoc est a maioribus nobilis. ut
Virgilius (Aen. VII 56): 'Turnus auis atque uisusque potens'. Lind. p. 25

ET VTROQVE IOVEM DE SANGVINE DVCENS paterni ma-
10 ternique generis nobilitatem explicuit.

393 HIC SEXVS MELIORIS INOPS ut Virgilius (Aen.
VII 50 sq.): 'filius huic fato diuum prolesque uirilis nulla
fuit'. [sed et alibi (ib. 52): 'sola domum et tantas ser-
uabat filia sedes'.

15 394 NATARVM ut (Aen. I 654) 'maxima natarum']

400 AEGRESCIT CVRA PARENTIS aegritudinem indicat.
ut Virgilius (Aen. XII 46): 'aegrescitque medendo'. hoc
est: responsi quidem nesciebat euentum, cura autem tor-
quebatur ancipiti.

20 401 ECCE AVTEM ANTIQVAM FATO CALYDONA RELINQVENS
Calydon, Pleuron et Olenos ciuitates sunt Aetoliae, unde
fuit Tydeus. atque ideo modo Olenium dicit, modo Caly-
donium, modo Pleuronium. hic autem Tydeus fratrem suum
interemit. moris autem fuit antiqui, sicut etiam Homerus
25 dicit, ut reus homicidii exularet. ergo Tydeus conscius
parricidii dimisit paternum regnum et casu eadem nocte

2 Syllae L sille P si ille M || 4 IBI TRANQVILLE om. L |
MEDIO . . . VITAE om. P || 5 tunc om. L | cum om. Pa | esset
aetatis L essem etatis Pb || 6 thalai MPa talaonis Pb | euri-
nomes MPa eurimones Pb || 8 Turnus om. MPa || 9 ET om. MP ||
10 generis] sanguinis L || 12 filius om. P | diui Pa || 13 sed et . . .
sedes om. M | domos Pb || sedes] sed Pa || 15 scholion om. M in
L legitur sic: natorum n. d. quasi Vergilii essent uerba. Pa
praebet haec: natorum est maxima n. l. sedes || 16 inducit Pb
indic add. at man. 2 M producit L || 17 egrescit Pa || 20 an-
tiqua Pa || 21 pleuros LMP | olenus Pb oleōnos M || 23 pleurenium
Pb | fratrem suum focum LmM cf. u. 282 || 24 antiquis LP |
et homerus Pb || 26 parricidii om. Pb

iisdem confectus imbris, quibus Polynices, Argos uenit. Calydona uero urbem esse Aetoliae Virgilius loquitur dicendo <Aen. VII 307>: 'quod scelus aut Lapithis tantum aut Calydona merentem'.

402 FRATERNI SANGVINIS quia occiderat auunculum suum 5
Thoantem, Althaeae matris fratrem, uel, ut quidam uolunt, Apharea. manifestius tamen est, quod Menalippum fratrem suum, dum uenatur, occidit.

403 AGIT insequitur. EADEM SVB NOCTE pari tempestate uexatus. 10

404 LVSTRA hoc est ferarum cubilia. [ut Virgilius <Aen. III 647>: 'lustra domosque traho uastosque a rupe Cyclopas'.]

405 LIQVENTIA distillantia.

406 VNO TEGMINE tecti scilicet, quo Polynices. 15

408 RABIEM litem.

409 DEFENDERE NOCTEM prohibere iniuriam tempestatis non passi sunt. ut Virgilius <Aen. X 905>: 'hunc, oro, defende furorem' id est prohibe.

410 ALTERNIS mutua uice uerborum. aduerbium pro 20
inuicem. [Virgilius <ecl. III 59>: 'alternis dicetis'.]

411 VT IACTIS SERMONIBVS quasi si uulnus facerent. ut Sallustius <Iug. XI 5>: 'Iugurtha inter alias res iacit'.

413 EXERTARE nudare. ut <Lucan. II 543>: 'exertique manus uesana Cethegi'. NVDAMQVE sine ferro. 25

1 hisdem L hijsdem Pa istē M | quibus] quidem Pb ||
2 calidonā M calidonam Pb Calydoniam LPa | uero etiam Pb | esse om. Pb || 3 laphitis M | tantum om. Pb || 5 materni Pb ||
6 thoas saltem Pb toasa altē M | Althaeae om. LPa | uelud M ||
7 aserea † afarea M || 8 suum . . . uenatur om. Pb | uenaretur L || 9 argit Pb auet Pa || 10 utexatos M || 11 hoc est om. Pb | cubicula Pa | ut . . . Cyclopas om. M || 14 distillantia P || 17 prohibere om. Pb | iniustus del. iniuriā superscr. M iniuriamq; Pb ||
18 oro om. M || 19 defende in marg. praeb. M || 20 uoce Pb ||
21 inuice ut Pb | Virgilius . . . dicetis om. M | dicetis &c. L ||
22 vt om. MP | quasi qui LPa || 24 exertique] exerta M extraq; Pb || 25 uenenosa M | cethes Pb | nudam MP

414 CELSIOR ILLE GRADV Polynices pedibus longior et membris decorus.

415 INTEGER ANNORVM id | est iuuentute firmissima. Lind. p. 26.
Virgilius <Aen. IX 255 sq.>: 'atque integer aevi Ascanius'.

5 417 MAIOR IN EXIGVO REGNABAT CORPORE VIRTVS ut Virgilius <georg. IV 83>: 'ingentis animos angusto in pectore uersant'. uiribus ergo compensauit, quod proceritati natura non concessit, ut paruo corpori ingens robur infunderet.

10 419 TELORVM AVT GRANDINIS INSTAR R. telorum propterea, quod uulnera infligebant, grandinis, quod assidue. Rhiphaeae id est Scythicae. Rhiphaeus mons Scythiae, in quo semper nimiae tempestates sunt. ut Virgilius <georg. III 382>: 'Riphaeo tunditur Euro'.

15 420 FLEXOQVE GENV duplicato, quod Graeci διπλογόνασιν uocant.

421 NON ALITER QVAM PISAEO S. L. T. Pisae ciuitas Elidis, ubi Olympica corona est, hoc est: ubi agon in honorem Olympici Iouis celebratur finito quinquennio.

20 422 CRVDIS SVDORIBVS duris aut magnis siue uehementibus.

423 TENEROS EPHEBOS imprudentes. CAVEAE DISSENSVS id est: fauor populi dissidentis instigat ephobos. et expressit fauentum studia.

25 424 EXCLVSAEQVE EXSPECTANT PRAEMIA MATRES SACRO-

5 regnabit corpore uirtus Pa om. L || 6 lugentis M ingentes LP || 7 uersans L u. MP | proceritate M || 8 cessit MPa || 10 AVT ... INSTAR om. L | R. om. LP | telorum om. L || 12 Scythie Pb | mons tracie MPa || 13 sunt om. L || 15 διπλογόνασιν L cuploginu Pa dyplogumitini Pb dyplogo natī corr. in dyploganati M latetne διπλοῖς γόνασιν tale quid? διπλοῦν γόνασιν Vnger. || 17 alter Pb | QVEM L | S. L. T. om. LP || 18 helidis MPa | hoc est] id est L hic Pb | ubi om. L || 22 Teneris ephoebus M | imprudentes M impudentes Pb || 23 discessus Pb | discedentis Pb dissidens corr. in dissidentis M | infugat Pa | ephoebus M || 24 et om. Pb | fauentum P fauentium L uauentū corr. in fauentiū M

rum lege prohibitum est Olympicum certamen spectare mulieres.

425 NVLLAQVE CVPIDINE LAVDIS non pecunia aut praemii nimietate certabant, sed laudis avidis solius erat uirtutis intentio. 5

426 INTIMA VVLTVS genitius est singularis.

430 IVVENIS THEBANE apostropha ad Polynicen.

433 MAGNIS CVI SOBRIA CVRIS PENDEBAT s. i. d. s. pendebat sollicita erat. ut Virgilius <Aen. VI 614>: 'suspensi poenam exspectant'. 10

434 SOMNO IAM DETERIORE SENECTVS deficiente calore sanguinis minimum quietis senectus capit. ordo: cui magnis curis pendebat somnus. quia in ingenti cura minor est somnus.

Ind. p. 27

435 NVMEROSA LVCE cum multis lampadibus. 15

439 EXTERNI IVVENES alterius generis. ut Virgilius <Aen. III 42 sq.>: 'non me tibi Troia externum tulit'. aut certe illud uult magis intellegi: tantam ciuium suorum metu regis esse formidinem, ut nullus audeat manu litem conserere. talis est ergo sensus: externi estis, o 20 iuuenes. nam ciuis meus nunquam usque adeo finem litis suae audet extendere, ut transferat in manus furorem.

442 ANGVSTA DIES ad discordiam conserendam. TRISTE tristis res. PARVMPER PACEM ANIMO et animo triste est

1 certatā Pa | spectare /// M || 3 laude Pa || 4 laude Pa | auidi LP audiui *corr. in* auidis M || 5 contentio L || 6 genitius LMPa || 7 apostrophe L || 8 s. i. d. s. om. LP || 9 pendebat om. LPa | solita Pb || 10 suspendi *corr. in* suspensi M inclusi *Vergilius* | poena Pa || 11 SENECTVS om. MP || 12 nimium LP minimum *superscr.* † nimium M | quietus Pb | cui] cū M || 13 pendebat curis Pb | in om. MP || 16 Extremi Pb | alius gentis *ed. Veneta Schottky p. 10* || 17 non] namque haud Pb | tibi tibi L | extremum Pb || 18 aut . . . conserere *seclus. Schottky p. 10* | intelligi LP || 20 ergo sensus] ordo LP || 21 meus ciuis Pb cui' mēs Pa | litis suae audet finem M | fine Pa | litis suae audet om. Pb || 22 Imanis Pb || 24 PARVMPER om. MP | et] id est L | tristi L tristis P | est om L

pacem paulisper pati. adeo dies uestrae pugnae non sufficit, ut noctem quieti non daretis?

443 PRODITE dicite.

445 HAVT HVMILES [ignobiles] ut Virgilius <Aen. IV 5 13>: 'degeneres animos timor arguit'. quisquis enim timet in discrimine, degener est. econtra qui imperterritus fuerit, generosi sanguinis indolem profitetur.

447 OBLIQA TVENTES id est: inuicem se iuuenes male Lind. p. 23 obliquis oculis intuentes.

10 451 CONFVDERE SONIS pariter dicendo significationem turbare uerborum. IN ORDINE iam non turbato sono.

452 SOLACIA CASVS quia fratrem occidit. casus, quia parricidium ignarus admisit. dicitur enim uenationis fortuito peremisse germanum.

15 453 MONSTRIFERAE CALYDONIS propter aprum, qui illic monstri similis natus est et iracundia Dianae regionem Calydoniam totam uastabat. [quem postea Meleagrus occidit.] ACHELOIAQVE ARVA Achelous amnis Thessaliae oriens Aetoliam perfluit, Thetidis filius, qui primus uinum
20 poculis miscuit. ut Virgilius <georg. I 9>: 'poculaque inuentis Acheloia miscuit uuis'.

455 CAELVM PROHIBERE caelum pro aere et nimbis posuit. id est pluuiam tecto declinare. QVIS ISTE id est: quam gerit potestatem, qui hospitalitatis communi-
25 nem sic prohibet?

457 BIMEMBRES duplicium membrorum. ut Iuuenalis

2 sufficit LPa corr. ex suffec̄ M | detis L || 4 Haud LPb | ignobiles om. MP || 6 in certamine LP | qui om. Pb | imperterritus Pa || 7 generosis Pb | indole Pb || 10 somnis Pb || 12 SOLACIA LPa | quia¹ qui Pb || 13 fortuito uenationis L | uenatoris Pb || 16 monstro Pb | et] ex L | diana M | qui regionem L || 17 quem . . . occidit om. M | Meleager L | occisit Pa || 18 in Thessalia L rectius uidetur || 19 praeterfluit L | Thetidis mutare nolui. est uero Thetis illa maior, quae laudatur a myth. (I 204). tetide Pa || 23 declinarunt Pb | id est] deest L || 24 quam] quadam Pb

in quinto <XIII 64 sq.>: 'egregium sanctumque uirum si cerno, bimembri hoc monstrum puero'.

459 COMPOSITOS ex uariis gentibus. SVNT ET RABIDIS Iuuenalis <XV 163>: 'Indica tigris agit rabida cum tigride pacem.'

460 FASQVE SVVM iura humanitatis atque concordiae. SOCIARE CVBILIA TERRAE 'et' deest. non licuit per iracundiam. [iratis enim sermo deficit. Virgilius <Aen. I 135>: 'quos ego'.]

461 AVT HODIE SPOLIIS GAVISVS ABIBIS ut Virgilius 10 <Aen. X 862 sq.>: 'aut hodie uictor spolia illa cruenta et caput Aeneae referes Lausique dolorum'.

463 SANGVIS HEBET stupet originis uirtus horrore paricidii perpetrati. DE STIRPE CREATVM OENEOS Mars Meleagri pater, Meleager Oenei, Oeneus Tydei, quamuis 15 plerique dicant eum Marte procreatum conuerso in uultum Oenei. ordo talis: accipies non degenerasse me a paterna uirtute.

465 ACCIPIES senties siue experieris.

466 ILLE REFERT CONTRA Polynices respondet iniuriis, 20 sed incesti conscius celauit nomen parentis. ergo si accusabis, facti legis, si purgas, fati.

467 CVNCTATVR PROFERRE PATREM timet Oedipum nominare, quia frater est et pater.

470 COEANT DEXTRAE haec apud ueteres foedera fuisse 25

1 in quinto *om.* L in u *MPa* | sicerno *corr.* in secerno *M* || 2 hoc ē *M* *corr.* *deleu.* ē || 3 SVNT . . . pacem *om.* *M* | rabide *Pa* || 4 rapida *Pa* || 6 iura L hora *MP* | concordia *Pb* || 7 SOCIARE . . . TERRAE *om.* *MP* | et *om.* L | per] propter L || 8 in iratis *Pa* | iratis . . . ego *om.* *M* | deficit *Pb* || 10 HAVT L | ABIBIS. Spolia illa. ut *LPa* abibis et item ut *Pb* | Virgilius *om.* *Pb* || 11 haut L *om.* *Pb* | uictor *om.* *MP* || 12 Lausique dolorum *om.* L || 13 habet *M* | uiribus *Pb* uictus L || 14 DE *om.* *MP* | creatum oeneus *M* || 16 plerique] multi *Pb* | Marte *om.* *Pa* || 17 degenerare L | me *om.* *MP* | patria L || 20 Ille *corr.* in Illi *M* | polinicum *Pb* | respondet *mut. man.* 2 in respondens *M* || 21 ergo . . . fati *om.* *P* || 22 facti legis *superscr. man.* 2 sacrilegii *M* || 23 edippodum *Pb* oedipeduz *Pa* || 24 frater et pater est *LPa* || 25 foedera *om.* *Pb*

et Virgilius testatur, ut <Aen. VIII 124>: 'exceptitque manu dextramque amplexus inhaesit'.

474 FATA SENEX bene dixit fata. quicquid enim senex loquitur, propemodum fatum est. et reuera quasi
5 instinctu numinis locutus est. nam ex discordia magna familiaritas conflata est inter Tydeum et Polynicem.

475 EXTREMA extreme. nomen pro aduerbio.
PROTERVO quod amore Proserpinae inferos penetrare non timuit. esse ergo pro fuisse dixit et recte. nam omnia,
10 quae nimis bona aut mala sunt, pro praesentibus ascribuntur. extrema ergo, quia fides extrema erat usque ad inferos. id est: quanta fide perhibent fuisse extrema partitum Pirithoo Thesea.

476 THESEA PIRITHOO hanc talem fidem uult esse,
15 qualem colebat antiquitas. quatuor namque amicitiarum exempla fuisse certissimum est: Thesei et Pirithoi, Orestis et Pyladis, Achillis et Patrocli, Tydei et Polynicis. Theseus et Pirithous conspirauerunt filias Iouis uxores ducere: Theseo rapuerunt Helenam adhuc paruam, Pirithous cum
20 filiam Iouis quaereret et non inueniret, quia apud inferos erat Proserpina, conuenerunt, ut descenderent pariter. qui deprehensi poenas dederunt. — Orestes post necem matris furias passus est. ut Virgilius <Aen. IV 471>: 'Agamemnonius scenis agitatus Orestes'. huic Pylades tulit
25 in calamitate solacium, cuius auxilio furiis liberatus est.

1 et om. LPb || 2 dextraq; LMPa || 4 factum P || 5 institutum Pb || 6 polinicen Pa policem Pb || 9 esse] uere Pb || 10 mala et bona L | sunt aut mala Pb | adscribuntur L || 12 prohibent Pb | extrema. PARTITVM EXT. P. L || 13 piritho corr. in perithoo M pyrithoo Pa peritoo Pb | Thesea om. L || 14 THESEA PIRITHOO om. Pb | talem suo loco deletum posuit post esse Pb || 16 exemplū M extra Pb | hoīstis pilade (om. et) Pb || 17 Pyladae LPa | patrocle Pb || 19 Theseus rapuit LP || 20 aput M | in inferos esset Pb || 21 conuenerunt M coniurauerunt LP || 22 ponas descenderunt Pa || 23 est om. libri, seruauit Monac. | Agamemnonius senis Pb || 24 agitatur Vergilius | pro hoc uersu in L legitur Aen. III 331: 'et scelerum furiis agitatus Orestes'

— Patroclus deside Achille causa Briseidis armis ipsius indutus uenit ad Troiam atque ibi manu procubuit Hectoris.

— Tydeus uero causa Polynicis pergit ad Thebas ibique dimicans perit.

[477 RABIDAM id est contra eum furentem. nam 5
tres esse Furiae dicuntur Plutoni deseruientes, quarum
prima Alecto, quae impausabilis dicitur, altera Tisiphone
quasi *τούτων φωνή* id est istarum uox, tertia Megaera
quasi *μεγάλη ἔρις*. primum est ergo non pausando furiam
concupere, secundum est in uocem prorumpere, tertium 10
iurgium protelare.]

Lind. p. 29 479 VENTIS VT DECERTATA parenthesis per similitu-
dinem. Lucanus <V 217 sq.>: 'sed ut timidus Boreas
post flamina uentus rauca gemit'.

480 LAXATIS id est cessante uento distentis. 15

481 PASSI SVBIERE PENATES ordo est: tunc passi subiere
penates, id est tunc permiserunt sibi, ut pariter Adrasti
domum subirent.

483 INANEM LEONEM hoc est pellem leonis. ut ipse
alibi <VI 697> inanem tigridem dicit. 20

484 IMPEXIS compositis aut non compositis. VTRIMQVE
ex utroque humero.

485 QVEM PER TEVMESIA [TEMPE] oppidum Thessaliae.
tempe aut loca amoena a caeli temperamento dicta aut
Boeotiae montem designat. illius leonis scilicet, quem 25
in Teumeso Hercules occidit. nam idem duos superasse

1 reside Pb | briseide MPb breseidē Pa | ipsis Pb || 2 ibi
om. Pa | occubuit Pb || 3 ad om. superscr. M || 5 scholion om. M ||
7 impassibilis Pb impossibilis Pa || 8 *τούτων*] toton Pa tanto
Pb || 9 *ἔρις*] aeris Pa | ergo est L | pausando L pulsandum P ||
10 in uoce Pa | tertium est Pb || 11 procelare Pb | L p. 500: *ita*
ex Fulgentio Planciade mytholog. hunc locum restituimus ||
13 sed om. L | timidus borea Pb | tumidus Boreae post ... pontus
Lucanus || 16 subiecere Pb | pacti *Grotius* || 17 pmiserunt Pa per-
miserant Pb promiserunt LM || 21 inpexis MPa | utrinque LP ||
22 numero Pa || 23 TEMPE om. MP || 24 tempe om. L | aut¹ ||
autem Pb || 25 significat LmPb || 26 Theumesia L t(h)eumesio MP

dicitur: primum Teumesium, secundum Cleonaeum. Teumesus mons Boeotiae est, Nemaus mons Arcadiae, qui est Cleonaeus.

489 AMBIRE uelare seu cingere.

5 490 CALYDONIS HONOS quasi ipse aper Calydonius esset appellatus.

492 VOCALIBVS ANTRIS fatidico Apollinis specu. <uocalibus> responsa promentibus.

493 OBTVTV fixo aspectu, id est aut stupore animi aut senectute. ut <Aen. VII 250> 'obtutu tenet ora soloque immobilis haeret'.

494 HORROR ITT medie dictum. horror enim aut gaudiorum est aut maeroris. sed modo gaudii intellegendum. timoris horror est, quem Virgilius <Aen. II 755> dicit: 15 'horror ubique animo, simul ipsa silentia terrent', laetitiae, ut Terentius <Eun. 83 sq. F.>: 'totus, Parmeno, tremo horreoque, postquam aspexi hanc'.

495 AFFORE adesse. NEXIS AMBAGIBVS obscuris responsis. ut Virgilius <Aen. VI 100>: 'obscuris uera 20 inuoluens'.

496 VVLTV FALLENTI superficie sola.

498 NOX QVAE TERRARVM C. A. L. laus noctis, quia Lind. p. 30 habet officium suum caelum, lunae uel siderum cursus amplexa. ut Maro <Aen. II 251>: 'inuoluens umbra magna 25 terramque polumque'.

1 Teumesus] themeus P the////mesius M || 2 mons¹ om. Pb | qui est] qui etiam L, scribere malim cum mythogr. (II 160) qui et || 3 oleneus MPa eleoneus Pb || 5 Calidonus horos Pb || Calydonius mendosum uidetur, fortasse scribendumst Calydon || 7 Apollonis Pa | ante responsa supplendum putavi uocalibus || 12 Orror add. H man. 2 M Error Pb Orror Pa | orror P | gaudii Pb || 13 est om. LPa | sed modo ... horror est om. Pb || 14 quam Pb quem M add. man. 2 admodum || 15 animum L animos P | ipsa ... terrent om. Pb || 16 tremori Pa tremor Pb || 17 horriorque Pb || 18 Afore superscr. f man. 2 M | nextis Pa | ut om. L | 21 scola Pa || 22 QVAE] qq3 Pa | C. A. L. om. LP | quia] que Pb || 23 lunam LPb luna Pa | cursus syderum disponere. AM- PLEXA L || 24 mare Pb | magna om. Pb

499 TRANSMITTIS SIDERA aut transire facis per te, aut cum ipsa transis. quia fixa sunt sidera.

500 INDVLGENS REPARARE ANIMVM dixit, quid sideribus praestet; quid etiam mortalibus praebeat, dicit. hoc est: indulgens otium, quo animus reparatur. ut Ouidius de Somno libro XI <623 sqq.>: 'Somne, quies rerum, placidissime, Somne, deorum, pax animi, quem cura fugit, qui corpora duris fessa ministeriis mulces reparasque labori'.

501 AGILES celeres. summa est enim celeritas illi redeundi. celeres ergo in nostro officio: quibus agimur. 10

502 TV MIHI PERPLEXIS QVAESITAM ERRORIBVS quia oraculum de generis erat obscurum.

503 ADVEHIS ALMA FIDEM id est responsa Apollinis soluis. VETERIS FATI praeteriti responsi.

504 ADSISTAS OPERI precor, ut nuptiarum beneficia 15 compleas.

505 DIMENSIS ORBIBVS finitis annis singulis. anniuersarium illi sacrificium pollicetur. ut Virgilius <Aen. V 53>: 'annua nota tamen sollemnesque ordine pompas'.

507 LVSTRALIAQVE EXTA pingua, nec possumus quin- 20 quennalia accipere, cum constet anniuersarium sacrum dicatum fuisse. Iustralia ergo pecora sunt, quae per quinquennale tempus deuota sacrificiis nutriuntur et ideo pingua.

[509 SALVE PRISCA FIDES TRIPODVM tripas species 25

1 transmittit Pb | SIDERA om. MP || 2 propono aut cum iis ipsa aut cum ipsis || 3 dixit om. Pb | qui corr. in quid M || 4 qui corr. ex quid M || 6 undecimo Pb || 7 quam cura Pb || 9 enim est L | illis LPb || 10 nostris officiis LmPb | quibus MP quo L | illud quibus agimur trahi debet ad agiles ortus || 11 perplexeas corr. in perplexeis M | q. ERRORIS L om. MP || 13 ALMA FIDEM om. MP | id est om. L | Apollinis om. M || 14 solus Pa | uati M | presenti responsi Pb || 15 beneficium LP || 18 sacrum L || 19 solemnesq; ex ordine po Pb om. LMPa | 20 -QVE om. MP | nec possumus . . . dicatum fuisse om. L || 23 quinqueannale sunt tempus Pb || 25 SALVE — tecta om. LmM in P hoc loco omissa leguntur post scholion 514

est lauri, tres habens radices, Apollini | consecrata propter Lind. p. 31
triplicem uim diuinationis. nam et Sol praeterita uidit
et praesentia cernit et futura uisurus est. est etiam tripos
mensa Apollinis corio Pythonis serpentis tecta.] prisca
5 magna. OBSERVIVQVE RECESSVS pro uoluntate deorum
aut oraculi fide latente. *μετωννυλα*: per id, quod efficit,
id, quod efficitur.

510 DEPRENDI FORTVNA DEOS agnoui oraculum.

512 CANIS albis. ut Horatius <carm. I 4, 4>: 'prata
10 canis albicant pruinis'. Virgilius <georg. I 43 sq.>: 'canis
cum montibus humor liquitur'.

514 ADOLERE FOCOS uerbum proprie est sacra red-
dentium. quod significat uotis uel supplicationibus numen
auctius fieri. ergo adolere accumulare. unde Virgilius
15 <Aen. VII 71>: 'adolet dum altaria taedis'.

515 INSTAVRARE IVBET renouare, sacrificium celebrare,
ut intellegamus superiore die uota Apollini persoluta, quae
nunc aduentu iuuenum praecipit renouari in honorem
Apollinis.

20 516 VARIO S. I. T. R. ut Maro <Aen. I 705>: 'centum
aliae totidemque pares aetate ministri'.

518 EMVNIRE TOROS instruere. TAPETAS genere
masculino. ut Virgilius <Aen. IX 358>: 'pulchrosque ta-
petas'. [tertio declinatur hoc nomen et tapetum, tapeti
25 et hoc tapete, huius tapetis. unde est <Aen. IX

1 apollinis consecrata Pb || 2 Sol et? | uidelicet L || 6 fidem
MP | latent M latent Pa latentur Pb | metonomia MP || 8 de-
phendi Pa || 9 prata om. LM ante pruinis pos. P || 10 albicat
ora pruinis L | Virgilius . . . liquitur om. M || 11 loquitur Pa ||
12 est] eē Pa || est proprie Pb || 13 uotis uel rationibus uel
supplicationibus Pb || 14 auctius M acuus Pa | unde om. L ut
Pb || 15 adolet] augent Pb | taedis om. L || 17 intelligamus libri ||
18 praecepit Pb | renouare Pb reuocari Pa || 20 S. I. T. R. om.
LP secuntur in Mon.: (517) Regia quando fixum est significat
palatium || 21 aliae] arae L || 22 Et munire Pb | tapeta generis
ma. Pb || 23 pulchrosue L pictosque Pb pulcrosque MPa ||
24 tertio . . . accusatiuus om. M | et om. L | tapeti Pa ti LPb ||
25 tapete om. L | huius om. LP | tapetis om. Pa

325 sq.) 'qui forte tapetibus altis exstructus'. declinatur et Graece δ *τάπητος*, τοῦ *τάπητος*, a qua declinatione est iste accusatiuus.]

519 LEVARE lucidas facere. ut Virgilius <Aen. V 306>: 'leuato lucida ferro'. MENSAS pro uasculis posuit. 5

[521 TENDVNT AVRATIS VINCULA LYCHNIS uitandae humilitatis aucupio lucernas noluit dicere. sic Maro <Aen. I 726>: 'dependent lychni laquearibus aureis'. indignum enim hoc heroo carmine fuerat.]

527 SICCATI VVLNERA LYPHIS secundum Virgilium 10 lota aqua uulnera siccata dixit. ut <Aen. X 834> 'uulnera siccat lymphis'.

530 ALTRIX nutrix.

531 IVSTAE VENERI legitimas nuptias dixit.

532 TACITA pro aduerbio tacite, aut fidei. 15

Lind. p. 32

536 TERRORE MINVS id est sine terrore. pulchritudinem potuit dare deae, potestatem uero non potuit praebere mortali. sensus uero talis est: quantum ad pulchritudinem, Mineruae et Dianae similes erant, quantum ad terrorem, minores. NOVA DEINDE PVDORI V. V. F. noua facies 20 id est peregrinorum uisa est pudicis uirginibus, quae per pudorem et palluerunt et rubuerunt.

538 PVRPVREAS HAVSERE GENAS purpureas pulchras. hausere consumpsere, quia desierunt esse purpureae. VERENTES uerecundiam patientes. 25

539 AD SANCTVM REDIERE PATREM primo patrem, post iuuenes et iterum patrem aspexerunt. mores expressit

1 exstructus declinatur *om.* Pb || 2 δ tapetes Pb | τοῦ *om.* L cor Pa | *τάπητος* L || 3 iste P hic L || 4 Leuato lucida face Pb | ut *om.* Pb || 5 ferre M | mensa Pb || 6 *scholion om.* M | lichinis Pb || 7 aut cupio P || 8 aurei Pa auris Pb || 9 haec Pa | eroo Pa heroico Pb | carmini Pa || 11 siccata uulnera *om.* Pb || 13 alitrix Pa || 14 ueneris Pb | dixit nuptias Pb || 15 Tacite M | autem Pb | fideliter L || 18 quantum ad pulchritudinem *iterauit post* similes erant Pb || 20 v. v. f. *om.* LP || 21 propter LPb per MPa || 22 expalluerunt Pb *corr. ex* et palluerunt M || 23 PVRPVREAS . . GENAS *om.* L || 24 dixerunt Pb || 26 post *superscr.* posuit M || 27 iterum] item MPb | morem Pb

erubescantium, quae si nouam uiderint faciem, statim suos oculos ad notam sibi personam retorquent.

541 IASIDES πατρωνυμικόν ab antiquis ducibus ductum, qui ante Danaum fuerunt: Iasi filius Iasides. Iasus et Phoroneus antiqui reges Argiuorum fuere, qui primi Iunoni sacrificauerunt. poposcit ergo Adrastus ex more pateram, qua assuerant Argiuorum antiqui principes diis litare. ut Virgilius <Aen. I 729 sq.>: 'impleuitque mero pateram, quam Belus et omnes a Belo soliti'.

10 543 CAELATA insculpta.

[544 AVREVS Perseus significatur. aureus ideo, quia in auro erat sculptus. qui uolatu dicitur uenisse ad interficiendum Gorgona. quod ideo fingitur, quia nauigio uenit. nam haec duo inter se reciprocantur. ut Virgilius <Aen. III 520>: 'uelorum pandimus alas'. item alibi <georg. IV 59>: 'nare per aestatem'.]

545 ITA VISVS IN AVRAS ad probationem rei, tamquam nerum esset, exposuit.

546 GRAVES OCVLOS morituros, et quia omnem uim nocendi in oculis habebat, quaerebat abscisa sectorem. ad admirationem uiri finxit et sensum.

547 VIVO fuluo, quod uiui colorem habeat. <pallescit>, quod pallidus mortui habet colorem. admiratur autem, quod cum in uiuo sit picta, mortis tamen pallore torpescat.

1 rubescantium Pb | que M qui LP | suos om. Pb || 2 oculos post personam pos. Pb || 3 Iaspides Pb | patronomicum Pa ex patronomicon corr. M patronomicum Pb patronymicum L | dictum LPa || 4 damnaum Pb damnauit Pa | fuit libri praeter Monac. | scholion corruptum esse puto. fortasse sic scribendum est: SENIORQUE (542) qui ante Danaum fuit | Iasides om. LPb | Iasus om. Pa || 5 phoreneus Pa | fuerunt Pb | 7 assueuerant L | corr. ex assuerant M | libare L || 8 pateram quam] patera; Pa || 11 scholion om. M | perseum Pb | significat Pb sign Pa || 12 interficiendam Pb || 14 hic Pb || 15 Idem L || 17 rei om. Pa || 19 et om. Pb || 20 obscisa Pa occisa L | septorem Pb | ad admirationem M | amirationem Pa || 21 uiri M ueri Mon. om. LP || 22 habebat LPb habeat MPa | pallescit inserui ex coniectura || 23 quum pallidus L | habeat L || 24 mors L

548 HINC PHRYGIVS . . . VENATOR Ganymedes Troili regis et Callirrhoae filius, quem Iuppiter dilexit [et per aquilam rapuit. et adhibitus est ministerio deorum remota Hebe, Iunonis filia. hinc Virgilius <Aen. I 28>: 'et rapti Ganymedis honores'].

549 GARGARA summae partes Idae montis quasi Carcara id est capitis caput. *κάρρα* enim Graeci caput uocant.

550 STANT MAESTI COMITES ut Virgilius <Aen. V 256>: 'longaeui palmas nequiquam ad sidera tendunt'.

554 COMITVM FAMVLVMQVE . . . MANVS id est amicorum et seruorum multitudo. PVDICA FRONDE id est lauro. pulchre propter Daphnen, quae uirgo permansit. [fuit autem filia Penei, fluminis Thessaliae. quam cum Apollo amaret et illa fugeret, deorum miseratione in laurum conuersa est, quae in tutela Apollinis esse dicitur.] 15

555 CUI FESTA DIES Apollini scilicet. ut est <Aen. II 249> 'festa uelamus fronde per urbem'.

Lind. p. 33

557 FORSITAN O IUVENES sensus talis est: credo, sanctissimi iuuenes, unde nobis sint sacrorum ista sollempnia, animos uestros uelle cognoscere.

562 SINVOSA VOLVMINA spatiosa. longum hyperbaton: postquam percultit.

564 TERENCEM crebris amplexibus tenuantem.

565 CASTALIS magna arbores iuxta Castalium fontem sunt, qui in Boeotia esse dicitur Musis consecratus. 25

566 NIGRO SITIENS ALIMENTA VENENO quaerens acci-

1 Troii filius regis troiani et calirce Pb | Trocli L || 2 calirhoe M Callirrhoes L calirce Pa | et per . . honores om. M || 6 quasi] quas Pa | carcaros Pb (= *κάρρα κάρρος*?) || 7 id est] a Pb | *κάρρη* L *κάρρ* Pb cara MPa | graece LPa | uocatur L || 9 nequiquam LP || 11 pudico M | id est LMPb uel Pa || 12 pulchre M pulchra L pulcrum Pa pulchrum Pb pudica coniecit Grotius || 13 fuit . . . dicitur om. M | autem LPa ergo Pb | penei fluminis filia Pb | Thessaliae om. Pb || 14 Apollo om. Pb | illum Pb || 15 esse . . . 555 . . . Apollini om. Pb || 16 Apollinis LPa || 18 forsitam Pb || 23 crebris] longis Pb || 25 consecratus Pb

pere alimenta, ut augeter uenenum. ueneno enim proficit, quicquid acceperit serpens bibendum. ut supra <u. 91> 'sulphureas permiserat anguibus undas.'

570 CROTOPI hic rex Arguius fuit, qui Apollinem Pythonis caede pollutum expiauit. huic filia Psamathe fuit, cum qua Apollo concubuit. de quo compressu genuit ac mox editum partum exposuit. quod Apollo indignanter accipiens in uindictam iniuriae suae iniecit monstrum, quod Coroebus occidit.

572 DECORE PIO ex natura uenienti, non fucis aut cura decorato. SERVABAT NATA PENATES Psamathen dicit, Crotopi filiam. seruabat possidebat. ut Virgilius <Aen. VII 52>: 'sola domum et tantas seruabat filia sedes'.

573 FELIX SI DELIA NVNQVAM FVRTA id est: felix, si

15 nunquam fuisset Apollinis perpessa concubitus.

575 AD FLVMINIS VNDAM morem habent poetae, ut ex diis genitos super fluminum ripas memorent esse conceptos, ut facilis numini possit esse ablutio. [Virgilius <Aen. I 617 sq.>: 'tunc ille Aeneas, quem Dardanio Anchisae alma

20 Venus Phrygii genuit Simoentis ad undam?']

576 BIS QVINOS uult poeta monstrare legitime editum partum puerperae auctore Virgilio <ecl. IV 61>: 'matri longa decem tulerunt fastidia menses'. Terentius <Adolph. 474 sq.>: 'uirgo ex eo compressu grauida facta est; mensis

25 hic decimus est'.

577 NEPOTEM quia ex Apolline nascebatur.

1 augeter **M** *man.* 2 *superscr.* tangeret | uenenū *corr.* ex ueneno **M** uenena **L** **Pa** | uenenum augeter **Pb** || 2 ut supra *om.* **Pb** || 3 *pmiserat* **Pa** permiserit **Pb** || 5 *tiphonis libri, corr. Kohlm.* | Psamate **L** samate **LmPb** semate **Pa** samata **M** || 6 fuit *om.* **MP** || genuit **MP** edidit **L** || 10 **PIO**] puero **Pb** || 11 cara **Pb** | *scribere malim* decorata | Psamaten **L** samatam **MP** || 13 domos **Pb** | tantos **Pa** tantas **LMPb** *Vergilius* | nata penates **LMPa** filia sedes **LmPb** *Vergilius* || 15 concubitus **Pb** || 18 numini **MP** nimirum **L** | Virgilius . . . ad undam *om.* **M** || 20 undas **L** || 22 auctore ut uirgil. **Pb** || 23 et terentius **Pb** || 24 facta *om.* **Pb** | hic mensis est decimus **Pb** || 26 nepotes **Pb** | quia **M** **Pb** q3 **Pa** qui **L**

Lind. p. 34 581 CVSTODI huius in historia Helenus nomen inuenitur.
 582 NON TIBI DIGNA PVER quasi indumenta eius essent
 ex libris et arbuto. arbutei (584) ergo pro ilignei
 posuit, nam arbutus tegimen non habet.

586 ET PECORI COMMVNE SOLVM ut ostenderet pecori ⁵
 pastoriq[ue] domum esse communem. ut Iuuenalis <VI 4>:
 'et pecus et dominos communi clauderet umbra'.

SED FATA NEC ILLVM CONCESSERE LAREM id est: fatorum
 necessitas puerum uiuere nec in indigno loco permisit.
 ut Virgilius <Aen. VI 869 sq.>: 'ostendent terris hunc ¹⁰
 tantum fata nec ultra esse sinent.

588 TEMERE casu, periculose. ET PATVLO CAELVM
 ORE TRAHENTEM ut Virgilius <georg. I 376>: 'et patulis
 captauit naribus auras'.

591 ADIT percutit. PVLSI EX ANIMO conscientiae haec ¹⁵
 sunt tria supplicia: uerecundia, pudor et supplicii metus.
 haec omnia mortui filii dolor exclusit.

593 VACVVMQVE FERENS VELAMINE PECTVS id est
 scissis uestibus nudauerat pectus.

594 NEC MOTVS uel paterna admonitione uel luctu. ²⁰

595 INFANDVM absolute dixit. ut Virgilius <georg.
 I 478 sq.>: 'pecudesque locutae (infandum!)'.

596 SERO MEMOR THALAMI bene sero, quia post mortem
 eius iniuriam uindicauit, siue quod eam ulcisci magis
 uoluerit quam tueri. SOLACIA MORTI solacia pro ultione ²⁵
 posuit.

1 Heleni L || 2 NON TIBI DIGNA PVER MP CLAVSA ARBUTEI L |
 eius om. Pa corr. in ei M || 3 arbuteis LMPa arbutris Pb ar-
 butei Mon. | illigeis Pb ligneis LMPa lignei Mon., corr.
 Vnger. || 4 tegmen LPb || 5 SOLVM om. LPa | pecoris Pb || 7 domi-
 nos] dn̄m M | communis LMPa || 8 set Pa | concessisse Pb | in om.
 Pb uti superscr. manus 2 M || 10 ostendunt LPa | 11 sinunt
 LPa || 12 ET om. MP || 13 et ante patulis non legitur in Ver-
 gilio, fortasse excidit uersus || 15 ADIT percutit om. LPb || 16 sunt
 hec Pb | pudor] pavor Lc || 20 ammonitione MPa | luct' M ||
 21 absoluit Pa | dixit om. Pb || 22 pro locutae exstat lacuna Pb |
 infandum om. Pa || 23 THALAMI] thebani Pb || 24 maluerit Pb

599 AETERNVM aduerbium est, id est semper.

600 FERRVGINEAM nigram. est sensus: ferrugineam frontem anguis discriminat, quasi a media fronte consurgat, ut, quod facit uitta in crinibus feminarum, hoc in monstri capite anguis faciat.

601 NOCTVRNO quod noctu incederet. nam quasi infernum monstrum uitabat aspectum lucis.

602 A STIRPE RECENTES mox natas id est pueriles animas, ut ostenderet, quam rem dolor Apollinis uindicaret.

607 POSTHABITA quibus facile est famam morte mer- Lind. p. 35
cari. ut Virgilius <Aen. IX 205 sq.>: 'est hic, est animus lucis contemptor et istum qui uita bene credat emi, quo tendis, honorem'. qui hic uitam spernit, famam acquirit.

608 NOVOS . . . P. quos nondum uastauerat.

609 IN BIVIO aditus ut ex illa parte et hinc patens. ut Virgilius <Aen. XI 516>: 'ut biuias armato obsidam milite fauces'. PARVVM PRO paruorum.

610 ET IAM VNCA MANVS VITALIBVS HAERET horum uiscera lacerare iam coeperat.

611 FERRATIQVE VNGVES duri.

615 PROFVNDO insatiabili, qui semper mortuos rapit.

616 HABERE IOVI utique Plutoni, ut <Aen. IV 638> 'sacra Ioui Stygio'. VISERE IYXTA quia uiuo monstro cominus accedere non licebat.

618 PROLVVIEM cadaueribus humanis uteri confectam proluiem.

2 et est sensus Pb sensus est L || 4 uita Pa uitia M
superscr. manus 2 uitta || 6 quasi nam Pb | quasi . . . 602 . . .
id est in contextu om. in marg. sup. add. manus 2 M || 7 lucis
om. Mon. M || 10 famam om. P | mortem P | 11 En hic LPa ||
12 istam L | vitam L | quo tendis honorem] quod h. Pa q. i.
h. M quasi dicat L || 13 hic M enim LP | acquirit MPa || 14 p.
om. L per P || 15 ut om. LP | paciens Pa || 16 ut¹ om. LPa | amato
Pa | obsidant L || 20 Ferrati MPa ferranti Pb || 22 ut quod
sacra Pa || 24 cominus LPb || 25 confectam uteri? || 26 per
proluem Pb

619 QVA NOSTRAE CECIDERE ANIMAE ad superiora respondet, id est qua aluo.

620 PALLENT aut propter monstrum, quia horrore sui etiam post mortem timeri coeperat, aut pallor, qui ex luctu et timore inerat omnibus, tantus fuit, ut nec post gaudia sedaretur, quae solent immutare hominum uultus.

622 MOLARES id est natos ad molarum usum lapides, eo quod natura sunt asperi. ut Virgilius <Aen. VIII 250>: 'uastisque molaribus instant'.

623 DECVLCARE de alto illidere siue deprimere. 10
NEQVIT IRAM EXPLERE POTESTAS licentia securi aspectus satiari ira non poterat.

625 IMPASTAE FVGISTIS AVES eleganter impastae per hyperbolen dixit, ut 'etiam esurientes abstinuistis', ne satiatas abstinuisse crederentur. hic ergo aut propter formam 15 aut propter foetorem fugisse impastas uolucres dixit.

Lind. p. 96 628 BIVERTICIS . . PARNASI qui in duos diuiditur colles.

629 INIQVO irato.

630 CYCLOPVM TECTA uelut Cyclopum. idonee enim omnia constructa aedificia Cyclopea dixit antiquitas. 20

631 NEBVLARVM INCENDIT AMICTV id est morbo uitiauit seu polluit. amictu nebularam nebularam aere pestilenti.

632 MORS FILA SORORVM ENSE METIT non iam pollice fila rumpuntur, sed ad saeuendum infestius ferro exsecantur. tanta festinatio mortis fuerat. ut Lucanus <VI 100>: 'sed languor cum morte uenit'.

1 NOSTRAE] matre Pb | respondet Pb respondit LMPa ||
2 aluo] proluuie Mon. || 3 horror Pb || 4 timē Pa || 5 omnibus Pa hominibus LMPb || 6 inmutare MPa || 7 morales Pb || 8 eoq3 Pb | sint M | ut om. LP || 9 instat Vergilius || 10 illidere MPa | siue] fuit Pb || 13 Impaste MPa | per om. M || 14 ut] nec L || 15 hoc Pb || 16 fuisse Pb | impastas Pa || 17 inuerticis Pb | PARNASSI LM | quasi Pb || 19 uelut M || 20 Cyclopaee L cyclopeia P | antiquitas M || 21 incende Pa | AMICTV . . . polluit om. Pb || 22 nebularam om. LP | pestilenti om. Pb || 24 sororum e. m. n. M || 25 infestius Vnger. instantius Barth. in facinus LP ut facinus M | execantur P || 27 langor Pa longor Pb

633 FERT MANIBVS VRBEM hoc est in urbe dominatur.

634 DVCI Crotopo LAEVVS IGNIS iniquissimus pestilentiae furor. siue Sirius, qui certis temporibus uideri pestilens solet, nunc sibi anni spatia uindicaret.

5 637 IUVENES QVI CAEDE POTITI id est qui peremerant monstrum.

638 FORTVNATE ANIMI apostropha ad ipsum iuuenem, qui pro patria optauit mori. DIGNE PROMERITVRE DIEM digne aduerbium est.

10 641 COMMIVS ORA FERENS cum ob declinandam mortem posset Coroebus se occulere, propior tamen se Apollini furenti obtulit de poena securus.

643 NON MISSVS THYMBRAEE TVOS Thymbraeus dici- Lind. p. 37
tur Apollo ab herba thymbra, quae in templo Troados
15 abundat. missus humilis, deiectus, aut coactus. sed sponte huc ueni, non ad supplicium, sed magis ad iracundiam tuam lacessendam. [PENATES pro templo posuit. nam penates hominum sunt, deorum templa. sed hic per difinitionem templum domus deorum.]

20 644 MEA ME PIETAS E. C. V. pietatem posuit, quia ciues suos internecio monstri seruauerat, uirtutem, quia non timebat interitum aut quia uirtute monstrum occiderat.

646 MORTALE NEFAS eleganter ostendit se culpa carere
25 peccati, siquidem nil sanctum uiolauerit, cum constet nefas premissum fuisse mortale.

1 orbe M || 3 temporibus certis LPa || 5 peremerant M ||
7 apostrophe L || 8 quod pro Pb || 10 COMMIVS LP || 11 se Cho-
roebus L | occultare Pb | propior LMP propiore Mon. propio-
rem Vnger. || 12 furenti corr. in ferienti M | optulit MPa || 13 non
nisi thymbre tuos Pb || 14 troades Pb || 15 humilis om. Pb || 17 PE-
NATES . . . domus deorum om. M || 18 difinitionem Pa || 20 me
mea MP | E. C. V. om. LP || 21 internecio corr. in internecio M
internecione L ab imtemperacione Pb ab internecione Pa |
uirtus uirtutem posuit Pb || 24 NEFAS MORTALE L | morale Pa
mortalem Pb | eleganter om. M || 25 constat Pb || 26 fuisse per-
emptum Pb | mortalē M

647 SINISTRI POLI corrupti aeris sine nullum habentis remedium sanitatis.

648 INIQVE iniuste, qui pro aliena culpa alios punis.

649 VILIOR ORBI cui orbis iactura uilior est? id est quibus diis uilior damnum sit homines perire quam monstra?

650 INCLEMENTIA iracundia. ut Virgilius <Aen. II 602>: 'dium inclementia, diuum'.

651 QUID MERERE ARGI cur pro aliena culpa punis innoxios? ME ME DIVVM OPTIME pro salute ciuium se 10 obtulit puniendum. ut Virgilius <Aen. IX 427>: 'me, me, (adsum, qui feci), in me conuertite ferrum'. diuum optime per ironiam dictum. non enim conueniebat, ut, quem supra iniquum dixerat, nunc praeconio laudis 15 efferret.

653 LENE MAGIS CORDI iucundum. id est si tibi cordi sunt magis monstra quam homines. QVOD DESOLATA DOMORVM id est orbitatibus uacuas domos et tecta iam paene inania.

655 LVCET AER scilicet ex rogis. 20

656 EXPECTANT MATRES ut morbus ciuium meo finiatur interitu.

657 SATIS EST MERVI NE PARCERE VELLIS hoc est: sufficit mihi, quod talibus te prouocau conuiciis, ut dignus ueniae tuae esse non debeam. 25

658 PROINDE MOVE PHARETRAS meretur reus ueniam, cum sibi eligit poenam. SONOROS grauitur sonantes. [sonat

1 post poli inseruit manus 2 id M | habentis nullum Pb || 3 quod LPa om. Pb | pro om. Pb | alios om. Pa || 4 uilice orbi Pb | cui orbi MPa || 5 diis quibus LM | damnum om. Pb | fit Pb || 8 diuum¹ om. L | diuum² om. Pb || 9 Quod corr. in Quid M || 10 OPTIME om. M oprimere Pb || 12 conuerticem Pb uertite Pa || 13 conuenit Pb || 14 praeconio laudis LMPb laudibus Pa || 16 iocundum P | id om. M || 17 monstra magis L | monstri Pb | quod] qui Pb || 18 orbitatibus LP orbitatis corr. in orbitate M orbitate Mon. | domus MPa domos LPb || 20 ager P | ex rogis scil. L || 26 mouetur Pb || 27 elegit Pa | sonat . . . sonoras om. M in marg. inf. add. manus ut uidetur recentior: sonat quod

enim, quod leuiter strepit, sonorat, quod grauiter. utrumque aduertimus docente Virgilio: leuiter <Aen. II 728 sq.> 'sonus excitat omnis suspensum', grauiter <Aen. I 53> 'tempestatesque sonoras'.]

5 659 INSIGNEMQVE ANIMAM artificiosa concessio, quae habet quandam correctionem. si insignis est, non meretur, ut pereat. est et apud Virgilium <Aen. IV 381> ista concessio: 'i, sequere Italiam, uentis' — addidit terrorem — 'pete regna per undas'.

10 660 PALLIDVS globum pestilentiae, antequam moriar, discute.

661 MERENTES bene promeritos semper respicit aequa fortuna. nam cum paratus uenisset ad mortem, Apollinis fauore seruatus est, quia non merebatur occidi.

15 662 ARDENTEM saeuientem. TENVIT repressit. REVERENTIA quia iustum uirum non sine pudoris sui iactura Lind. p. 38 potuisset occidere.

663 SVMMISSVS flexus siue misericordia inclinatus.

HONOREM id est praemium donatae uitae, quod uir fortis, 20 qui se saluti uouerat ciuium, non libenter accepit.

665 STUPEFACTI uirtutis tuae admirantis audaciam.

666 EXORATVS orare est preces fundere, exorare orata meruisse. ut Terentius <Hec. prol. 9 sq.>: 'orator ad uos uenio . . . sinite exorator siem'. ergo poeta hoc uult 25 intellegi: inuitum Coroebum precibus ciuium a mortis discessisse proposito. STATA SACRA constituta, quae differri nefas est. stata ab eo, quod stent nec mutantur

leuiter strepit sonorat quod grauiter | sonorus enim quod grauiter scerpiat sonat quod leuiter Pb

3 suspensam L || 6 meretur ut pereat om. Pb || 7 et om. Pb | et est LPa || 8 insequere Pb id est sequere L | errorem MPa errore Pb || 13 cum om. Pa | ad om. Pb || 14 est seruatus Pb | quia] que Pb qui M || 16 iniustum P || 19 donare Pb | uidetur fortis Pb || 20 accipit LP || 21 tuę del. superscr. tante man. 2 M | mirantis L || 22 exorare orata] est preces Pb || 24 ueni MPa | ut siem item Pb | hoc om. M hic. Pb || 25 intellegi LPa || 27 stent LMPb stetit Pa | neque LPb

neque differri possint. ut Virgilius <Aen. VIII 173>: 'annua, quae differre nefas'.

668 FORTE INVISITIS ARAS duce fortuna ad haec sacra uenistis.

669 OENEVS Tydeum dicit, Oenei et Althaeae filium. 5

670 ET PARTHAONIAE regionis Aetoliae, in qua Portheus, Tydei patruus, regnauit. sensus: Oeneus Calydonius et Parthaeoniae tibi cura domus. et ad Polynicem uersus: tu quis sis, indica, quis ad Argos ueneris. SI CERTVS AD AVRES id est si bene audisse me memini. 10

671 QVIS ex quo genere uel quo sanguine procreatus.

672 QUANDO quoniam.

673 DEIECIT signum uerecundiae. erubuit Polynices propter parricidium et matris incestum. indolem uenerandi pudoris agnoscit, erubescit crimen familiae, ne simul iudicetur. ISMENIUS HEROS Polynices a fluuio Thebarum.

675 OBLIQVARE OCULOS uerecundia coepit opprimi, quoniam necesse erat, ut dedecus generis sui inimicus agnosceret.

678 INTER SACRA FATERI piaculum est, si audias genitorem. 20

Lind. p. 39 679 SED SI PRAECIPITANT | CVRAE Virgilius <Aen. II 10>: 'sed si tantus amor casus cognoscere nostros'.

680 CADMVS ORIGO PATRVM eleganter patrem propter

1 nec Pb | 2 anima *del. superscr.* annua *man.* 2 M | nefas est LP || 3 iniustus Pb inuisistis Pa || 4 uenitis LPb || 5 Oenei *om.* Pb || 6 ET *om.* L | parthoniae Pb parithonie Pa | &olei Pb | Portheus *Vnger.* Proetus L poetus M ptus Pa precius Pb *scribendum uidetur* Parthaon || 8 cura M iura LPa utra Pb | polinicen M || 9 qui^s sis M quis scis Pa qui sis Pb | qui MP | ad argis Pb || 10 id est *om.* Pb | audiuisse Pb | te audisse memini L || 11 sanguine uel ex quo genere L | prolatus *superscr.* *man.* 2 procreatus M || 13 mestus deiecit Pb || 14 incestus P | indoles L indolis M || 15 cognoscit Pa | crimen familiae, erubescit L | similis LPb || 16 heres Pa || 17 oblique Pb obliquere Pa || 18 quoniam] quando Pb || 19 agnosceret inimicus Pb || 20 piaculi genus est Pb piaculum genus est Pa || 24 patrem *in contextu om., in marg. legitur* pater, *add. man.* 2 quis esset M patris Lm | propter *om.* Pa

infamiam tacuit, auum significasse contentus. [ut <Aen. III 328> 'Ledaeam Hermionen'.] TELLVS MAVRTIA THEBE Mauortiam dixit aut propter Harmoniam Martis et Veneris filiam aut fortem significat, ut <Aen. XI 374> ⁵ 'si patrii quid Martis habes'. aut ad terrigenas referendum est, quos constat draconis dentibus genitos, qui fuit in tutela Martis.

681 TVM MOTVS ADRASTVS motus affectu, quo quis circa hospites suos solet moueri.

¹⁰ 683 SCIMVS AIT aut quod ipse Oedipum aliquando susceperat aut quod ipse ab Oedipode fuerat aliquando susceptus. NEC SIC AVERSVM FAMA MYCENIS non ita a nobis sol auersum uoluit iter, ut ea, quae longe constituti compererint, nos finitimi nesciamus. Virgilius <Aen. I 568> 'nec tam auersus equos Tyria Sol iungit ab urbe'.

684 REGNVN ET FVELIAS O. P. egregie dictum: qui considerato commisso iudicarunt se dignos esse supplicio.

685 HORRET propter nimium frigus. hoc est: si quis sub septentrionali plaga sit constitutus.

²⁰ 686 GANGEN fluius Indiae. AVT NIGRVM O. I. O. quasi eo loci domicilium noctis sit, ubi est solis occasus.

687 SYRTES ἀπὸ τοῦ σύρειν id est <trahere>.

INCERTO quia subito de mari siccus fit locus.

1 contēptus Pa | ut . . . Hermionen om. LM ut deleam hermionē Pa ut est ledram hermionē Pb || 3 THEBAE L | Hermionā M Hermionē Pa hermionem corr. in hermionen Pb | Martis et Veneris filiam Harmonem L || 5 patrii corr. in patris M | ad om. Pa || 6 quos] quod Pa quod corr. in quid M || 7 fuerit P fuerat L | tutela Pb | mař Pa || 10 AIT om. Pb | quod] q manus 2 corr. in quia M q3 Pb | Oedipum . . . ipse om. Pb | oedippū M oedippedon Pa Oedipodem L || 11 oedipode L oedippe Pa oedippo MPb || 12 ADVERSVN LP | a om. Pb || 13 aduersum L || 14 finitum Pa || 15 aduersus Pb | eoquos Pb aequor Pa || 16 o. p. om. LP t. q. p. M || 17 iudicare Pa iudicf corr. man. 2 in iudicauerf M | supplicatio M || 18 siquis M siqui P qui L || 19 sit M sint L sunt P | constituti LP || 20 o. i. o. om. LP || 21 eo corr. ex ei M | eolico Pb || 22 apotu sirin MPa ἀπο τοῦ σιρῖν Pb | id est om. Pb | trahere suppl. Vnger. | id est trahere] Graece σύρειν id est * L || 23 incertus MP | de mare Pb | sit Pa

688 DESTITVNT reciprocis meatibus deserunt.
CASVSVE PRIORVM non habes uocis maculam. culpa est
prioris fortunæ, non tua.

690 ERRAVIT PIETAS in nostro etiam genere pietas
aberravit. hoc propter Tantalum dicit: sceleribus ne suos 5
quidem caruisse maiores.

691 TV MODO DISSIMILIS ut tu non sis criminosus.
MEREARE SECVNDIS sensus: enitendum tibi est, ut factis
tuis non solum parentibus uideare dissimilis, sed etiam
illos facias innocentes. 10

692 ET IAM TEMONE SVPINO LANGVET H. G. P. V. Ophiu-
chum significat, qui sub Ursa est. aduentu enim diei in-
cipiunt sidera septentrionis hebescere.

694 SERVATOREMQUE PARENTVM cum responsum acce-
pisset Thyestes aliter malorum remedium inueniri non 15
posse, nisi cum Pelopeia filia concubisset, paruissetque
responsis, natus est ex ea Aegisthus, Clytaemestrae adulter,
Agamemnonis parricida.

Lind. p. 40

696 PHOEBE PARENS inuocatio siue hymnus Apollinis.

LYCIAE PATAREA Lyciae ciuitas est Patara, Apollini 20
sacra. unde Horatius <carm. III 4, 64>: 'Lycius et Pata-
reus Apollo'.

1 Restituunt Pb || 2 CASVSQUE L | notis L uocis MP *locum mendosum esse puto. cogitavi de necis aut noxae scribendo* || 4 pietas om. L || 5 hoc om. M | nec LP || 7 tu om. L || 8 tibi om. Pb | fratris tuis Pb || 9 illos etiam Pb || in P scholia quae secuntur leguntur hoc ordine: 696 PHOEBE ... Apollinis. 694 SERVATOREMQUE ... parricida. 692 ET IAM ... albescere. 696 LYCIAE ... Apollo. 698 CASTALIAE .. praecipitavit. 699 VOLENTEM ... inuitus. 701 [IVVAT] ... iuuabit. 699 THYMBRAEVS ... senescit. in M, praeterquam quod schol. 694 SERVATOREMQUE ... parricida ante schol. 692 ET IAM ... hebescere legitur, ordo seruatus est || 11 H. G. P. V. om. LP | Ophiocum M ob hoc uicium Pa obhiicum Pb || 13 hebescere M albescere LP || 15 inuenire MP || 17 est om. M | Aegyptus L | Clitēnestrae L clitemnestre Pb clitemestre MPa || 20 licee Pa | pataria Pb | patera Pa || 21 consecrata L consecrata Pb sacrata Pa sacra superscr. ta M sacra Mon. | Delius Horatius | Pataraeus L pat^s ei' Pa

698 CASTALIAE ubi quondam uirgo Castalia fuit. quam cum Apollo amaret et uim uellet inferre, in fontem se praecipitauit.

699 THYMBRAEVS HABES Thymbra autem locus est Troiae ab herba cognominatus, quam Latine puleium dicimus. illic Admeto regi pecus pauit. [Thymbraeum Apollinem philosophi imberbem dixerant, quoniam ipse sol est. sol autem ignis est, qui nunquam senescit. VOLENTEM bene uolentem, ne putaretur inuitus.

10 701 IUVAT Virgilius <Aen. XI 131>: 'saxaque subnectare humeris Troiana iuuabit'.] LATONIVS VMBRA CYNTHVS Cynthus mons est Deli, cuius tantam uult esse magnitudinem, ut umbra sua Aegaei maris ambitum protegat. ipse enim Latonam susceperat, cum adhuc Delos 15 erraret. et est sensus: si te non iuuat esse in Delo, quae instabilitate sua hospes est litorum diuersorum.

703 LENTANDVS flectendus, ut Virgilius <Aen. III 384>: 'lentandus remus in unda'.

704 DONO CESSERE PARENTES Apollinem imberbem 20 philosophi tradunt eo, quod ipse sit sol. sol autem ignis est, qui nunquam senescit. et est sensus: dono cessere aetherei parentes genas aeternum florere.

706 PARCARVM PRAENOSSE MANVS quia quaecumque fata parant, tu nosti, et omne futurum tibi patet.

25 707 PLACITVRA IOVI id est: quia adhuc decreta non sunt, quae summo Ioui displicere non poterunt. QVIS

1 Castalis Pb Casia Pa | quēdam Pa | fuit om. M || 2 unice amaret L || 4 HABES om. L | autem om. LP a. M | lat̄ M man. 2 add. ini || 5 poleium P uerbenam Lm || 6 Admeti regis L | Thymbraeum ... senescit om. LM || 9 VOLENTEM ... iuuabit om. M | Volantem Pa || 10 IUVAT om. P | saxa Pb | subuetare Pb subnectaret Pa || 11 iuuabit om. Pb || 12 Cynthus om. LM | est om. L | esse om. Pb || 16 sua om. Pa | hospes erat Pb || 18 undam Pb || 19 cessare Pb | inberbem LM || 20 sit solis Pa || 21 donec etheriis parentis gene M || 22 parentis Pb || 23 PRAENOSSE LM || 25 quia corr. in que M || 26 poterint M potuerunt L | delendumne est non?

LETIFER ANNVS letiferum annum: famem, morbum immutationemque regnorum. multa complexus est mala, quae etsi diuersis modis distincta sunt, unius tamen pestilentis anni esse noscuntur.

709 TV PHRYGA SVBMITTIS CITHARAE Marsyam dicit, 5
qui uictus submissus est poenae. siue inferiorem facis.

710 TITYON Tityos, Terrae filius, Latonam, Apollinis matrem, amasse dicitur, sed ne sacrilegae libidinis commento impune potiretur, ab Apolline uinctus est et deductus ad Tartara. cuius iecur a uulture tunditur, in aeternitatem supplicii pullulantibus fibris. [Virgilius <Aen. 10 VI 600>: 'nec fibris requies datur ulla renatis'.]

711 TE VIRIDIS PYTHON aut epitheton est serpentum, quia uirides sunt, aut ueneni plenus. THEBANAQVE MATER Nioben dicit, Tantali filiam, Amphionis uxorem, fecundam, 15
antequam Latonam sperneret. namque cum quattuordecim mater filiorum esset, ingressa templum Latonae se praetulit illi, quae tantummodo duos peperit. unde Apollo iratus filios sagittis necauit, Diana autem filias, ad ultimum uero ipsam matrem. Iuuenalis <VI 177> ait: 'atque 20
eadem scrofa Niobe fecundior alba'.

713 PHELEGIAN Phlegyas, filius Martis, qui apud Delphos templum Apollinis incendit. eius Virgilius meminit <Aen. VI 618 sq.>: 'Phlegyasque miserimus omnis admonet'.

1 mutationemque L || 2 Quae mala LP *transpos. literis a et b superscript.* M || 3 sunt om. Pb || 6 sūmissus MPa | facit Pb || 7 Tityos om. LMP *seruauit Cassel.* || 9 uinctus MPa uictus LPb | est om. Pb | deducitur Pa || 10 ad om. Pb | a om. MP | tunditur LMPa tūdicitur Pb tondetur Vnger. || 11 Virgilius . . . renatis om. M || 13 uiride Pa | phiton P | serpentium M | serpentis est Pb || 14 quia serpentes uirides Pb | uiride Pa | pleni Cassel. || 16 namque MPa nam LPb | esset M fuisset LP || 17 ingressa . . . matrem om. M | ingressi Pa | Latonae LPb diane Pa | praetulit se P || 19 filio Pa | aut Pa || 20 ipsam om. L | ait om. L || 21 Niobe om. LMP || 22 PHELEGIAM L plegian P phlegian M | ptegius Pb | qui apud] quia post Pa || 23 cuius LPb || 24 peliasq; Pa | omnes Pb

714 AETERNO PREMIO ACCUBITUM id est super ipsum accumbit, ne quando possit requiem capere.

715 INSTIMULAT inicit illi cupiditatem. fames quidem urget, ut capiat, sed comedere timore fastidit. comesse enim non sinitur, cui fastidium irrogatur. [Virgilius <Aen. VI 605 sq.>: Furiarum maxima iuxta accubat et manibus prohibet contingere mensas'.]

716 MEMOR HOSPITII propter Crotopum. adsis fauces.

717 SEU TE ROSEVM TITANA VOCARI dicit Apollinem a diuersis gentibus uariis appellari nominibus. apud Achaemenios enim Titan uocatur, apud Aegyptios Osiris, apud Persas, ubi in antro colitur, Mithra uocatur. quod autem <u. 720> dicitur torquentem cornua, ad illud pertinet, quod simulacrum eius fingitur reluctantis tauri cornua retentare. quo significatur lunam ab eo lumen accipere, cum coeperit ab eius radiis segregari.

718 SEU PRAESTAT OSIRIM secundum Aegyptios, qui Osirim Solem interpretantur, per quem prouentum frugibus existimant posse contingere. quae sacra primum Persae habuerunt, a Persis Phryges, a Phrygibus Romani. apud Persas Sol proprio nomine Mithra dicitur, ut Osthanes refert.

719 SEU PERSEI SVB RVPIBUS ANTRI Persae ab Achaemene, Persei et Andromedae filio, qui iis imperauit, nunc

2 accubit P || 3 inicit LPb | illi om. Pb | qd est urget M || 4 cum esse Pa || 5 enim om. Pa | inrogatur M | Virgilius . . . mensas om. M || 8 auspitii Pa | post Crotopum legitur in Cassel. qui eum recepit hospitio || 10 achemonios P || 11 uocatur om. L || 12 mitra P Mytra L mythra M | quod autem . . . segregari sequitur in L post 719 uehitur || 13 dicitur om. M dicit P | ad illud . . . tauri cornua om. M || 14 retēptaret Pb || 15 lunā L luna MP || 16 coeperit corr. ex coepit M | segregari LM separari P || 17 scholion legitur post schol. 719 in MP | OSYRIN L osirim MPb ostrū Pa || 20 habuerunt om. Pb | romani acceperunt Pb || 21 solo primo nomine dicitur mitra Pb | Hostanes LMP cf. Plin. nat. hist. 28, 5, 69, 256, 261; 30, 8, 11, 14. || 23 seu om. MP | svb . . . Persei om. Pb | persea panchermone M | Persae] Persei L | Achemene L achemone Pa || 24 qui ibi L quis M qui iis Vnger.

Achaemenii dicuntur. ubi Apollinem solem dicunt, cuius et sacrorum ritus inuenisse dicuntur. sub rupibus: Persae in spelaeis coli Solem primi inuenisse dicuntur. est enim in spelaeo Sol Persico habitu cum tiara et utrisque manibus bouis cornua comprimens. quae interpretatio ad 5
 Lind. p. 41 Lunam dicitur. nam | indignata sequi fratrem occurrit illi et lumen subtexit. his autem uersibus sacrorum Solis mysteria patefecit. Sol enim, Lunam minorem potentia sua et humiliorem docens, taurum insidens cornibus torquet. quibus dictis Statius Lunam bicornem intellegi uo- 10
 luit, non animalia, quibus uehitur.

720 INDIGNATA SEQUI TORQVENTEM CORNUA MITHRAM prius ordinem dicit, postmodum sensum. seu Mithram uocari praestat sub Persei antri rupibus torquentem cornua indignata sequi. sensus talis est: Persae in spelaeis 15
 Solem colunt. et hic Sol proprio nomine uocatur Mithra, qui, quia eclipsin patitur, ideo intra antrum colitur. est autem ipse Sol leonis uultu cum tiara Persico habitu et utrisque manibus bouis cornua comprimens. quae interpretatio ad Lunam dicitur, quae indignata sequi fratrem 20
 occurrit illi et lucem eius obscurat. nudauit autem posteriorum partem. Sol ergo quasi Lunam minorem docens ideo taurum torquet. mire autem cornua posuit, ut Lunam manifestius posset exprimere, non animal, quo illa

1 Achaemenii om. Pb achemeni Pa | dicuntur om. LM | dicentem Pb || 2 etiam Pb | persei Pa || 3 primū uenisse Pa || 4 Sol om. LM | et om. L || 5 bonis Pb corr. in bouis M || 7 lunam subtexit Pb | Solis om. L || 8 ^bsole lunam (omisso enim) M || 9 et *transpos.* ante potentia M || 12 torrentem Pa || 13 dicit sensum L | mitra Pb || 14 sub L seu MP || 16 et hic sol proprio nomine uocatur Mytra L et est hic sol quasi episso mutas Pa et est hic sol pepisso (pepiso Pb) mitras MPb et est hic sol proprio nomine uocatus mitras *Cassel.*, in episso (pepisso, pepiso) *illo graecam uocem latere puto uelut ἐπ' Ἴσῶρ* || 17 qui quia MPb quique LPa | eclipsim Pb || 18 uultum P || 21 eius MP ei L | iustriorem Pa mysteriorem MPb || 23 cornu torquet Pb || 24 nam animal Pa

uehi figuratur. sed tamen quia locus non est secreta de-
 orum istorum iuxta tenorem internae philosophiae disserere,
 tamen de figuris, quibus creditur, paucis dicamus. Sol
 ineffabilis, quia principale signum inculcat et frenat, Leonem
 5 scilicet, idcirco et ipse hoc uultu fingitur, uel quod hic
 deus inter ceteros ui numinis et potentiae impetu excellat,
 ut inter reliquas feras leo; uel quod sit rapidum animal.
 Luna uero, quia propius taurum coercet adducitque, ideo
 uacca [luna] figurata est. ceterum diuini et regii dii isti,
 10 ut comparent in orbe, sic sunt expertes mortalis figurae
 tam hominis quam beluae, non habentes initium terminum-
 que uel quod interpoletur medium, ut dii minores et re-
 liqui, ut supra <u. 205sq.> ipse ait: 'mox turba uagorum
 semideum'. id enim ratio aeternitatis expostulat.

COMMENTARIVS IN LIBRVM II.

15

Reditus Mercurii cum umbra Lai per Taenarum, La-Lind. p. 42
 coniae promunturium. aduentus ipsius umbrae ad Thebas.
 immutatio eius in Tiresiam et admonitio ad Eteoclem, ut

1 tamen om. L tantum Pb | secreta post istorum praebet
 L || 2 intimae Cassel. || 3 de figuris tamen L | creduntur Schottk. ||
 4 est ineffabilis L ineffabilis est Pb | quia LM qui Pa om.
 Pb | inculcat] inculit Cassel. incolit Mon. || 5 scilicet om. Pb |
 iccirco L || 6 deos Pb | inter add. Vnger. | sui numinis L sui
 nominis Pa ui numinis MPb Cassel. || 8 uero om. M | quod]
 quia L | tauro adhaeret L taurum coheret Pa taurum coercet
 MPb || 9 uaca Pa | lu-nae M Cassel. | isti dii L || 10 com-
 parentur L comparetur Pa | orbem Pa | experte mortales M ||
 11 tam hominis L seu hominis MP | habens MPb Cassel |
 terminum L Pa || 12 interpelletur Pb || Explicit liber primus.
 Incipit liber secundus M

*Argumentum in Po non legitur, in Mon. duae lineae erasae
 sunt, ita ut incipiatur uocabulis illorum gratularia || 16 Red-
 ditus Pa | laii LMPb || 17 promuntorium M promuntorium Pa
 permuntorium Pb promuntorium L || 18 immutatio Pa | eius]
 ipsius Pb | ad Eteoclem om. LMP add. Kohl. e Colb.*

contra fratrem bella suscipiat. descriptio orientis diei. pollicitatio Adrasti filias suas in coniugio Polynicis et Tydei. illorum gratulatoria responsio. descriptio nuptialis ascensus puellarum in Mineruae templum, ubi et auguriam est factum futuri belli. descriptio monilis Harmoniae, 5 quod gerebat Argia. Polynicis de regno desiderium. allocutio coniugis hoc deprehendentis. mariti consolatio. legatio Tydei ad Eteoclem de regno repetendo. allocutio regis negantis alternationem imperii. responsio bellum minitantis. regressus eius. quinquaginta a rege missi, qui 10 redeuntem Tydeum occiderent. descriptio rupis Sphingos. immissi ab Eteocle Tydeo insidias collocarunt. pugna Tydei cum omnibus et interitus eorum. Mineruae allocutio ad Tydeum. Maeonis unius dimissio ad indicium communis belli. tropaeum Mineruae factum a Tydeo eius- 15 que hymnus in laudem Mineruae.

Lind. p. 48

1 INTEREA GELIDIS reditum Mercurii ab inferis poeta describit impeditum, quia nulla re uolatus eius adiuuari poterat crassioris poli aere tardante. Styx quoque circumflua remeantis numinis impediēbat regressum. in primo 20 enim libro Iuppiter Mercurio, ut inferos peteret, imperavit, euocaretque umbram Lai, qua innitente nepotibus belli

2 filiarum suarum L || 3 gratularia MP *Mon. fortasse recte* || 4 ascensus . . . monilis om. Pb | ascensio MPa ascensus L *Mon. an post nuptialis aliquid excidit?* || 5 est om. LPa Harmonies L armonię P ermonie M *superscr. man. corr. hermione* || 6 quod] qui Pa | aloquutio Pb || 7 hec deferentis Pb | 8 Tydei legatio et allocutio apud LPa tidei allocutio apud Pb legatio tidei ad M | de regno repetendo *hic om. M* allocutio . . . minitantis in *contextu om. in marg. leguntur M* || 9 alternationem imperii *add. Kohlm. e Colb. de regno repetendo M om. LP* | ad bellum inuitantis L || 10 regressio L || 13 cum omnibus tidei P *litteris adscriptis transpos. M* | eorum interitus L || 14 dimissi Pb || 16 in laudem (laude Pa) mineruę hymnus LPa || Incipit secundus M || 17 gelide Pa | Mercuri Pe || 18 uolatus Pb | adiuuari poterat om. Pb || 19 cursioris Pa | quoque om. L || 20 Inſc̄atio *superscr. primo M* || 21 ad inferos uadat Pb || 22 laii libri | furor belli L

furor increceret. GELIDIS VMBRIS bene gelidis, quia calor in uita est, frigus in morte. unde Virgilius <Aen. IV 705>: 'dilapsus calor, atque in uentos uita recessit'.

4 NEC ZEPHYRI zephyros pro omnibus posuit. sunt uenti iuxta Graecorum uoluntatem nati ex Astraeo et Aurora, unde Titanes duce Atlante originem trahunt. quos Iuno causa Epaphi ex Io nati contra Ionem excitauit arma sustollere. unde uicti poenas dederunt adiuantibus diis. et Atlantae caeli onus imposuit. unde Virgilius <Aen. I 132>: 'tantane uos generis tenuit fiducia uestri?' hi autem appellantur diuersis nominibus tam a Graecis quam a nobis. Lind. p. 44 illi zephyrum, nos fauonium uocamus; nos aquilonem, illi boream dicunt; illi eorum, nos Africum uocamus.

5 AVRA POLI polus est circuitus, qui in se totum continet.

6 TORRENTVM INCENDIA tardius ab inferis Mercurius remeabat propter crassum aerem et sine uento et propter Stygis impedimenta et fluuios ardentia fluentia uolentes.

7 PONE retro. ut <Aen. II 725> 'pone subit coniunx'.

8 CAPVLO totus ensis mersus est in uulnere Lai, quod ei Oedipus intulit. ut Virgilius <Aen. II 553>: 'capulo tenus abdidit ensem'.

10 ET PRIMAS FVRIAEVM id est exordium furoris filii pater pertulit. primus: inflexio. per quod intellegi uult: quae secuta sunt postea, fuerunt multo peiora, Iocastae concubitus, Oedipi caecitas.

1 GELIDIS . . . recessit om. M sequitur post 4 . . . Africum uocamus | gelide umbra Pa | gelide Pa || 2 unde om. L || 4 Zephyri sunt uenti L || 6 unde MP inde L || 7 ex ioue LPb om. Pa || 10 nostri L || 11 a nostris Pb || 12 fauonium LP austrum LmM Mon. || 13 boream M | dicunt om. Pb | Africum] fauonium Pb || 16 ab inferis om. Pb || 17 aera L || 18 Stygis] frigoris LmPa | fluentia Pb || 19 ut . . . coniunx om. LmM | coniunx subit Pa subit cum iusta Pb || 20 capulo tenus totus LPb | ensis in sese mersus M | lai LMP || 22 enses M || 23 et om. L || 24 inflexio L inflexus Pa influxus in rasura Pb inflexim corr. in. infixit M infixi Pe | intellegi Mon. || 25 fuerint MP | l. q. 'Iocastae cōubit' M

11 ET MEDICA FIRMAT VESTIGIA VIRGA caduceum ostendit insigne Mercurii, quod illi medetur, qui nequeat ambulare. Virgilius <Aen. IV 242sq.>: 'hac animas ille euocat Orco pallentes'. uestigia firmat ut idem <Aen. III 659>: 'trunca manu pinus regit et uestigia firmat'.

13 ET FERRVGINEVM NEMVS horridum. Virgilius <Aen. VI 303>: 'et ferruginea subuectat corpora cumba'.

14 MIRATVR PATVISSE RETRO nouitatem: cum introeuntibus solis pateat, dedisse ipsum iter et reditum. ut Virgilius <Aen. VI 126, 128 sq.>: 'facilis descensus Auerni; sed reuocare gradum superasque euadere ad auras, hoc opus, hic labor est'. NEC LIVIDA TABES mores inuidentium tangit et bene liuorem dixit, ad animi enim qualitatem adiecit.

15 ET IAM LVMINE CASSIS quasi nec mortuis defuit, unde esse posset inuidia, nec illi defuit, qui redeunti inuideret. ordo hic est: nec liuida tabes inuidiae defuit functis hoc est mortuis. non recedit a naturae malo liuor inuidiae. ut Virgilius <georg. III 37 sq.>: 'inuidia infelix furias annemque seuerum Cocyti metuet'.

17 GRAVIS EXITVS AEVI quasi hoc accipiendum poeta uoluerit, ut intellegamus hunc nescio quem pro morum suorum meritis occidisse, et uotum eius malae mentis ostendit, quod esset etiam apud inferos reseruatam.

18 REBVSQVE AEGRESCERE LAETIS id est de aliorum

1 ET om. MP | MEDIA L | VIRGA om. P || 2 quo L | medeatur LP || 3 uocat P || 4 ut idem . . . firmat om. Pb | et idem M || 5 manum L | pinum MPa || 6 ET om. MP || 7 et om. LMPa | cimba MPb nimba Pa cymba L || 9 deēe corr. in decedere M deest Bamb. deesset Mon. dedisse conieci | et om. L | redeuntibus LP || 11 auernis Pa || 12 hic labor hoc opus MPa || 13 tangit om. MPa | et om. MP | animū M || 14 qualitatem om. M | adiecit quia superas euadere ad auras hoc opus hic labor est MPb || 15 IAM om. L | quia si MPa || 16 posset esse L | non illi LP | qui . . . functis om. Pb || 18 defunctis L | non om. Pb || 19 ut om. M || 20 Cocyti metuet om. MP || 23 ostendat M || 24 etiam esset Pa | et apud ueteres Pb

felicitate torqueri. nam cum malis pasceretur alienis, prosperitate tabescebat. ut Terentius <Andr. 627 sq.>: 'ut malis gaudeant atque ex incommodis alienis sua ut comparent commoda'.

5 19 QVOSCVMQVE VOCARIS IN VSVS in quaecumque obsequia uel remedia uocaris excitus.

21 FVRIATA SACERDOS furore correpta maga, qualis describitur apud Lucanum <VI 507 sqq.>.

22 ARCANO SEPVLCHRO proprio siue inferno.

10 23 HEV interiectio dolentis siue inuidentis alienis bonis. SOLEMQVE RELICTVM quem moriens reliquisti, aut certe nos omnes animae, dum ad inferos ueniremus.

24 VIRIDES | TERRAS E. P. F. A. apud inferos steriles *Lind. p. 45* sunt terrae et caenosi fluuii, ad quorum comparationem superiores pueros dixit, qui ex splendidissimis fontibus generantur.

25 TRISTIOR quod natura humana non tantum gaudet in bonis fruendis, quantum dolet, cum his priuata fuerit.

INTRATVRE TENEBRAS et hoc quasi inuidus imprecatur.

20 id est: non tamen diu apud superos immoraberis.

27 ATQVE OMNES CAPITVM SVBREXIT HIATVS et ad ipsius canis capita referendum est et ad serpentium, qui capita eius cingunt. id est: aut omnis hiatus horum capitum, quia Cerberus est, aut omnis hiatus serpentium, quibus

25 caput eius collaque uallantur. ut Virgilius <Aen. VI 419>: 'cui uates horrere uidens iam colla colubris'.

1 alieni P || 2 ut *om.* LMPa || 3 ex *om.* L | alterius *Terentius* | sua *om.* MPa || 5 quoscumque Pb || 6 excitus *om.* M || 7 magna MPb || 8 a Lucano LPb || 9 sepulchro LM || 10 aspiratio M | seu Pa | deliquisti M re *add. man. 2* || 12 uenimus Pb || 13 e. p. f. m. M *om.* LP || 14 ad . . . superiores *om.* M PVROS FONTIBVS L || 15 quia L || 16 creantur fontibus Pb || 18 iis Pb || 20 tam L tantum Pb | moraberis LPb || 21 omnis Pb || 22 est *om.* Pb | serpentum LP || 23 cinguntur aut omnis Pa | horum . . . hiatus *om.* Pb | est id est aut Pa || 24 serpentum LP || 25 ei M | uellantur L uallatur Pb || 26 cui uates *om.* L | colubris Pb comasque LMPa

28 SAEVVS ET INTRANTI POPVLO ut feritatem circa exeuntes exprimeret, addidit 'et intrantibus saeuus'.

Lind. p. 46

29 IAM SPARSA SOLO TVR|BAVERAT OSSA turbauerat et sparsa fecerat. hypallage. et hoc irascentis est, ut Virgilius <Aen. VIII 297>: 'ossa super recubans', Gigantum scilicet ossa insepulorum. fingitur enim Cerberus cadaueribus pasci. ut Lucanus <VI 702 sq.>: 'qui uiscera saeuo spargis nostra cani'.

31 FERREA TERGEMINO propter bina lumina trium capitum, quasi tot illi somnos miserit, quot capita luminibus armarentur.

32 EST LOCVS INACHIAE D. T. G. haec. topositiesia dicitur, id est fictus locus secundum poeticam licentiam. nam in eiusmodi descriptione, ubi ueri loci facies demonstratur, topographia dicitur; ubi fictum quid uelit, topositiesia; cosmographia dicitur mundi descriptio.

33 MALEAE SPVMANTIS I. A. Malea promuntorium est Laconicae. in auras it erigitur. spumantis in qua fracti spumant fluctus.

35 SERENVS quia nubes excedit.

20

36 ET TANTVM FESSIS INSIDITVR ASTRIS super ipsum fessa astra considunt, id est propter eminentiam sui sedem praestat astris rapido cursu fatigatis.

2 et om. L eius Pa || 3 ossa turbauerat om. LPa | et P id est L om. M || 4 hypallage ē M | ut om. L || 5 gigantium M || 6 fingit Pa significat Pb | enim om. Pb | cerberum Pb || 9 bina] trina L tria Pb || 10 immiserit L | quot] quatinus Pa | hominibus Pb || 12 d. t. g. om. LP | haec] ut Pb | tepostesa corr. in topostesia M || 13 dicitur om. Pb | id . . . licentiam om. M || 14 acies MP || 15 ubi fictum . . . dicitur om. Pb | factum quod Pa | uenit L || 17 I. A. om. LP | locum prorsus corruptum ex coniectura restitui Maleum LP corr. ex malea M | promuntorium . . . fluctus om. partim in marg. add. M || 18 Laconiae LPb om. M | in] ergo quia malee promuntorium (est Pa) in P | auras] altum Pb | it] om. MP IT CAPVT L | spumantis suppleni | in qua om. LPa | fracti . . . fluctus] frangentia litora curuat P om. L || 20 excedit et infra se despicit L || 21 ipsum om. Pa || 22 consistunt M | per L | exciditne aliquid ante sui uelut capitis?

42 ATQVE INGENS MEDIO NATAT in tantum Taenarum montem elatum dicit, ut meridianis horis, quibus sol occidui caeli occupat partem, umbra eius inumbret medium mare.

5 43 INTERIORE SINU dicit nescio qua parte Taenarum recuruari ad uicem portus, in quo refert equos suos consueuisse stabulare Neptunum. est autem hyperbaton, talis ut sit ordo: et tantum fessis insiditur astris. interiore sinu frangentia litora curuat Taenaros, expositos non
10 audax scandere fluctus. ast ubi prona dies longos super aequora fines exigit atque ingens medio natat unda profundo, illic Aegaeo Neptunus gurgite fessos in portum deducit equos. consequens est enim, ut non appropinquante nocte curuet Taenarus sinum, quia est natura montis im-
15 mobilis, sed ut incipiente nocte illo ad requiescendum Neptunus equos adducat. FRANGENTIA LITORA CVRVAT epitheton, quia in litoribus solent fluctus frangi. TAE-
NAROS EXPOSITOS topographia. Taenaros locus Laconicae, in quo aditus dicitur esse inferorum. ut <georg. IV 467>:
20 'Taenarias etiam fauces, alta ostia Ditis'. et est ordo: locus Maleae spumantis id est iuxta Maleum fluctibus concitatum eo quod ibi mare saeuum sit, ubi est promunturium Maleum. unde Virgilius <Aen. V 193>: 'Maleaeque sequacibus undis'. inde mons exsurgit, qui Tae-

1 *schol. in LMP sequitur post 43 . . . adducat | medio n. p. M | et tantum Pb || 3 eius umbra L | inumbret Pa || 5 INTERIORE SINU om. M | in qua parte L || 7 stabulari LP | autem om. L | hyperbaton . . . sit om. P || 8 ordo talis P. || 9 Taenarus LP | expositus Pb | non audax om. M || 10 audax Lm ausus L audens Pa audiens Pb || 10 longo M || 11 equore Pb | finis Pa || 13 enim] non L | non om. LP || 14 nocte . . . nocte om. Pb | Taenarus curuet L || 15 incipiente nocte om. L | illo equos Neptunus ad requiescendum L | illos Pa | ad requiescendum om. Pb || 16 equos om. Pa || 17 fluctus frangi solent Pb | TAE-
NAROS L om. MP || 18 chorographia P choriographia L | Taenarus LPa | locus om. Pb | Laconiae libri || 19 dicitur esse aditus Pb || 20 tenareas inter Pb || 21 id est om. Pb || 24 undae Pa | tenarus M*

naros dicitur. SERENVS DESPICIT infra se nubes.
 ET TANTVM FESSIS INSIDITVR ASTRIS altitudinem uoluit
 exprimere, quasi illic astra requiem sumant. NON AVDAX
 non ultra fines litorum progrediens. eucti fluctus intra
 Taenarum. ergo Taenarus mons est altior fluctibus, ut ⁵
 eiectos fluctus et euitet et repellat.

45 ILLIC in eadem regione. AEGAEO GVRGITE mari
 ab Aegeo, Neptuni filio, Thesei patre.

46 HAVRIT ferit. Virgilius <Aen. X 314>: 'latus haurit
 apertum'. quasi per transitum Neptuni equos mira ratione ¹⁰
 descripsit.

48 DEVIUS VMBRAS TRAMES AGIT hac animae mortuorum
 destinantur ad Tartara. deuium autem tramitem dixit,
 quod sit deuius uiuis. trames itineris compendium.

NIGRI IOVIS Stygii. ¹⁵

51 ET GEMITVS POENARVM quas apud inferos nocentes
 persoluunt. ATROQVE TVMVLTV quia tumultus, qui fit
 apud inferos, auditur in illo loco. atro ergo quasi in-
 fernali.

52 VOCESQVE MANVSQVE manus, quod flagellis per-²⁰
 sonant, dum noxios caedunt, uoces secundum Maronem,
 qui <Aen. VI 572> ait: 'uocat agmina saeua sororum'.

54 AGRICOLAS CAMPIS AVDITVS ABEGIT quia iuxta ha-
 bitantes terrore suo fugauit agricolas.

56 EXILIT aurae uitalis afflatu laetior factus est. ²⁵

Lind. p. 47

58 INDE PER ARCTVRVM id est superio|ribus. per Arctu-

1 SERENVS ... ASTRIS *om.* L altitudinem ... sumant
praebet supra post fatigatis || 3 AVDIENS L || 4 eucti ... Tae-
 narum *corrupta uidentur* || 5 mons est *Colbert.* nomen ē mons
 M nō est L nomen est P || 6 euctos L erectos Pb || 7 ILLIC
 ... GVRGITE *om.* Pb | maria M || 10 quo quasi L || 14 uiuis de-
 uius trames LPa | trames ... Stygii *post* AGIT *leguntur in* L |
 trames *post* deuius, nigri iouis stiggii teneris compendium *post*
 AGIT *praebet* Pa || 16 ET *om.* MP | nocentis Pb || 18 illa loca Pa |
 atrox .. infernalis Pa || 20 manus *om.* Pa || 23 CAMPIS ...
 ABEGIT *om.* Pb | quia *Cassel.* quasi LMP || 25 leuior *Mon.* Pc ||
 26 INDE] ille Pb | superioribus] *latetne* superior ibat?

rum id est per septentrionem. per arcton enim solet uolare Mercurius, quia ibi maior est uentus et citatiores facit eius uolatus.

MEDIAEQVE SILENTIA LVNAE philosophi lunam terram esse dicunt, quae circa nostrum hoc solum circulo altiore suspensa est. haec autem omnia corpora maiora gignit, utpote quae uicina sit caelo. poetae denique omnes asserunt leonem de his polis ortum, quem Hercules prostrauit, ut etiam Olympus ait, quare proximus sit terris et ultimus. de lunari autem globo apud mortalium genus caeli ratio ignoratur. leuiorem perstringam, quia hoc diuinum lumen animas tam de astris omnibus quam de omni materia mundi subtracta parte superna excipit et decerpit quasi lumina, quae postea ter quinque diebus, ut collegerat, totidem refundit in fratrem.

59 ARVA SVPER ut Virgilius <Aen. IV 256>: 'terras inter caelumque uolabat'.

61 DECEDIT LIMITE CAELI quasi non solum obuius Mercurio Somnus assurgat, sed uenientem tramite certo declinet.

62 INFERIOR quia super lunares polos dixerat ire Mercurium. PRAEREPTAQVE non enim naturae lege, sed ferro uita defunctus est.

64 POLLVTAMQVE SVO D. P. B. illam tangit historiam: cum deus, scilicet Mercurius, somnum caperet, quidam, cuius nomen fabulae tenent, dormienti tetendit insidias. qui conata peregrisset, nisi eum filia Palaestra excitauiisset. qui

1 id est *om.* P | arctos MP | enim *om.* MP || 2 et . . . uolatus *om.* Pb || 4 esse terram L | in terram Pa in terra Pb || 5 hoc Pb || 6 maiora *om.* L | gignunt P | sit L sunt MP || 7 polis sortem M poli sortem P || 8 Olympius iam *Wernsdorffius propos.* | quasi L | quare . . . ultimus *non intellego. in Cassel. Gud. Colb. leguntur post ignoratur* || 9 de globo autem *superscr.* lunari M | autem lunari Pb *Mon.* || 11 quia MP quod L et Pa || 13 lumina MPa lunam LPb || 15 ut . . . inter *om.* M | Virgilius *om.* Pb || 18 ueniente L || 21 praerepta MP | enim] in Pb || 23 D. P. B. *om.* LP || 24 scilicet Mercurius *om.* M || 25 qui tamen MPc qui cum Pb || 26 eum] *cogitauit de deum scribendo*

cum odio terrae migrasset ad caelum, creditus est obisse. quo facto iniuriosam meruit sepulturam. sed melius de Laio creditur, qui cum ad Naubolum hospitem Phocidis pergeret, occisus a filio est. DESPECTAT PHOCIDA de iugo Cirrhæ uidit bustum suum, quod fuerat in Phocide. 5 Cirrha Boeotiae planities est, in quo campo Apollini lustrum datur. Phocis ergo Boeotia est.

69 PAENE RETRO T. A. significare uoluit: quia, ut fama est, timet umbra, quae passa est.

71 ET TVNC FORTE DIES id est primus natalis Liberi, 10 quo fulminata est Semele et exsecto utero Liber Iouis femini insertus est. secundus enim dies natalis Dionysi ille dicitur, quo exactis mensibus legitimi partus Iouis est productus ex femine, quem diem homini scire fas non est. ideo et διθύραμβος dicitur id est bis genitus. 15

73 TYRIS propter Cadmum Tyrium, qui conditor est Thebarum.

74 EDVCERE NOCTEM ut Virgilius <Aen. IX 166 sq.>: 'noctem custodia ducit insomnem ludo'.

76 ANHELV M DEVM Somnum, ut Virgilius <Aen. IX 20 336 sq.>: 'multoque iacebat membra deo uictus'.

78 AERAQVE TAVRINOS nam tympanis, quae sunt ex taurina pelle, plus sonant cymbala, quae sunt ex aere, acutiore tinnitu. ut est <Aen. IX 619>: 'tympana uos
Lind. p. 48 buxusque uo|cant'. 25

80 BACCHO MELIORE CITHAERON non sic irato Baccho, ut cum Agaue occidit filium furens. uel meliore, ut si

1 obiisse LMPb || 3 ad Naubolum LmM ad Polybum LPa apollinem Pb || 4 pergeret om. Pb || 5 uidet Pb uide Pa | qui Pa || 6 mons est boetię Pb boetię mons est Pa | est om. M || 7 in Beotia. LP || 8 schol. om. Pb | T. A. om. LPa || 11 in quo Pb || 12 foemori LPb | Dionysii LMP || 13 mensibus] legibus Pb || 14 productus est Pb | foemore L semine Pb | scire om. Pa || 15 Qui dithyrambus ideo dicitur L Quid (quod Pb) ditirambus ideo ditirambus dicitur (om. Pb) P || 16 qui om. Pb || 20 DEVM om. MPb || 24 acutiore enim sunt tinnitu L | uox M. || 27. ut om. Pb | ut si om. M

qua deliquerit, propter diem ipse Liber ignoscat. Cithaeron mons Boeotiae, ubi Liberi patris sacra celebrantes matres Pentheum discerpserunt. nunc ergo sanas dicit sine furore.

5 81 QVALIA PER RHODOPEN mons Thraciae.

82 BISTONES Thraces a Bistone rege, unde Orpheus fuit, aut certe ipsi Thraces. OSSAE Ossa mons inter Thraciam et Thessaliam.

85 AT OGYGII s. q. A. I. Thebani ab indigena, ut ante
10 (I 173 sq.): 'Ogygiis, ait, aspera rebus fata tulere uicem'.
sic Pindarus in hymnis: 'Ὀγγύιους δ' εἶδεν, ὅπου πῶλιν
αἴτεε τάνδ' ἐς αἰνύ. AFFLAVIT non apte hic posuit proprie fulminis uerbum. ut (Aen. II 649): 'fulminis affluit uentis et contigit igni'. IACCHI Bacchi. hoc est: cum uinum
15 hauserint. ut Horatius (carm. I 27, 1 sq.): 'natis in usum laetitiae scyphis pugnare Thracum est'.

86 SAEVVS ODOR qui ducit ad facinus.

89 NOX EA id est: talis nox erat tunc Thebanis, qualia conuiuia solent Thraces exercere.

20 90 REGIS ECHIONII Eteoclis ab Echione rege Thebanorum.

1 deliquerit om. MP | ut ipse M || 3 nunc] non Pb || 6 scholia inuerso ordine praebent LMP || 7 OSSAE om. LPa || 8 Thraciam] an Pa || 9 AT om. L | s. q. A. I. om. LP s. a. i. M | ab indigena M Mon. Pa ab Ogyge rege LPb | ut ame superscr. anne M ut anve Pa aut amne LPb || 11 hymnis Boeckhius somnis MPb sompnis Pa somniis L | uerba Graeca restitui posse desperans Boeckhii lectionem textui inserui, non quo eam genuinam esse crederem, sed ne lacunam relinquere. reliquas emendationes, quas Kohlm. collegit, afferre supersedeo. suppleas autem κρισθεισαν ἐξείβατ οἱ οὐλίξειν (Pindari opera rest. Boeckhius t. II p. II p. 567) | opite IG C De eYPENOTTONNHTHE TANECCITY L opireiGC De eYPEN OPONNHTHEΦΛHe CCINHyHā M opiteiGC De eYPENONONNHTHEΦδNeCCyNy Mon. opiseiGC DC eYPEHOPΩNNethΦλNeCCINHYI Pa opite IG C ΔΕΕΥΡΕΝΩNNHTHEΦINECCITI Gudian. opite IG C ΔΕΕΥΡΕNYNNHTHEΦANECCITI Cassel. spatio uacuo relicto om. Pb || 12 AFFLAVIT om. MP | non om. M || 13 fulminis proprie Pb | proprium Klots. || 14 Inachi Pa nachi Pb iachi ē M | cum om. LPa || 15 hauserit MPb | ut om. L || 20 et etheoclis Pb | a rege Thebanorum Echione L

93 CAPIT ILLE DAPES aut quia rex aut quia regnum destruxit aut quia perfidus, ideo quietem capere non debet.

HABET ILLE SOPOREM exclamatio, ut <Aen. X 501>: 'nescia mens hominum fati sortisque futurae', quod futuris parricida munera securitatis amplectitur.

95 OPACOS TIRESIAE VVLTVS Tiresias, Perierae filius, genere Thebanus, uates. qui fertur in feminam uersus, cum discertantibus Ioue et Iunone, utrum mas an femina maiorem sentiret coitus uoluptatem, nouem | partibus libidinis dixit feminam potio-rem et una uirum. ob quod caecatus est a Iunone. — est et alia talis fabula: in monte Cyllenio Tiresias dracones coeuntes calcasse dicitur. ob id in mulieris figuram uersus est, ut Onidius <Met. III 316 sqq.> refert. deinde monitus sortibus in eundem locum rediit in figuram pristinam. eo tempore, ut diximus, inter Iouem et Iunonem fuit certatio, in quo sexu esset maior libido, Tiresia iudice, qui expertus fuerat utrumque sexum. cum Ioui iudicasset, illa irata manus eius praecidit et excaecauit. Iuppiter ob id fecit, ut septem aetates uiueret uatesque praeter ceteros mortales ueracissimus haberetur.

96 VELLERA NOTA INDVITVR quae similia Tiresiae uideri poterant, non mutauit. ut Virgilius <Aen. I 689 sq.>: 'et alas exuit et uultu gaudens incedit Iuli'.

98 FALSA CVCVRBIT I. id est non sua, quasi uatem sola infula mentiretur.

1 aut quia rex om. P | qui^a ... qui^a M | ille regnum Pb || 2 deberet LPa || 5 ciuitatis Pb || 6 teresie . . teresias M | Perierae cod. mythogr. II Pericli L perieri MPa peeri Pb peneri Lm || 8 discertantibus LP || 9 sentiret maiorem uoluptatem coitus Pb | excidisse aliquid uelut iudex esset factus manifestum est || 10 femina peiorem Pb || 11 et est P | cilleno Pb || 12 teresias M || 13 est om. LMPa || 14 deinde om. M | utrum ante rediit excidit aliquid uelut reuersus an monitus idem significat quod uocatus? || 15 impristinam figuram Pb || 16 stat superscr. fuit M | certatio superscr. c M || 17 teresia M | utrumque sexum om. M || 18 ioue M | indicasset Pa | ei M || 19 ob id om. L || 20 per ceteros MP | certissimus M || 21 quae simillima Pb qui sinistra L || 23 et om. L | uultu] gressu Pb Vergilius || 24 i. om. LP | id est om. Pb | uate M

99 OLIVAE ipse honos uittarum adnexus glaucae oliuae.

100 TANGERE RAMO PECTORA Eteoclis dormientis.

105 TV VELVTI MAGNVM hyperbaton est. id est: tu cunctaris, ita quietem agis ut gubernator dormiens uentis
5 mare uersantibus.

108 SCIT FAMA id est: sic de eo fama loquitur, uel notum est, quod dico, omnibus.

109 CAPESSAT quasi perpetuo retenturus. Sallustius <Cat. 52, 5>: 'expergiscimini aliquando et capessite rem
10 publicam'.

110 QVIS NEGET id est: uiribus quibus neget tibi regnum. DESTINAT AVLA in aula, in qua tu iaces, in eadem tuus frater sibi pollicetur senectutem te expulso.

112 NEC NON IN FOEDERA VITAE id est in amicitiarum
15 foedus.

113 POLLVTVS PLACVIT id est: Tydeus aduersum te pactus est foedus. pollutus autem sanguine Menalippi
fratris sui, quem in uenatu incautus occiderat ut Peleus Phocum, unde reiecta post terga manu pingitur. et ille
20 nihilominus talia cogitat, qui tales sibi quaerit auctores. Lind. p. 50

117 AVSVRVMQVE EADEM GERMANVM E. quae nunc hortor, ut tu facias, ille ausurus est. id est: repetenti regnum nega, quod te exule facturus est.

119 AVT CADMO DOMINAS INFERRE MYCENAS Cadmo
25 pro Thebis, Mycenae pro Argis.

120 PALLIDA TVRBANT SIDERA LVCIS EQVI pallentia Solis aduentu. lucis id est solis.

1 glaucae innexus L || 4 longam requiem agis ita Pb | agens L | ut om. Pa || 6 sic LP | sic om. L | fama de eo LPb || 7 omnibus quod dico Pb || 8 retentiarus capit Pb || 11 id est] inde Pb | quis L | regnum] om. P sic (scilicet *Klotz.*) omnia negaturus fraude pactorum M || 12 DESTINET LPa | aulā Pa || 13 iacet sibi Pb | senectutem om. Pa | senectutem te pollicetur L(P) || 14 in om. L | inimicitiarum Pa | 19 unde] ut Pb | manu post terga Pb | manus corr. ut uidetur ex manu M || 20 adiutores Le || 21 E. om. L est P || 22 tu om. Pb | facies Pb || 23 exulem M || 24 Cadmo . . . Mycenae om. Pb || 27 sol Pa

124 PERFVDIT VVLNERE SOMNVN uulnere pro sanguine posuit. non somnum perfudit, sed ipsum Eteoclem dormientem. uulnere ergo suo Laius id est sanguine Eteoclem perfudit, ut eum pollutum sceleribus imbueret.

126 MONSTRIS pro terroribus posuit. 5

127 EXCVTIENS putans se uero sanguine esse perfusum.

129 HORRVIT IN MACVLAS quasi saeuitiam feritatis macularum praemonstret horrore. ut Virgilius <Aen. X 726 sq.>: 'comasque arrexit et haeret uisceribus superincumbens'. aut certe maculas, quae in retibus texuntur, explicuit de reticulo uariis minutis maculis pleno in horrorem. 10

133 IN ABSENTEM CONSVMIT PROELIA FRATREM ut Virgilius <Aen. XI 491>: 'et spe iam praecipit hostem'. quia iam uidebatur peregrisse bella cum fratre. ad animum rettulit Eteoclis belli audum. 15

Lind. p. 51 134 MYGDONIS Lydiis uel Phrygiis. Tithonus enim Lydius fuit, maritus Aurorae. unde Virgilius <Aen. IV 585>: 'Tithoni croceum linquens Aurora cubile'. est ergo Mygdonia regio in finibus Asiae, a rege Mygdonio.

137 SERAS FLAMMAS hoc est: Aurorae flammam Lucifer serus accendit. siue ad comparationem dixit ceterorum siderum, quia omnibus stellis tardius occidit Lucifer. ADVERTIT id est: ad eam et contra eam uertit.

139 LVCIFER EXIT EQVO nam uerso caelo ad aduentum Aurorae, cum cetera sint apud antipodas, Lucifer solus 25 apud nos inuenitur. hoc est alienum aethera, qui est diei, siue quia caelum stellis nocte concessum est. ergo

1 perfundit *corr. ex* fudit **M** | somnū scilicet etheoclem **Pb** ||
 2 non *om.* **Pb** | perfundere **L** perfudere **Pa om. Pb** | sed . . .
 Eteoclem *om.* **Pb** | Etheoclen ipsum **L** || 3 id est Lai **L** | id est
om. **MPa** || 4 etheocla **MPa** | profudit **Pa** profundit **Pb** | pollutu **Pb** ||
 6 profusum **P** || 9 herens **MP** || 10 & explicuit **LPa** || 11 uariis
LPa ueris **LmM** ueris **Pb** | maculas **Pa** | plenum horrore **MP** (hor-
 rorem **Pb**) || 13 et *om.* **Pb** | praeripit **LPb** || 14 & ad **L** || 16 MYG-
 DONIS **L** || 19 Mygdono **L** || 21 sero **Pb** | ascendit **P om. L** ||
 24 traxit **Pa** ex **Pb** || 26 est¹ *om.* **M** || 27 siue *om.* **LPb** | quod **L**

Lucifer officio suo nocte non fungitur, cum eum oriri constet prope lucis aduentum. hinc alieno aethere uidetur exoriens.

140 RADIOS VETAT ESSE SORORI ut Virgilius <georg. I 396>: 'et fratris radiis obnoxia surgere Luna'.

142 DIRCAEVS Polynices a Dirce fonte Thebanorum.

ACHELOIVS HEROS Tydeus ab Acheloo fluuio, qui per Aetolos fluit in Calydonem.

143 CORRIPVERE TORIS causa, cur tardius Tydeus et Polynices a somno surrexerint, Adrastus uero celerius.

145 AT INACHIO notanda elegantia poetae, qui tres duces fluuiorum cognominibus designauit: Dircaeum Polynicem, Achelouium Tydeum, Inachium Adrastum.

150 ARCANAS APTVM uenerunt ad locum aptum, secretum fabulis uel curis. nam ab eo, quod in secretis locis curae publicae disserantur, ad hoc electa loca curias nominauit antiquitas.

151 INSIDVNT hyperbaton. id est: postquam insidunt.

153 INVEXIT NOX ATRA MEIS quos per imbres et fulmina Lind. p. 52 non sine fato in regnum meum Apollo perduxit.

154 INTEMPESTMQVE TONANTEM hoc est uehementer tempestuosum, hiemalem. econtra Virgilius, cum clementiam uerni temporis uellet ostendere, <ecl. VII 60> ait: 'Iuppiter et laeto descendet plurimus imbri'.

159 LAETA FIDES ordo est: Argia et Deipyle geminae mihi natae pubescunt, nepotum laeta fides.

160 NE CREDITE PATRI ne laudare magis uideretur

1 eum] ant Pb || 3 exoriens M || 4 RADIOS] indies Pb || 5 et] nec Virgilius || 9 tideus tardius Pb || 10 surrexerit M surrexerant Pb || 11 poetarum Pb || 13 Acheloum L | Inachum L || 14 APTVMQVE L | & secretum L || 15 nam corr. ex non M non P habeo P ideo L || 16 disserantur superscr. man. 2 baM | ad hec Pb || 17 nominat antiqui Pb || 18 schol. om. L | insiliunt Pa || 19 dextra P | et per fulmina L || 20 produxit appollo Pb || 21 intempestiumque P || 22 tempestuosum Lc tempestium LMP | hiemalem om. Pb | & contra LP | clementia P || 24 descendit LPb d. M || 25 est om. LP | deiphile LMP || 26 nec .. nec Pb

quam uerum dicere, fidem suam uoluit ipsis testibus approbare. HONOS pulchritudo. ut Virgilius <Aen. I 591>: 'et laetos oculis adflarat honores'.

161 SVPER pro inter.

162 HAS TVMIDI SOLIO imperio superbi. et artificiose, 5 ne uideatur hos procerum inopia generos elegisse, ait se multos repudiasse et honore praestantes.

163 LONGVM ENVMERARE PHERAEOS OEBALIOSQVE accipiamus Laconicos. Oebalus enim rex Laconum fuit. ACHAEA PER OPPIDA MATRES Atalanten significat, Parthe- 10 nopaei matrem.

165 TVVS DESPEXERAT OENEVS Oeneus, Tydei pater, cuius Deianira filia a multis in coniugium exoptata prociis. pro qua Hercules et Achelous, Aetoliae amnis, certasse dicuntur. Deianiram ergo, Oenei et Althaeae filiam, uno 15 tempore in coniugium petebant Hercules et Achelous acceptaque lege ab Oeneo, ut qui uirtute superasset, Deianiram duceret, congressi in certamine. cum superaretur Achelous ab Hercule, in diuersas mutatus est figuras. Oeneus Tydei pater. ideo ait tuus. 20

166 PISAEISQVE Oenomaus, Martis filius, propter Hippodamiam filiam procos suos uictos curuli certamine morte afficiebat ad reliquorum terrorem. ideo hunc metuendum dixit.

170 STIRPEMQUE ANIMOSQVE VENITIS figura Graeca usus 25

1 uoluit fidem suam Pb | 3 et om. LMPa | affluit L a. MPa || 4 scholion om. Pb || 6 uidentur (pro uideretur ut saepissime) Pb | procerum LPb | generos om. Pb || 8 PHERAEOS MATRES om. MP, accipiamus ... fuit secuntur post matrem MP | accipiamus ergo P || 9 laconios Pb | Laconum rex P || 10 Athalantem LPa atlantem Pb athalantē M || 12 TVVS ... OENEVS] spem generis MP || 14 amnis] fluuius Pb || 15 Althaeae scripsi aethelie Pa etholie MPb Aethesiae L || 16 hercules et achelous petebant Pb | acceptaque corr. in acceperunt M || 17 ut om. P add. man. 2 M | superaret Pb || 19 per diuersas LP | immutatus P || 20 oeneus oeneus Pb || 21 piseusque Pb || 22 filiam om. P | uinctos M | curuli M cum curuli Pb || 23 terrores MP

est. illi enim sic dicunt: uenit doctus sapientiam.

TALES quasi fortes et nobiles.

171 VT RESPONSA IVENT ut me delectet tales generos
Apollinis meruisse responso.

5 175 SED CUNCTIS TYDEVS AVDENTIOR ACTIS talis ubi Lind. p. 53
que monstrabitur, etiam tempore, quo ei moriendum est.
sensus talis est: dum sibi inuicem detulerunt, pendebat
amborum ore loquendi principium. dubitabant ergo, quis
prior deberet incipere. quod intellectum est ex eo, quod
10 se mutuis intuebantur aspectibus.

176 O QVAM TE PARCVM IN PRAECONIA FAMAE MENS
AGITAT ordo: o quam te parcum agitatur mens matura in
praeconia famae tuae. hoc est: pudore nimio plurimum
tuis laudibus detrahis. FERENTEM feliciter praecedentem.

15 178 FORTVNAM DOMAS quae solet alios secundis rebus
extollere. ut Virgilius <Aen. X 502>: 'et seruare modum
rebus sublata secundis'. CVI CEDAT ADRASTVS quippe
quo nullus potior inuenitur.

179 QVIS TE SOLIO SICYONIS AVITAE Sicyon ciuitas est
20 Achaiae, in qua primo regnavit. unde Argos rogatus
Adrastus aduenit, ut mores barbaros naturae suae leni-
tate componeret.

183 ISTHMOS Peloponnesum significat. omne autem,
quod summouet Helladem a Sicyonia, adhuc enim

3 vt] et Pb || 4 Apollinis responso meruisse L responso
apollinis meruisse M || 6 et tempore Pb || 7 est om. Pb | pen-
debant Pb prehendebat Pa Lm || 9 prior om. M || 10 mutuis se L ||
11 o . . . ordo om. Pa | te quam Pb | FAMAE om. Pb | MENS
AGITAT om. MPb || 12 ordo est o te quam Pb || 15 FORTVNAM . . .
extollere *secuntur post inuenitur* MP || 16 ut om. L || 17 lassata
MPa | CVI . . ADRASTVS om. MP | CEDIT L || 19 adiutor Pb | Si-
cyon om. LP | est om. LP || 20 et unde L || 21 bonitate Pb ||
23 *scholion corrigere non potui. explicantur ne ea quae excidisse
Duebnerus suspicatus est? cogitavi de scribendo sic:* Pelopon-
nesum significat omnem aut quod summouet Helladem a Si-
cyonia adhuc enim illis locis Thesei ratem esse legitur |
autem MP enim L || 24 Helladen L bella dam MP

illis locis Thesei uatem legunt. unde est Peloponnesus Sicyonia. sensus ergo talis est: si tua mansuetudo illis gentibus praesideret, nunquam Mycenae fraterno scelere potuissent fugam Solis scire. INFRA intus et infra. dicit Aegaeum mare et Ionium, quae Isthmos diuidit. id est illas gentes, quae sunt intra et extra Isthmon.

185 SAEVA NEC ELEAE Elea ciuitas est Oenomai, cuius crudelitatem detestatur, quod in petitores filiae suae Hipodamiae crudelis exstiterit.

186 ET QVAE uel de quibus crudelitatibus et tu, Thebane Polynices, queri poteris.

191 NONDVM LAETA VENVS quod superius deest, hic redditur. iuuat laeta Venus. docet poeta infelices felicibus iunctos fortunam et laborem uitae contra fata posse transire. sic Cicero in Philippicarum primo (I 4, 10): 'multa etiam contingunt praeter naturam praeterque fatum.' et hoc diuersum est: nam qui putant, quod infelices felicibus iuncti immutant fortunam fataue superant, uel ipsius felicitatis factos sine fato esse participes, hoc non est. nam ut miser iungeretur felici homini, per quem ad bonum statum peruenire potuisset, id ipsum fati fuit. ut Virgilius (Aen.

1 unde MP ubi L | peloponnessū MP Peloponnesus L ||
 2 siciona Pb || 4 figuram Pb | infra i. intus M | et om. Pb | intra
 egeum mare et ionium Pc || 5 Aegeum dicit LP | quasi istmos
 diuidi M | id est om. Pb || 6 alias L || 7 Elea] Eleae M || 10 ET
 QVAE om. MP | uel . . . poteris supra leguntur post scire MP |
 uel om. L | impietatibus L || 12 hoc Pb || 13 infelicibus M || 14 et
 laborem M Pb et lare Pa superare et incommoda L || 15 autem
 impendere uidebantur Cicero || 16 ſt̄ (om. que) M || 17 est om.
 Pb | nam . . . 19 est: in textum recepi Lindembrogii lectionem.
 locum prorsus corruptum ipse sic corrigere malim: nam quod
 putant infelices felicibus iunctos et immutantes fortunam fata
 superasse uel ex ipsis felicitatis sine fato factos esse partici-
 pices, hoc non est || 17 iuncti] uincant Pb || 18 et immutantes
 MP | fata superasse MP | ut ex P uel ex M | ipsis corr. in
 ipsius M | felicitate MP || 19 factum sine M fati sed P feli-
 citate iam se fati esse Lm | participem MP | huius (ut fere
 semper pro hoc) M || 20 bonum humili statum Pb || 21 posset
 Kohlm. | fatum fuit Pb | Virg. L om. MP

VII 234): 'fata per Aeneae iuro' et <Aen. X 814 sq.>: 'Lauso Parcae fila legunt' et alibi <Aen. VI 683> totum iunxit fatum praeposito: 'fataque fortunasque uirum moresque manusque'. denique infinitos scimus fidos carosque 5 potentibus, cum essent humiles laborum, potentia omni priuatos fato prohibente, et alios nuper agnitos et nullius fructus multa bona ab eisdem meruisse. NONDVM LAETA VENVS quia felicium ista sunt uota. RESEDIT TRISTITIA bene: praesentibus gaudiis praeterita oblitus est, quo osten- 10 ditur humana uarietas.

193 NEC MINVS HAEC LAETI notandum, quod comparationem miscet allocutioni, ut supra <uu. 105 sq.> 'tu ueluti, magnum si iam tollentibus austris Ionium'.

194 PROSPECTET AMICAM suffecerat addidisse 'humum', 15 nisi iungeret et 'amicam'. ut Plautus in Menaechmis <uu. 226 sqq.>: 'uoluptas nulla est nauitis, Messenio, maior meo animo, quam quando ex alto procul terram prospiciunt. maior, non dicam dolo, quam si adueniens terram conspicias, quae fuerit tua'.

20 197 FORTVNA TRANSIRE TVA sub tutela fortunae tuae. hoc est: iunctos felicibus infelices posse aduersa superare. dicunt ergo laetari se, quod futuras aerumnas suas felicitatis eius prosperitate ualeant euitare.

202 PRIMISQVE HYMENAEIS Virgilius <Aen. I 345 sq.>: Lind. p. 54 25 'cui pater intactam dederat primisque iugarat ominibus'.

204 TVMIDA IAM VIRGINITATE matura.

205 GAVDIA MENTE PARANT id est: dum uotis deos

1 iuro om. L || 3 iuxta M | proposito Pb || 4 infinito M || 5 eet Pa | humili M Mon. | iuxta f. praepositum Klotz. || 6 pr.] promeritos M Mon. promerita priu. Klotz. | nullis rei Pa | rei fructu L || 11 leti ostendunt Pb || 12 tu om. MP || 13 si ... Ionium om. MP || 14 prospectat MP | suffecet Pb | addisse P || 15 et om. LPb || 16 est est autem P | nauitis mesenio MP | maior meo] maio me Pa corr. in maiore M maior Pb || 17 amo Pa eo modo Pb | quando L qui MPa Q Pb | procul L ad MP | terram] te nostra Pb || 18 Maior est L || 23 eualeant imitare Pb || 24 PRIMIS L || 27 id est om. MP | dum ... parant om. Pa | deos om. MPb

exagitant, uidentur parare, quod gaudeant. ordo ergo: alacres Argi gaudia mente parant.

206 LYCAEOS PARTHENIOSQVE montes Arcadiae. et in Lycaeo templum est Panos, in quo natus asseritur. unde Virgilius <Aen. VIII 344>: 'Panos de more Lycaei'. famam ⁵ ergo ait in haec loca penetrasse.

207 EPHYRAEAQVE RVRA Corinthiorum regioni con- finia extrema posuit. Corinthus namque a mari Arcadium, a terra Peloponnesum claudit.

208 EADEM DEA TVRBIDA uelox Fama. OGYGIAS ¹⁰ Thebas. non montes Ogygios, sed locum, ubi Thebae sunt constitutae.

209 PERFVNDIT rumoribus implet.

210 LABDACIVM Eteoclen. patronymicum ab auo Oedipi, huius proauo. CONSONA NOCTI conuenientia, ut nihil a ¹⁵ somniis discrepent. conueniens ergo cum somnio praecedentis noctis, qua a Laio in Tiresiae effigiem mutato Eteocles fuerat admonitus. uel ipsa fama consonat praemissae nocti, id est quae nuper exacta est, qua Laius futura uisus est commonere. consona autem: conuenientem ²⁰ famam cum promissis Lai, qui ait superius <uu. 111sq.>: 'dant animos socer augurio fatalis Adrastus dotalesque Argi'.

Lind. p. 55

213 IAM BELLA CANIT canit ubique subaudiendum est ab eo, quod dicturus est: 'quis furor est? iam bella ²⁵ canit'.

1 exagitantur Pb | gaudent Pb || 2 argi alacres M || 5 Panos om. M || 7 ephuraq3 Pb || 8 a mari om. superscr. M | Archadia P | et archadia terra peloponnesun/// claudunt M || 11 sed om. Pb | sunt thebe Pb || 13 perfudit P | impleuit M impleuit P || 14 Etheoclem LPb | ab ioue Pa ab iocis Pb || 15 huius om. Pb || 16 somno L || 17 q corr. man. 2 in quia M || 18 ammonitus M attonitus Pb | consona L || 19 idem Pb || 20 commouere Pa | consona MPb | inter LPa aut MPb || 21 praemissis LPb | Laii LPb || 22 animo P || 25 est om. LPa | ab eo MPb de eo L ab Pa | est dicturus Pb | est om. Pa om. superscr. M | est om. Pa om. superscr. M | scholion corruptum puto. exciditne post subaudiendum est 'et separandum est'?

215 CERNERE AVORVM imagines auorum comminus cer-
nere. est operae pretium descriptio eorum, quorum statuae
in Adrasti domo fuerant constitutae. ut Virgilius <Aen.
VII 177 sq.>: 'quin etiam ueterum effigies ex ordine
5 auorum antiqua e cedro L. p. S. u.'

216 CERTANTIA VULTIBVS AERA Virgilius <Aen. VI 848>:
'et uiuos ducent de marmore uultus'.

217 TANTVM AVSAE PERFERRE MANVS ut imitentur
uitam. quasi contra naturam fecissent, quod addidissent
10 aeri spiritum.

219 PLACIDVSQVE PHORONEVS quod primus Iunoni
sacrificasset. IASIVSQVE SENEX etiam iste rex Argi-
uorum fuit.

220 ET BELLATOR ABAS Abantis filius Proetus, cuius
15 filiae Proetides furore immisso a Venere boues sibi sunt
creditae. quas Melampus expiauit. [INDIGNATVSQVE
TONANTEM Acrisius rex Argiuorum fuit, qui filiam habuit
nomine Danaen. quam, posteaquam est a Ioue uitiata,
pater intra arcam inclusam in mare praecipitauit. quae
20 delata ad Italiam inuenta est a piscatore cum Perseo,
quem illic enixa fuerat, et oblata est regi, qui eam sibi
fecit uxorem, cum qua etiam Ardeam condidit.]

221 COROEBVS hic est, qui ne Argi pestilentia labo-
rarent, Apollini se perimendum obtulit et ueniam meruit.

1 imagines auorum om. Pa post Cominus praebet L | cer-
nere om. Pb || 2 pretium om. Pa || 3 domo Adrasti L || 4 uento-
rum Pb | ex om. Pb || 5 Antiquae L antiquae MPa antiqua Pb
cedri d. L cedra Pa credo Pb | i. p. s. om. Pb | u. om. LP ||
7 et non legitur in Vergilio | ducunt LM Pa || 8 PROFERRE LPb
immutarentur Pa || 10 spatium Pb || 11 placidus Pb placidet Pa
iam suis Pa a suis Pb | -QVE SENEX om. MP | iste] hic L | Argi-
uorum om. Pb || 14 abbas abbatis Pb | preti Pb || 15 ptides filiae
MPa preti filie Pb | furore . . . Venere] furis fauentibus M |
16 credite s̄ M | quam Pa | menalippus Pb | INDIGNATVSQVE . . .
condidit secuntur post schol. 222 in LP om. M || 17 habuit filiam
P || 18 danam Pa damne Pb | que postquam P || 19 patrem Pb
pater eam Pa || 21 qui om. Pa || 23 COROEBVS om. Pb || 24 se
corr. in sese M | ottulit Pb

FERENS CAPVT uel suum altius ferens, uel illius, quod occiderat, monstri.

222 TORVAQVE IAM DANAI F. M. I. Danaus, Beli filius, ex pluribus coniugibus quinquaginta filias habuit, totidemque Aegyptus, frater eius, filios, qui Danaum fratrem 5 filias suis filiis in matrimonium postulauit. Danaus responso comperit, quod generi sui manibus interiret. Argos profectus est et primum dicitur nauem fecisse, a cuius nomine Argo dicta est nauis. Aegyptus misit filios suos ad persequendum fratrem hisque praecepit, ut aut Danaum interficerent aut ad se non redirent, ut Agenor filio imperauerat. qui postquam uenerunt Argos, coeperunt patrum oppugnare. Danaus postquam uidit se resistere non posse, filias suas fratris sui filiis spondit uxores. quae patris iussu uiros uniuersae suos interfecerunt. 15 sola Hypermestra Lynceo pepercit.

225 QVIS PROPIOR DE REGE GRADVS quisquis regem affinitate contingit, id est proceres et illi, qui regibus genere iungebantur, et stabant primi, ut singulorum ordo poscebat et generis gradus. STANT ORDINE PRIMI alto 20 ordine stant primi. hos autem dicit, quos Tullius <de imp. Cn. Pompei 24> sic nominauit: 'qui uiuunt in regnis' hoc est qui regibus obsecuntur. stant primi: illi etiam proximi regi stabant, qui ornabantur generis dignitate.

227 CASTA MATREM C. C. A. multitudine religiosa, id est pars matrum uirginibus nupturis admixta.

1 quo Pb qui Pa || 3 F. M. I. om. LP | belli Pa || 5 egistus MP || 6 filiis suis Pb || 7 generis Pa || 8 primus Myth. || 9 argos Pb | nauis om. Pb | egistus MP | mittit P || 10 isq; Pb | ut om. M | danium Pa || 11 aut ut M || 12 et 13 posteaquam L | se uidit non posse resistere M || 14 filiis om. Pa om. superscr. M || 16 Hypermestra L ipermestra M hypermestra Pb hipermedestra Pa | lioce Pa || 17 proprio Pb propio Pa PROPRIOR L || 18 proceris superscr. e M || 19 iungebantur genere Pb || 20 poscebat om. Pb | STANT . . . obsecuntur om. Pa || 23 id est L | obsecundantur L | stant corr. in stabant M || 25 castam P | MATRES L | C. C. A. om. LP | multitudinem religiosam Pb | id est] uel Pa

229 FOEDERA CONCILIANT id est sponso commendant
et docent eas foedera nuptiarum.

230 VERENDO uirginali.

Lind. p. 56

232 DELECTAEQVE GENAS id est terram intuentes prae
5 pudore.

233 PRIMAEQVE MODESTIA CVLPÆ culpam putant amis-
sionem uirginitatis.

235 TENEROS PARENTES timidos, quia delectauerunt
Adrastum filiarum lacrimae. erat enim pudoris insigne
10 etiam uota trepidare.

237 ET ASPERIOR PHOEBI SOROR fratre asperior, quia
ille citharae, illa uenatibus operam dedit.

239 ILLA SVAS CYNTHO COMITES AGAT H. A. Cynthus
Deli mons est Dianae sacer, unde Diana Cynthia dicta
15 est. Aracynthus Atticae regionis mons Mineruae sacer.

240 TVNC SI FAS id est si liceat, quoniam mortalibus
concessum non est uidere caelicolas.

244 FATIGANT diu inuocant. unde Horatius <carm. I
2, 26 sqq.>: 'prece qua fatigent uirgines sanctae minus
20 audientem carmina Vestam?'

245 FACVLTAS unusquisque pro uiribus suis uota
faciebant.

247 NEC MINVS AVDITI sensus: nec minus auditi sunt
illi, qui ture deos placabant, illis, qui hostias immolabant.
25 uictimarum enim loco sola etiam bona conscientia diis
litatur. sicut Persius <II 73 sq.>: 'compositum ius fasque
animi sanctosque recessus mentis et incoctum generoso
pectus honesto'.

1 sponsas L corr. in sponso M || 2 eos Pb || 4 id est] In L ||
8 delectauerint M || 9 enim MP etiam L || 10 in uota L || 13 suos
MPa | CYNTHO om. P | COMITES AGAT om. Pb | H. A. om. LP ||
14 mons est deli Pb | archandę diane M | Cynthia Diana L ||
15 actice Pb | 16 id est si om. Pb | inliceat Pb || 17 concessum
non est] non licet Pb || 18 diu diu Pb | ut MPb || 19 preceque L ||
22 faciebat LP || 24 placant LP | quam illi Pb | immolarent L
immolarat Pa immolant Pb || 25 et bona Pb || 26 letatur
Pa || 27 generosum L

249 LACHESIS unam pro omnibus posuit.

252 PALLADA MVNICHIIS quae Pallas non minus diligit Larisam quam Munichiam. Larisa autem oppidum est
Lind. p. 57 Adrasti, in quo nunc | nuptiae fiunt, non illa Thessaliae, unde Achilles dicitur esse natus. 5

255 LIBARE uel consecrare uel aliquid templis appendere. Virgilius <Aen. VII 391>: 'sacrum tibi pascere crinem' id est nutrire. PRIMOSQVE SOLEBANT EXCVSARE TOROS id est in templo Mineruae solebant uirgines nupturae placare deam, quae sit fauatrix uirginitatis, et excusare, quod necessitate et lege naturali nubere cogebantur.

258 ARCADOS EVHIPPI SPOLIUM Euhippus, rex Argiuorum, mirae felicitatis fuit. cuius clipeum, qui apud Argos nobiliter rem gessisset, accipiebat, ut illo per urbem incedens honestaretur. unde prouerbiu[m] apud illos tale 15 est, cum alicuius ignauiam irriderent, ut Callimachus ait, ὡς τὴν ἀσπίδ' ἄεθλον ἐλών. hoc nunc spoliu[m] dicit faces nuptiales exstinxisse, cum caderet uera omnis ratione, quia nuptias bella diremerunt.

260 EQVE ADYTIS SIMVL E. R. Virgilius <Aen. III 92>: 20 'et mugire adytis cortina reclusis'.

263 MOX AVDISSE NEGANT ut homines suspicionem sedarent, more uulgi potentibus blandientes audisse se negant, quae constabat gaudiis obfutura.

2 monichiis LM monichii P | palla P | minus non P || 3 Larissam LMPb | Monichiam LP monichian M | Larissa LM | est om. L || 4 thesalię M || 5 ubi Pb | dicit Pb | esse om. LP || 6 consecrare Pb || 8 EXCVSARE om. M || 9 id est] uel LPa || 10 placere Pb | ad eam Pa || 13 quia MP || 14 grecos Pa | ut] uel Pa | p̄ Pa | urbes M || 15 tale est om. L || 16 arriderent P || 17 de Callimachi uerbis uide Philol. XXXIII p. 181 sqq. | ΩCteNACNIDAATONEΛΘN M ΩCteNACNIOΔATONEΔON Mon. ΩCTHNΔCTIOΔACΘONHTH Bamb. ΩCteNACTIOAIATON eΛΘN L ΩCteNACNIOΔATONEΛΘN Pa ΩCteNΔCTIOΔΔTON eΛΘN Pe linea uacat Pb || 17 nunc LM non P || 18 careret L | una Pa | omni Pb | ratione om. Pa || 19 dirimerent L dirimerunt P dirimef MPe || 20 similiter Pb | E. R. om. LP || 21 fortuna Pb || 22 NEGANT . . . audisse om. Pb || 23 mortem Pa | uidisse Pa || 24 constabant LMPa | obfutura gaudiis M | defutura Pb

266 ORNATVS ARGIA GERIS dicit non esse mirandum, quod aduersum omen acciderit, siquidem Argia, uxor Polynicis, funestum monile acceperit, quod Thebis ueniens ad Argos extulerat. et repetit originem huius muneris, quod a Vulcano Veneri fabricatum fuisse dicatur et deinde Harmoniae fuerit, postremo reginarum omnium, quae Thebis uixerunt, quas istius monilis omine dicit infelicitate deperisse.

272 HARMONIAE DOTALE DECVS ut illa puniretur, quae ex adulterio Martis et Veneris nata esset. huiusmodi enim uenenis infecerat illud monile Vulcanus, ut necesse esset hoc monile gestanti aerumnarum mole opprimi. hoc enim usa est Harmonia, Agaue, Semele, Iocasta, Argia, ultimo Eriphyla. nam ad Polynicen hoc hereditario iure peruenerat. quaecumque ergo hoc ornato usae sunt, graui exitu et aerumnis affectae sunt. SVB LVCE IVGALI id est sub die nuptiarum, quo Cadmo nupserat.

273 DOCTI QVAMQVAM M. L. C. quamquam maiora docti sunt facere, tamen hoc laboriose fecerunt.

274 NOTIQVE OPERVM TELCHINES hi tres fratres dicuntur fuisse inuidia liuidi. qui cum uicinorum agros uiderent prouentu fertiles, natura felices, hos sparsisse dicuntur aquis Stygiis, ut redderent infecundos. qua culpa poenam metuentes solum uerterunt seque ad Cyclopes contulerunt. est ergo sensus: in hoc plurimus est Vulcano Lind. p. 58

1 admirandum L || 2 accideret LMPa || 3 acceperat Pb || 4 repetat Pb | muneris uel monilis P || 5 dicitur L fertur Pb || 6 Harmonies L (h)ermione MP | fuit L om. P | qd M latetne quot? || 7 uiserunt Pb || 9 Harmonies L (h)ermione MP || 11 Vulcanus . . . monile om. Pb || 13 Harmonie L ermione P ermiona M | iocasta semele libri || 14 heriphila MPa herphila Pb Eriphile L | polinicē Pa | hoc post iure praebet M || 15 usa est siue use sūt Pb || 16 sunt affectae L || 18 QVAMQVAM om. LPb | m. l. o. M om. LP | uis maiora Pb || 19 sint M | tamen om. M | haec M || 20 OPERVM om. L | telcines Pa teclines Pb | hi om. Pb || 22 fertiles prouentu Pb || 24 ad Cyclopas L ad cyclopes ultro M | contulerunt . . Cyclopes om. Pa || 25 et est L | sensus om. Pb

sudor, quamuis et Cyclopes in hoc laborauerunt ipsique Telchines. Telchinas ergo inuidos ad hoc monile faciendum concordasse dixit, ut fieret.

275 PLVRIMVS IPSI SVBOR Vulcano scilicet, ut, qui facienda aliqua imperare consueuerat, personam sumeret fabricantis. unde Virgilius <Aen. XII 90 sq.>: 'ensem, quem Dauno ignipotens deus ipse parenti fecerat' id est per se, non per ministros.

276 IGNE SMARAGDOS uirides lapides. quemadmodum glaucum pro 'uiride', sic ignem pro splendore posuit.

277 PERCVSSVM ADAMANTA id est characteribus nocentissimis sculptum.

278 GORGONEOSQVE ORBES ita execrandum monile describit, ut huic pulchritudinem conferat atque terrorem. nam Gorgoneos orbis ponit instar oculorum, ut ad monstri speciem stupefaceret intuentes magnitudo et pulchritudo gemmarum.

279 FVLMINIS EXTREMI CINERES hoc est: qui perfecto fulmine superfuissent, quasi hoc perniciosiores essent. constat enim hoc monile post fulmina fabricatum de fragmentis. VIRIDVMQVE DRACONVM uel iuuenum uel uenenosorum.

280 HIC FLEBILE GERME HESPERIDVM in Aethiopia speciosissimum pomarium Atlantis fuit, in quo nascebantur mala aurea, quae Hesperides custodiebant Aegle, Erethusa, Hesperethusa et draco peruigil. — acceperat autem responsum, ut ea quandoque ex Ioue genitus raperet. — nihilo-

1 et om. M || 2 Telchinas] Thelchines L | faciendum monile Pb || 3 dicit LPb || 4 qui] quod Pb | faciendo P || 5 impenetrare Pb || 6 ensemq; (om. quem) Pb || 7 ipsi MPb || 9 smaragdus Pb || 10 uiridi L uidere Pa uide Pb || 11 adamantē P || 14 describitur M | pulchritudinem MPa pulchritudine Pb || 15 posuit L || 18 qui] quasi Pb | pfecto M || 19 superfuisset Pa | perniciosiores Pa || 20 de om. Pb || 21 uel] id est LPa || 23 FLEBILE om. Pb | gramē Pb || 24 pomerium M pomorium Pb | Atlanti L | fuit athlantis M || 25 custodiebant om. Pb | Aretusa L || 26 Hesperie L esperetusa Pb uide Seru. Aen. IV 484 | autem om. MP || 27 quoniam ea (om. quandoque) Pb

minus tamen fides responsi explicata est, missusque est ab Eurystheo rege Hercules, Iouis filius, qui ea mala abstulit occiso dracone peruigili. diximus poetam omnia contulisse, quae gratiam facerent et timorem. ideo etiam aurum uult infame fuisse, quo monile compositum est, ut iure confirmetur malum fuisse.

281 ET DIRVM PHRIXEI VELLERIS AVRVM Phrixus et Helle insania a Libero abiecti cum in silua errarent, Nebula, mater eorum, dicitur uenisse et arietem uellere aureo insignitum exhibuisse, in quo praedictos filios suos iussit ascendere et in Colchos ad regem Aetam transire ibique arietem immolare. qui cum ex praecepto matris ascendissent, illos aries in pelagus detulit. Helle lapsa nomen ponto dedit. Phrixus matris praecepto parens arietem immolauit pellemque auream Martis templo dicauit. (quam Iason, Aesonis filius, cum Argonautis dicitur petisse). hunc Aeta rex libens recepit filiamque ei dedit uxorem. et cum ex ea filios suscepisset, ueritus est Aeta, ne se a regno deiceret — quod ei responsum ex prodigiis fuerat — aduena, Aeoli progenies. et cum mortem caueret, Phrixum interfecit. at filii eius ratem ascenderunt, ut ad auum Athamantem transirent. hos naufragos Aeson excepit.

283 ET QVAE PESSIMA CESTON etiam illam uim monili permiscuit, quae nis ceston probat id est quae, cuius sit

1 tamen *om.* Pb || 2 aristeo Pa || 3 peruigili Dracone L | peruigiliis Pb || 5 infame fuisse uult M || 6 confirmet LPb *corr.* in confirmet^r M || 7 ET DIRVM *om.* L | AVRVM *om.* L | Frixus. Fabula frixi et helles M || 8 Helles L elles Pa | abiecti LmM *Mon. Myth.* obiecta LP | neobula MPa || 9 inuenisse Pb || 10 in quem *Myth.* || 11 oetam LMP || 12 immolare *om.* Pb | cui Pa | ex *om.* Pb || 13 aries *om.* LPa | in pelago Pa | Helles L elles MP || 16 hesonis MPa | petiisse L pāsse M || 17 hunc] Phrixum autem *Kohlm.* | oeta LMP || 18 at uel sed? | cum *om.* Pa | liberos LP *Myth.* | est *om.* *Myth.* | oeta LMP || 19 a *om.* L | a rege Pb | deiceret L || 20 ut ab aduena L ab aduena progenie *Myth.* | eoli M coli P | progenie LMP *corr.* Pc | et cum *om.* LP *Myth., add. man.* 2 M || 21 ath(a)lantē MPa || 22 quos L | heson MPa exon Pb || 23 etiam . . . ceston *om.* Pb | vim illam L || 24 vix L | quae^r *om.* LP

potestatis, ostendit. ceston enim cingulum dicitur Veneris, quo utitur ad honestas nuptias. et quoniam uirgo Cadmo nupserat Harmonia, ideo hoc iunxit. nam ad turpes nuptias Venus dicitur non uenire. ideo incestum dicitur, quod sacrato illo Veneris cingulo non fuerit uinctum. 5

285 ATQVE HILARI id est lucido, ut possit exinde aliquid fingi laetitiae, ut esset facile delectabile et gratum, latenter autem nociuum et pestiferum.

ind. p. 59

286 NON HOC PASITHEA id est una Gratiarum. sunt autem tres: Pasithea, Aglaie, Euphrosyne, Iouis et Auto-¹⁰noes filiae, Veneris famulae.

289 PRIMA FIDES OPERI periculum. huius monilis fidem fecit Harmonia, quae prima experta est. nam in anguem uersa est cum marito ob hanc causam, quod Agenoris et Europae filius draconem Martis, qui fontem custodiebat, occidit. ideo uult hoc contigisse, quia nuptialibus¹⁵ donis hoc monile possederat.

292 IMPROBA MOX SEMELE uult etiam Semelen huius infelicitate monilis extinctam et magis ornatus inuidia a Iunone quam paelicatus inductam, ut a Ioue improbe²⁰ posceret, quod nefas esset corpus sustinere mortale. optime autem Semelen improbam dixit, quod uoti fuit immodica, ut Iouem uellet uidere cum fulmine.

294 TEQVE ETIAM INFELIX P. I. D. P. N. bene infelix,

1 dicitur] est Pb || 2 quando L Pa || 3 Harmonie L ermionēa M ermiona Pa hermonie Pb | hec Pb || 4 nuptas Pb || 5 iunctum M || 7 facie?] facile et L Pa | delectabile om. Pb | delectabile debile Pa || 8 letanter Pa letenter corr. in latenter M | nociuum L corr. in nociuum M || 9 id om. L | una nomina gratiarum P | Gratiarum. nomina autē Graiarum (sic) sunt tria L || 10 egiale Pb egale Pa agiale M | euprosina M euprosine P | Authonores Pb auto-¹⁰nois LmMPa Harmiones L || 12 periculi Pb || 13 facit Pb | Harmonie L ermione MPa hermione Pb | proxime L | nam om. Pb | in angues L Pa || 14 quod om. Pb || 15 eutrope Pa ariope M Agriopes L Arionae Lm | Martis om. Pb | fontem] antrum Martis LmPb || 16 occidit om. Pb || 17 hoc om. Pb | possiderat MPb || 19 infelicitate huius L || 20 pellicatus L pelicatus MPa | policatus Pb | indutam Pa || 22 semelē Pa om. Pb || 24 p. i. c. d. n. p. M om. LP

quae non imposuit per malorum experimenta finem cupiditati. nam hoc monile Iocastam etiam post Agauen certum est habuisse.

298 SACRO AVRO exsecrabili. ut Virgilius <Aen. III 57>:
5 'auri sacra fames'.

299 VIDERAT HOC CONIVNX Eriphylen dicit, Amphiarai uatis uxorem. ET ARAS ANTE OMNES quia apud antiquos ante aras numinum celebrabant iura nuptiarum. et est ordo: ante aras et epulas nuptiarum.

10 302 NIHIL AVGVRIIS ADIVTA PROPINQVIS propinquis siue quia auguris uxor est, uel his prodigiis, quae paulo ante clipei casu contigerant. — nihil proderat, inquit, quod augurem habebat maritum; nam infausta cupit. secundum illud Virgilio <Aen. IX 328>: 'sed non augurio potuit
15 depellere pestem'.

303 QVANTAS CVPIT IMPIA CLADES mariti mortem, furorem filii, interitum suum.

305 INSONTES NATI MERVERE FVRORES Alcmaeonem dicit, qui post mortem matris conuersus est in furorem
20 patre mandante. ut Iuuenalis <VI 173>: 'nil pueri faciunt, ipsam configite matrem'. item Lucanus <II 108>: 'crimine quo parui caedem potuere mereri'.

307 ISMENIVS HEROS Polynices, qui a Thebano fluuio Lind. p. 60 nomen accepit, quem poeta fluuium frequenter appellat.

25 308 IAMQVE ET SVA REGNA eleganter sua, quia et apud Argos ex coniunctione regia imperabat.

1 inposuit M | pro malorum experimento Pb || 2 iocasta Pa | etiam om. LP | agaue LmM || 4 sacro myro M | ut om. L || 6 VIDERAT om. Pb | hoc om. P | coniux MP | ta eriphilem Pb eriphile Pa || 7 uatis om. Pb || 8 et est ... nuptiarum om. Pb | 10 propinquum Pb || 12 clipei] dixi LmPb | contigerant Pa contingerant M contingerat Pb || 13 infesta corr. in infausta M | capit Pb || 14 uirgilius Pb | sed non] si ne Pa | auguriis LMPa | poterit Pb || 17 filii Pb || 18 insontis Pb insonantes M | sorores Pb | alchmetonē Pa || 19 matris t ē cūcubitu cūuersus M | matris quam interfecit mandante patre conuersus Le || 20 patrē M | i. i. (= lib. II?) nichil Pa et nil M || 22 caedes LPa || 23 Hismenius L hist(h)menius P histmenios M | a fluuio Thebano L || 25 IAM IAM SVA QVAERERE REGNA L | qui MPb

311 DESCISSE DEOS quasi dii non innocentes, sed potentes et feliciores sequantur, sic a se ad fratrem esse traductos. descisse ergo quasi ab amicitiiis, ut ciuitas, quae ad hostes decurrit, desciscere dicitur. ut Lucanus <II 727 sq.>: 'lassata triumphis desciiuit Fortuna tuis'. 5

312 NVDVM LATVS ab amicis desertum. regum enim semper latera stipatorum satellitumque corona claudebat.

313 NAMQVE VNA SOROR Antigonem dicit, quae fratrem sepeliuit. nam et Ismenem aliam sororem habuit Polynices. PRODVCERE prosequi. ut Terentius <Heaut. tim. 10 144 F.>: 'comes produxi'.

315 ET MAGNA LACRIMAS INCLVSERAT IRA id est dolore nimio siue iracundia lacrimarum clauserat cursum. ut Virgilius: 'inclusitque dolor lacrimas'.

316 TVNC QVOS EXCEDENS HILARES cogitat, discessu suo 15 qui gauisi sint, qui doluerint. omnia, inquit, haec in animo reuoluebat, et fratris cultum et quos sibi profugo gemuisse prospexerat. ergo si aliquibus potuit exilium displicere, reuertentem tanto magis poterunt adiuuare.

321 SPES VBI LONGA VENIT qua nulla grauior mortali- 20 bus cura est. Sallustius <Iug. 64, 6>: 'animo cupienti nihil satis festinatur'. Cicero <Catil. IV 8>: 'eripis etiam spem, quae sola homines in miseriis consolatur'. hanc enim curarum omnium constat esse postremam. graue enim tormentum est spes, quae longa exspectatione dif- 25 fertur. Terentius <Adelph. 219 F.>: 'spem pretio non emo'. NVBEM cogitationum multitudinem, quae animum sollicitudinis mole confundit.

1 quasi deos Pb || 2 sic om. Pb | ad fratrem a se Pb || 3 amicis Pa || 4 desciscere Lc descire LMP || 5 lassataq; MP lassa L || 7 latus Pb || 8 quam frater L | Hismelen L histmelen Pb hismelē Pa istmenen M || 10 Virg. L || 11 comes] omnis Terentius | produxit LPa produxerat Pb || 14 est uersus Statii Theb. XII 318 || 15 (h)ilaris MP || 16 sunt LPa | et qui Pb | doluerunt LMPa | hoc in animo inquit reuoluerat Pb || 19 poterī M || 20 vbi] uobis Pa | quia M || 22 festinare MP eripit . . hominem . . consolari solet Cicero || 28 solitudinis Pb | confundunt L

322 DIRCEN fontem Thebanum, per quem Boeotiam debemus accipere. Cadmi autem domos Thebas dicit.

326 RECEPTO SANGVINE id est recepta uirtute. Lucretius <II 338 sq.>: 'dum sanguis inerat, dum uis materna, peregi iussa, Cato'.

328 ET CAPTA ARMENTA REPOSCIT ab inimico uictore.

332 MENTE ACVIT exercuit uel in maiorem rabiem concitauit. *Lind. p. 61*
FIDA proprium uxoris epitheton.

333 SENSERAT Argia dispositionem mariti senserat, prima exorta aurora complexa uirum. pallorem dixit colorem croceum. primo enim aurora cum Luciferi candore pallescit, deinde fulgore rosei solis afflatur.

335 NIL TRANSIT AMANTES Virgilius <Aen. IV 296>: 'quis fallere possit amantem?'

337 NVNQVAM IN PACE SOPOR id est dormiens semper inquietaris curis. aut hoc dicit: quod noctu, cum solent homines in quiete esse, tu peruigilas, non admittis soporem. pacem enim hic proprie nocturnam quietem asseruit.

338 LATRANTIA PECTORA CVRAS ex magnis curis tumultuantia.

339 ADMOTA DEPREHENDO MANV lacrimas tantum an pectoris motus et pulsus? NIL FOEDERE RVPTO oratorie. cur enim metuit, si se dicit posse contemnere? Virgilius <Aen. X 42>: 'nil super imperio moueor'.

340 CONVBIISVE SVPER figura synaeresis oratorie facta.

1 dircem Pb || 2 aut P | dicit M dicimus L debemus accipere P || 3 id est om. Pb || 4 sanguinis Pb | uix L || 5 iussa Cato om. L || 6 et om. MP | capta mente P || 7 mentē Pa | uel in om. Pb || 9 dispositiones L disputatiōe Pa || 10 primo ortu aurorae L || 11 prima *Kohlm.* | candor *Kohlm.* | candore pallore pallescit P || 12 roseo? || 13 nihil MP || 14 qui Pb | posset L || 16 quia Pb || 17 homines om. *superscr.* ante solent M | per uigilias MPa | nec L || 18 pace Pb || 20 LATRANTIA om. L del. *inscr.* lactantia M | CVRAS om. MP || 22 aut Pb || 23 nihil MPb || 24 si om. Pa || 25 nichil Pa || 26 CONVBIISVE LPb | synaeresis Pa sineresis Pb | fata Pa

quod euenire timebat, hortabatur. ut Virgilius <Aen. IV 381>: 'i, sequere Italiam' et <Aen. IV 431>: 'non iam coniugium antiquum, quod prodidit, oro'. [VIDVAQVE IUVVENTA id est non propter me dico hoc, licet sim iuuenilis aetatis et licet mea aetas tam cito deseratur a te, tantum propter tuam salutem, ne in aliquo damnetur, timeo.] 5

341 ETSI CRVDVS AMOR recens, immaturus necdum temporis longinquitate firmatus. ergo talis ordo est: etsi necdum intepuere tori. sensus: etsi necdum post nuptias calefactus est torus mariti nec temporis prolixioris accessibus deferuescit. adeo pauci dies sunt, ex quo sunt nuptiae celebratae. 10

343 ANGIT AMATE SALVS sic agit, ut uincat, quia propter suum commodum nil suadet, sed asserit se agere causa mariti, et hoc totum, quod ad cautelam mariti proficit, sibi putat acquiri. INERMIS aut facultatibus, quae desunt, inermis aut non tu inermis, sed armatorum multitudine destitutus. 15

345 SI NEGET ergo si negauerit, subsequens est, ut fratris insidiis pereas. ATQVE ILLVM SOLLERS sensus talis est: atque illum fama tumidum narrat, quae solet ducum indicare mores. ordo autem est: atque illum tumidum narrat fama, quae sollers est reges deprehendere. 20

1 quae L | ut om. Pb || 2 i om. MPa id est Pb || 3 antiqū vel quod Pa | VIDVAQVE . . . timeo om. M post schol. 341 pos. LP || 5 mea aetas Pb mea Pa uidua L | deserar L | tamen P || 6 damneris L || 8 est ordo LP | etsi . . . sensus om. L || 9 intepuere om. Pb | post MPb primo Pa primis L || 10 nuptiis L || 11 feruescit LPb | nuptie sunt Pb || 13 AMATA LPb | ait LPb superscr. ng M | qua Pb || 14 in cōmodum nequaq̄ Pb | a se Pb | angere L corr. ea agere M angi ex Barth. || 17 aut Inermis L inermis autem Pa aut Pb | non om. Pb | armorum superscr. at M || 19 si ergo Pb | est om. Pb || 20 parcas Pb | SOLLERS om. MP | sensi Pa || 21 talis est om. LP | tumidum fama nominauerat Pb || 22 autem om. M aut autem Pb | est om. LP | atque om. Pb || 23 fama narrat illum tumidum Pb | solet (om. est) Pb | regē M | dephēdere M

fama enim ista studia semper illustrat, et quae semper maiore dissimulatione celebrantur.

347 NECDVM CONSVMPSERAT ANNVM qui necdum consumpto anno inimicus tibi atque infestus fuit, quid censes eum nunc moliturum, quippe cum eum deponendi imperii cura sollicitet?

348 EXTA MINANTIA DIVOS quae deos minantur iratos.

350 NVNQVAM MIHI FALSA Iuno enim, quae Argis praesidet, nec potest fallere, quos deprehendit, et Homerus dicit somnium de experimento esse, ut maritus terreatur.

351 NI CONSCIVS ARDOR DVCIT uel alterius coniugis uel amicae. inuidiose quasi mulier. credidit enim Polynicen aliam Thebis coniugem reliquisse. nihil enim putat nisi amorem uxori praeferrere posse. Lind. p. 62

353 RISIT ECHIONIVS IUVENIS risit Polynices, quod obiecit illi amorem alterius coniugis more et leuitate muliebri, quoniam semper familiare uxoribus est suspicari maritos suos aliarum mulierum illecebris detineri. docet autem poeta obiectis falsis criminibus ridendum potius quam dolendum.

355 TEMPESTIVA quasi opportuna et tempori conuenientia. LACRIMASQVE REPRESSIT incertum est cuius, suas an coniugis: si suas, ne fleret, si uxoris, ut iam non fleret.

1 ista om. L | ita enim Pb | semper studia L | et om. L | semperque LMPb || 2 maiori Pb | celebratur Pa celantur? || 3 ANNVM om. P | qui om. Pb || 4 infensus est Pb || 5 nunc eum Pb | deponendi eum L | imperii om. Pb || 6 sollicitat MPa sollicitate Pb || 7 diuos Pb || 8 NVNQVAM ... FALSA om. MP | qui Pb | IUNO VENIT quia Vollmer. || 9 dephendi M defendit Vollm. | Homerus om. L || 10 somnium LP | esse om. P | unde Pb | cogitavi de scribendo sic: et hoc uerum dicit somnium se expertam esse || 11 NON M | ducis P | uel amice uel alteri(n)s coniugis Pb || 13 thebis aliam Pb || 15 IUVENIS om. L || 16 illi ei Pb || 17 mulieribus Pb || 21 oportuna quasi (om. et) LP | tempore corr. ex tempora M || 22 est om. P | cuius om. Pb || 23 coniugis an suas L | nec Pb ut iã del. superscr. et iã M ut eum L nec iam Pb || 24 non] ne M

356 MERENTVM CONSILIIIS eorum consiliis, qui merentur imperia gubernare, dabitur mihi regnum. desiste, inquit, de maerore meo esse sollicita. bene sic coepit, quia uxor hoc se solum timere dixerat, quod pro ipso faceret.

357 TE FORTIOR ANNIS ordo est: te non decet cura, 5
quae tuis annis est fortior.

358 SCIAT HAEC SATVRNVS quod futurum sit, Iuppiter nouerit.

359 OCVLOSQVE POLO DIMITTERE sensus: haec ad Iustitiam cura pertineat, si tamen respicit terras. id est: futura 10
nostra sciunt fata et Iustitia, si reuera respicit terras aut homines curat.

361 FORS ADERIT LVX ILLA TIBI bonus ordo, ut metum coniugis in fine felicitatis promissionibus solaretur.

366 AFFATVR TRISTIS ADRASTVM ordo: Tydea et Adrastum affatur tristis. cetera *διὰ μέσων* inserta sunt.

367 FIT MORA CONSILIO id est diu habito tractatu cunctati sunt, ut multum cogitantibus placeret una sententia, id est utrum bello an legatis regnum peteret Polynices. 20

368 NAM POTIOR CVNCTIS id est omnibus melior sententia placuit, Eteoclis fidem legatione temptare.

370 EA MVNERA legationis officium.

373 TVTIQVE REGRESSVS LEGATO quod legatum nefas esset interfici. sacrosancta enim sunt legationis officia, 21
ut inquit Cicero, ut etiam inter hostium tela incolumis uersaretur.

2 inquit desiste Pb || 3 meo] modo LPb || 5 est om. LMPa |
te om. M || 7 hoc P || 8 nouerat Pb || 9 demittere Pb | sensus om. M |
hoc ad iniustitiam Pa || 11 fata sciunt M || 12 hominum Pa | cura.
Pb curas Pa corr. in curat M || 13 illa lux M || 14 finem prosperi-
tatis Pb || 15 ADRASTVM . . . tristis om. Pb || 16 dia meson MP
(i. ex medio superscr. M in marg. praeb. Pa) per parenthesin
L || 17 habitu M || 18 cogitationibus Pb || 19 id est om. Pb |
utrum] an Pb | legatum regno Pb | peteret regnum L ||
21 omnibus om. Pb | melior omnibus L || 22 tentare L || 23 of-
ficia L || 24 regressi legatio Pa || 25 occidere Pb || 26 inquit
om. MPa | in Verrem I 85 et de oratore I 202 citat Kohlm.

375 SILVIS AC LITORE id est siluis, quae erant in li- Lind. p. 63
tore. aut quia iter difficile est per siluas et litora.

377 INTEPET HYDRA VADIS hic enim in Lerna palude
hydram Hercules igni perdomuit damnis capitum et uul-
neribus pullulantem. intepuit ideo, quia cum ferro
nunci non posset, uulneribus ignis est admotus. tepet ergo
adhuc quasi flamma uictrici. ET QVA VIX CARMINE RARO
sensus: et quamuis Nemaenum leonem constet Herculis
uirtute prostratum, tamen prioris periculi metu interruptit
pastorum timidas cantilenas.

379 QVA LATVS EOOS Corinthi latus emensus est. et
orientem dixit Eoos, occidentem Euros.

380 SISYPHIQVE SEDENT PORTVS cum inter duo maria
montem positum Sisyphus crudeli latrocinio occupasset
— hac enim poena mortalium pascebatur, ut homines
praegrauans ingenti saxo necaret — tandem ab accolis
deorum lege punitus apud inferos saxi, quod uoluit, poenas
exsoluit pondere. portus Corinthus ex utraque parte duos
habet, Sisyphum et Lechaem, quos nunc poeta com-
memorat. IRATAQVE TERRAE Isthmon significat, ubi se
Ino cum Palaemone praecipitauit. Lechaem uero pro-
muntarium Corinthiorum.

382 NISVM Megaram significat, in qua Nisus regnauit.
quidam Nisum montem Megarensium dicunt, in quo se-
pultus est Nisus, quem ferunt crinem habuisse purpureum.

1 et MP | littore L MPb | id . . . litore om. Pb || 2 difficile
est iter L || 3 lerne P Lernea L || 4 hercules hydram Pb || 5 cum
om. Pb || 6 poterat Pb | est ignis LP || 7 uictrice LPa | QVAMVIS
LP || 8 et om. L | Nemeum L | constat M || 9 perdomitum Pb |
metu periculi L | interrūpit M || 11 emersus Pa || 13 SISYPHIQVE
L || 14 crudeli latrocinio Sisyphus L || 15 hec Pa | ut om. L ||
16 necare LPa | oculis Pa || 18 corinthū MP | duas Pb corr. in
duos M || 19 sisyphium M | licheum LMPa liceum Pb || 21 Ly-
cheum L letheum MPa liceum Pb || 23 NISVM om. (spatio rel.)
Pb | megarum Pb | dixit L || 24 cognita quidam Pb | montem
om. Pb | promunthorium dicunt Pb || 25 Nisus est sepultus L |
qui Pb | fertur Pa(b) | purpureum habuisse fertur Pb

ELEVSIN oppidum est Athenis uicinum, in quo Ceres eximie colitur, unde sacra Cereris Eleusina uocantur. ut Virgilius <georg. I 163>: 'tardaue Eleusinae matris uoluentia plaustra'. Ceres, cum Proserpinam filiam suam quaereret, uenit ad Eleusium regem, cuius uxor Hioma puerum peperit Triptoleum, seque nutricem simulauit. hanc regina libens nutricem filio suo recipit datque ei nutriendum. Ceres, dum alumnum suum uellet immortalem reddere, interdum lacte diuino nutrebat, noctu clam igne eum obruebat. itaque praeterquam soliti erant mortales, crescebat. cum hoc autem pater miraretur, nocturno tempore obseruauit, et cum Ceres puerum igne obrueret, pater exclamauit. illa irata Eleusium exanimauit ac Triptolemo alumno suo beneficium aeternum contulit. nam fruges ei propagandas et currum draconibus iunctum tradidit. quibus ille uectus orbem terrarum frugibus obseuit. postquam domum rediit, Cepheus rex eum tamquam aemulus interficere conatus est. sed re cognita iussu Cereris Triptolemo regnum tradidit. ibique oppidum constituit, quod ex patris sui nomine appellauit Eleusium. Cererique primus sacra | instituit, quae *θεσμοφόρια* Graece appellantur.

Lind. p. 64

383 TEVMESIA uel oppidum Teumesum uel promunturium dicit, de quo se Ino cum Melicerte filio praecipitem dedit, qui Graece Palaemon, Latine Portunus di-

1 ELEVSIS L eleusim Pb | uicinum athenis M || 2 ut om. LMPa || 3 Eleusinae L || 4 Ceres cum om. Pb || 5 Eleusinum L Celeum Myth. | hyoma Pb hionia Pa Cothonea L Iona Lm || 6 simulabat L simulat P || 7 filio suo nutricem Pb | recepit M | nutriendo Pb || 9 interdum Pa | nocte Pb | cum igne obruerat Pb || 10 preter (om. quam) Pb || 11 hec Pb | autem om. LP || 12 patri exclamare Pb || 13 Eleusinum L eulisiu Pb || 14 aeternum beneficium LP || 15 et om. Pb | uictum Pb || 16 uectus L proeuctus M uictor P | posteaquam L primo quam Pa || 17 Celeus LmPb || 20 sui om. Pb | Eleusinum LPc eleusim Pb eleusiū MPa | Cereri LP || 21 sacra primus LPa sacra Pb | temosphoria Pb || 22 Taenarum LMPb tenerum Pa Teumesum scripsi ex coniectura | uel om. M || 23 in quo M | Melicerto LM melicerta Pb || 24 quia L | Portumnus L portumuz Pa

citur. arua ergo Teumesia a campo eiusdem regionis Thebis uicino. item arces Agenoreas propter Cadmum, conditorem Thebarum, Agenoris filium.

386 TRANS LEGEM id est ultra anni spatia, quae sortitus fuerat, ut primo ipse regnaret.

388 QVERITVRQVE FIDEM oratorie Eteocles in suum fratrem transtulit crimen, quod tunc demum Polynices deposcat imperium. dolet ergo, quod cessantibus legatis tam sero frater uicissitudinis fidem repositat, quod iam dudum negare potuisset, uel quod tardius ei perpetrandi parricidii detur occasio.

391 PRONVSQVE CALORI militaribus armis imbutus ordinem ac modum orationis ignorat.

392 IVSTIS MISCENS TAMEN ASPERA COEPIT non blanda locutus est, quae possent persuadere, sed aspera, quae magis ad iram accenderent. et ostendit Tydeum uirum fortem militiae magis quam eloquentiae operam tribuisse.

393 SI TIBI PLANA FIDES quia, ut supra edoctum est, hoc iurauerant fratres, ut annis singulis imperium gubernarent. ergo queritur, quod contra legem aut sacramentum germano negaret regnum.

396 FORTVNAM EXVERE hoc est deponere dignitatem.

ET LAETVM id est non inuitum.

398 PACTAE TANDEM SVCCEDERET AVLAE hoc est inter uos partitae, quam ex pacto debitam accipere iam debebat.

399 SED QVIA DVLCIS AMOR REGNI id est: sed quia omnibus dulce est regnum, ultro rogaris. non dixit 'quod Polynices cupiditate regnandi coactus est te rogare', ne

2 ET L item MP || 3 Thebarum om. MP || 6 ante in suum add. man. 2 & M || 7 qui P || 9 fratri Pb super Pa || 10 ei om. Pb et Pa | uel quod post tardius iterauit Pb || 12 armis] artibus Lm || 16 accederent Pa || 18 PLENA LPb | est om. Pb || 19 iurauerunt inuerant Pa inierant Pb || 21 negaret germano M || 22 scholia inuerso ordine praebent MPb || 23 id est om. L || 24 SVCCED.] scilicet Pb || 25 nos Pb | quia Pa | iam accipere L || 26 id est om. Pb || 27 ultra Pb | dicit quia L || 28 regnanti cupiditate Pb | regnare non uideretur illo pro maledicere Pb

uideretur illi maledicere, sed dicit hoc uitium generale esse. aut certe illud exsequitur 'ignoscimus tibi, quod cupiditate regnandi minime imperium exuisti, nam hoc uitium commune est omnium'. generalia enim uitia ueniam facillime promerentur. ut Lucanus <V 260>: 'quicquid 5 multis peccatur, inultum est'.

401 REDIERVNT MONTIBVS VMBRAE id est in illo loco sunt umbrae, in quo fuerunt tempore illo, quo es adeptus imperium: ut ex conuersione temporum annum iam transisse monstraret. 10

403 EXVL AGIT CASVS oratorie praesens tempus amplexus est. agit casus hypallage pro 'agitur casibus'. Virgilius <Aen. I 9>: 'tot uolueret casus'.

404 SVB IOVE id est sub caelo. Horatius <carm. I Lind. p. 65 1, 25 sq.>: 'manet sub Ioue frigidus uenator'. tamen Iouis 15 non recte Caelum dicitur. nam si Saturnus, pater eiusdem, Caeli et Terrae est filius, Caelum — si dici potest — auus ipsius est Iouis potius quam ipse Iuppiter.

405 AMBIRE circumire.

407 TENVEM in quo tenuis fuit et inops. 20

408 MONEO iocunda conclusio. moneo, inquit, ut regnorum gaudia sponte dediscas et, dum pateris te aula recedere, propter hanc ipsam patientiam dignus esse dicaris, qui recipias dignitatem. qui enim sponte non reddit, cum ui perdiderit, qua audebit fronte repetere? 25

409 MEREARE REVERTI id est ut sis exemplo fratris et tu profugus et uidearis ad regnum redire.

1 uitium hoc LP | generale est L || 2 quod om. Pb || 4 est om. Pb | facile L || 5 ut om. L | quod multis Pb || 7 id est . . . umbrae om. Pb | in om. Pa | loco illo L || 8 illo tempore LP | adeptus es L eas demptus Pb || 9 ut om. Pb | temporis Pb | iam annum L || 11 amplexat' e M aggressus corr. ex aggressum (om. est) Pb | Virg. . . . casus om. M || 14 id est om. LP || 15 sub celo Pb | frigidus . . . dicitur om. Pb | frigidus MPa | Ioui M || 17 Caeli . . . ipsius est om. Pb | sic L || 18 esse L | iuppiter ipse Pa || 19 circuire L || 21 iocunda MP || 22 gaudia] spatia Pb | sponte om. Pa || 24 sponte accipit et non reddit LPb || 26 fratri L || 27 et^a om. L etiam Pb

411 IGNEA CORDA FREMVNT more peccantium, qui audire uera non possunt.

412 CVI SVBTER INANES id est: quasi serpens diu sub concanis terrarum latebris perpressa sitim atrocius gerebat
5 uenenum.

414 CONVOCAT IN FAUCES uirus ex omnibus artubus colligit in fauces, et in fauces proprie, quia et hic contrario eiecturus est uenena uerborum.

415 COGNITA SI DVBIIS sensus: si mihi essent iurgia
10 fratris incognita, orationis tuae prosecutione, qualis erga me esset futurus, agnoscerem.

416 NEC CLARA ODIORVM quod aperte ostendit suum odium contra me.

417 SVFFICERET VEL SOLA FIDES id est: nisi fratris
15 in me odia et orationis tuae furorem agnoscerem, ad reddenda, quae reposcis, potui fide compelli. QVAM TORVVS quoniam deest iusta defensio, loquendi tantum inuenitur occasio. ut in Terentio ualidae propositioni lenonis quia respondere adolescens non potuit, minatus
20 est caedem. leno enim dixerat <Ad. 192 sq. F.>: 'quid? si ego illam nolo uendere, coges me?' contra adolescens iusto argumento lenonis inclusus calumniosa ac multum diuersa respondet <Ad. 180 sqq. F.>: 'ante aedes non fecisse
erit melius hic conuicium: nam si molestus pergis esse,
25 iam intro abripiere atque ibi usque ad necem operiere loris'.

1 peccantium L || 3 id est om. Pb | sub om. Pb || 4 concanas MP | latebras MPb tenebras Pa | sitim perpressa L perpressa sunt Pa | atrocium Pb | gerit L gereb M || 6 uir. Pa | artubus in fauces conuocat siue colligit Pb || 7 hi Pb || 9 si] sub Pb || 10 prosecutione] prouocatione Pc || 12 ne Pa || 15 ex orationis tuae furore L || 16 qva L || 17 id est quanquam L quō M | tamen L || 18 ualida propositio lenonis Pb || 19 adolescens respondere Pb | adolescens corr. in adolescentis M || 20 dix M | qd M qui Pa || 21 ego tibi illam Terentius illam ego L ergo illam Pa illam Pb | noli M | cogis M || 22 inclusum Pb || 23 respondit L responderet Pa | aedis Terentius | fecisses MP || 24 melius erat MP | hic om. MP | si . . . iam om. MP || 25 intro] ita M tam P | abripiere L abripere P

418 LAXET commoueat, diruat: talem se gerit, quasi iam teneat urbis statum et euertat.

419 FOSSOR fossores dicuntur in exercitu cuniculatores, qui cuniculos faciunt, per quos ingressi milites murorum fundamenta conuellunt. dicit ergo Tydei orationem illi tempori conuenire, quo ista fiunt. ideo ait 'praefuris' id est ante furis, cum adhuc, quae dixerat, non agantur. hucusque ergo principii tenditur sensus: si quid de iurgiis fratris odiisque dubitarem, sufficeret mihi fides, qua praefuris hoc est in qua tu ualde furis. nunc autem quid necesse | est minari, cum odiorum arcana nuda data sint?

421 AVT REFUGO PALLENTES SOLE GELONOS refugo id est deuio, quia dicuntur Scythae, quos nunc Gelonos appellat, non habere aeris temperamenta, quia longe a sole submoti sunt. hi sub septentrione degunt, ad quos Sol uix peruenit: ideo pallentes.

422 ET MEDII REVERENTIOR AEQVI nihil enim magis medium est quam iustitia. considerata ergo reuerentia iustitiae parcior esses alloquio.

423 NEC TE FVRIBVNDAE id est non te arguo propter crimina mentis tuae. agnosco enim fratris esse, quaecumque tua prosecutione complecteris.

425 PACE SEQUESTRA id est media.

426 ET PROPIOR CAPVLO MANVS hoc dicendo significauit ad bellum potius esse uicinos, cum regna magis

1 laxet *corr. ex* laxat M | nam talem Pb || 2 habeat M || 3 conculcatores P || 4 coniculos Pa | introgressi L intergressi Pb || 5 uellunt *corr. ex* epellunt M || 6 conueniri Pb || 8 aguntur M | si quid L qui MP || 10 hoc *om.* Pb id L | est *om.* Pa | inquam P || 11 quod Pb qđ M | minitarii Pb || 12 sunt Pa || 13 gelones Pb || 14 id est *om.* LP i. M | gelones Pb || 15 a longo a Pb || 16 st' moti Pb sūmoti Pa | hic Pb | ad quos degunt Pa || 17 uix sol L | p////uenit M || 18 nihil autem Pb || 19 quam iustitia est P || 20 esset allocutio Lm || 21 NEQVE L | TE] tu Pb | non] nec Pb || 22 mentis] gentis LP ////gentis M n̄tis Mon. || 25 manus *corr. ex* minus M | dicendo *om.* Pb

debuerint fide repscere. unde in principio quidam hoc accipiunt non absurde: 'sufficeret uel sola fides'.

427 ARGOLICO dicendo 'Argolico' et non 'Thebano' inuidiose fratri praescripsit, quasi ibi debeat imperare, non Thebis. NONDVM AEQVA quasi in comparatione Tydei prosecutionis leuiora mandentur.

428 QVAE SORS IUSTA MIHI iusta, quia maior natu erat. et ideo dicit se priorem regnare debuisse quippe natu maiorem. licet placitum fuisse dixerimus, ut uicissim imperium gubernarent, tamen sorte perfectum est, ut aliquis primus acciperet potestatem. sed oratorie Eteocles, quoniam scit in sorte esse casum, non iudicium, stringit ad hoc, ut merito accidisse uideatur, non fortuito. ideo ait 'iusta'.

430 TE PENES ordo: te penes est regia Inachiae dono coniugis, quam Danae Argiua possidebat. hoc autem ideo dictum, ut doceat fratrem habere, quod repetit.

432 INVIDEAM nolo enim uerbis maioribus cumulare, ne uidear inuidere.

433 LERNAMQVE REGAS Amydone, Danae filia, dum studiose in insula iaculo exerceretur, imprudens Satyrum percussit. et eam cum Satyrus uiolare uellet, illa Neptuni implorauit auxilium. quod cum Neptunus uidisset, fugato Satyro ipse eam compressit. ex quo coitu natus est Nauplius, pater Palamedis. unde Virgilius <Aen. II 82>

Lind. p. 67

1 debuerunt L | quidam in principio L || 2 uel om. Pa post fides posuit Pb || 3 Argolica Pa || 4 fratri om. Pb | imperare debeat L || 5 in om. Pb | prosecutionis Tydei (L)P | persecutionis L || 11 primū M || 12 scit] misit Pa | cstringit M || 15 Inachia L danae M dane Pa damne Pb || 16 hoc est quam L quem P | damne Pb dane Pa | possideat LM Pa possidebat Pb possederat Barthius || 17 doc& superscr. a M || 18 maioribus uerbis L || 19 uideatur Pb || 20 REGE L | armimone Pa minone Pb | danarum Pa || 21 in om. P | sylua L | iaculo insula Pb | exerceret Pb exercetur superscr. re M | imprudens M || 22 et om. L | uiciare Pb | neptumni (sic fere semper) Pb || 23 quo L | Neptunus cum LP | uenisset L || 24 satyrum Pb | est om. Pb || 25 pater Pc naupli Pa ex Nauplio L om. M Pb | Palamedes L

prosapiem repetens ait: 'Belidae nomen Palamedis'. Neptunus uero cuspide dicitur locum, in quo Amymonem compresserat, percussisse. unde cum aqua flueret, Lernaes fons dictus est et fluius Amymones. HORRIDA DIRCES memor poeta superiorum. nam ait <I 152 sq.>: 'dumque uter angustae squalentia iugera Dirces uerteret'.

435 NON INDIGNATI oratorie disputat, quasi Polynices indignetur felicitate elatus. sensus ergo: et licet miserum Oedipum non tamen indignor patrem uocare.

436 ET TANTALVS AVCTOR Tantalus, Iouis et Plotidis nymphae filius. ideo ait: 'propiorque fluat de sanguine iuncto Iuppiter' propter Perseum, unde Danaum origo maxime trahitur.

439 HVNC LAREM exiguum et pauperem.

442 OFFENDAT SOCER ILLE SENEX quasi superbam et indignaturam talem socerum dicit. IAM PECTORA VVLGI tertia causa ualidior, quare non reddat imperium, in fine est collocata non sine aliqua specie ueritatis. certatur magna cum commendationis scaena. dicit enim perfidum se uelle dici, dummodo suis ciuibus prosit.

443 PLEBISQVE PATRYMQVE more Romano locutus est, ut primo plebem dicat, post patres.

446 REGNUM BREVE id est: breuis administrator successoris imperium seruare non patitur. et in primo ideo querelam populi induxit posse ambos perdere. QUANTVS HORROR cum de me agitur. quasi Thebani timere coepissent, si Polynici redderetur imperium.

448 QVIS CERTA EST SVB TE DVCE POENA RELINQVAM

1 prosapiam LPb || 2 ū cū M | locum om. LM | in quo loco L | amimone percusserat M || 3 terram percussisse L || 4 Amymonius L amimone MP || 5 namque Pb || 10 ET om. LPb | plotide Pb || 11 ideoque L || 12 propter om. Pa | Danaes L dampnauit Pa || 13 trahit Pb corr. ex trahitur M || 15 OFFENDIT L offendat et MP | superbe L || 16 indignaturus L | dixit L || 17 in om. Pb || 18 collata M || 19 cum om. MP | scena Pa sceua Pb cena M scema L || 21 patrum Pa || 22 dic Pa diceret L || 23 administratio L | successum Pa || 24 in om. Pa || 25 posse se Vollmer. || 28 SVB TE DVCE om. MP

id est: hos tibi ego ad supplicium tradam, si tamen fueris adeptus imperium, quibus certa est poena meritorum? merentur enim supplicia, quod mihi paruerint.

449 FAC VELLE fac me regnum ad fratrem uelle
5 transducere, ciues non sinent.

453 INGEMINAT REDDES Tydeus tantum hac inuidia orationis egit, ut, licet legatus esset, iuste tamen mereretur occidi. NON SI TE FERREVS AGGER nec tibi blandiaris, quod sis firmissimo muro uallatus. quicquid enim obuium
10 fuerit, superabitur nostra uirtute.

455 AMPHION Amphion, Iouis et Antiopae filius, lyrae carminibus ad Thebanos aedificandum muros dicitur saxa Lind. p. 68
duxisse.

457 DIADEMATE PVLSES oratorie, ut infelicioi poena
15 sit mori cum dignitate, quam fraude possedit.

458 AST HORVM MISERET ciuium scilicet tuorum. conciliauerat sibi Eteocles omnium animos militum, quos rursus Tydeus omnes infensos regi facit, dum dicit ipsum causam esse bellorum. QVOS SANGVINE VILES ad mortem
20 faciles. ut Virgilius <Aen. XI 372>: 'nos animae uiles'.

463 SANGVINIS AVCTOR primum auctorem generis Oedipum dicit. nam cuius atrocitatem deprehendimus, maiorum uituperationem ad exaggerandum inuehimus. ut Virgilius <Aen. III 248>: 'Laomedontidae, bellumne
25 inferre paratis?'

464 SED FALLIT ORIGO ex dissimilitudine et bonitate morum Polynices Oedipi filius non putatur.

1 ergo Pa om. Pb | tradam] reddas Pb | tandem? || 2 adeptus fueris Pb || 4 ad fratrem uelle regnum L uelle imperium ad fratrem Pb || 5 traducere LPb | sinunt LM sumunt Pa || 6 ingeminant Pb | reddet Pa | hac corr. ex hanc M || 7 rationis Pb | licet corr. ex liceret M | iuste . . . occidi om. Pa | iure Pb || 10 uirtute nostra Pb || 11 Amphion om. MP || 14 pulsus Pb | felicioi L || 15 possidere Pb || 16 miserere Pa || 17 Eteocles sibi L | omnium om. L | militum animos Pb || 18 rursus Pb om. M || 21 esse generis L || 22 dicit om. LP | reprehendimus L | maiorum corr. ex maior M | atrocem uituperationem Pa || 23 exaggerandum MPa || 26 Set Pa

465 HAEC PRAEMIA MORVM id est poenas et captiuitatem tuorum.

466 NOS POSCIMVS ANNVM subaudis 'sed tu regna perpetua'. ut Lucanus <I 348 sq.>: 'arma tenenti omnia dat, qui iusta negat'.

467 RETRO VOCIFERANS SENSUS: haec, cum egrederetur, dicebat respectans in limine.

470 FVLGINE MALAE propter aduncos dentes, quod more ictus fulmine prostrauisset.

471 PELOPEA PHALANX id est Argiua, quae auxilio 10 uenerat. ut Ouidius <met. VIII 267> refert. ergo Peloponnesus uicina Aetoliae.

473 IXIONA Pirithoum significare uidetur, Ixionis filium.

474 MELEAGRE metathesis pro 'Meleager'.

476 CALYDONIVS HEROS propria ratio Tydeo. Caly- 15 donius propter patriam, mores et tegumentum.

481 OENIDAE Oeneus, Parthaonis filius, Aetoliae rex, cuius ciuitas est Calydon nobilissima. et summam potestatem regni sui turbauit negligentia sacrorum, annua siquidem uota pro imperii fructibus celebrans numen 20 Dianae contempsit. propter quam nimiam indignationem oppressus est, ut uideretur omnes placaturus, si illam solam adorasset. ea aprum magnitudinis summae regioni

3 subaudi LP || 6 agrederetur Pb || 7 limine *corr. ex limite* M limine etheoclen Pb(Pa?) || 8 FVLGINE ... 476 ... tegumentum *om.* M *secuntur infra post schol.* 481 | qđ M q Pa quod Pb quos L || 9 ictus Pb | flumine Pb fulminei? || 10 PELOPEA *om.* Pb | id est *om.* L || 11 pelopenensus Pa peloponenses Pb peloponessos M Peloponesus L || 12 Oetholiae L || 13 Perithoum LPb | significare ... 474 ... pro *om.* Pb || 15 Tydeus propria ratio L properat ideo Pb || 16 propter apri mortem Le | patrum L | mores *om.* Pb et mores Pa | tegumentum LPa gementum Pb || 17 Oeneae uindex MP | partha iouis *corr. in* parthaonis M || 18 est *om.* LPa | nobilissimus Pa nobilissimam Pb | et] eius L || 19 sui *om.* L || 20 nomen P || 21 quam] quod L cuius *Myth.* nimia indignatione LPa || 22 placatorum Pa placaturos Pb || 23 solam *om.* Pa | in regionem L regionis P

eius immisit, qui uastatis Calydoniis terris Calydonius ab
 urbe gentis est appellatus. cuius feritate Oeneus fractus
 edictum tale proposuit, ut dimidiam regni partem caperet,
 qui monstrum interemisset. Meleagri uirtus periculum non
 5 expauit, siquidem eius filius undique iuuentutem collectam
 ad illam noui generis expeditionem uocauit. inter quos
 etiam Atalante conuenit, Iasii filia, summa uenatrix. quae
 in saltibus prima omnium praedictum aprum sagitta per-
 cussit. postea Meleager in se uenientem feram excepit
 10 interemitque. et gratus aduersus puellam futurus, quae
 inter uiros successu uirtutis enituerat, pellem monstri
 illius cum capite ei dedit ad testimonium laudis. sed
 munus peractum fortitudine inuidia prodidit. Plexippus
 namque et Agenor, Meleagri auunculi, indignati sunt sibi
 15 praelatam fuisse uirginem et eam dono spoliauerunt. qua Lind. p. 69
 contentione fata sibi maturauere. id enim indignatus Me-
 leager consanguinitate calcata matris suae fratrem Ple-
 xippum occidit sibi que matris affectum abstulit. Althaea
 siquidem dum saeuit ultione germanorum, titionem, quem
 20 habebat occultum — qui, cum Meleager nasceretur, in
 regia subito apparuerat eius sortis, ut iuuenis tamdiu
 uiueret, quoad is esset seruatus — mater ignibus mersit
 eumque cum filii fatis exstinxit. quae postquam admissum
 nefas agnouit, laqueo uitam finiuit.
 25 482 NEC PIGER INGENIO id est qui semper sollers fuit

1 eius immisit] immisit suę Pb | qui] q3 Pa | Calydonis
 terris L om. Pa | calidonis Pb | ab urbe gentis Calydonius L ||
 2 appellatus est LPb || 4 intermisisset Pb || 5 eius filius MP is L
 ipse eius filius Myth. || 7 Atalanta L athalantē Pa atlantice
 corr. in atlante Pb | Iasi LP | filiā Pa || 9 in saeuientem LmPc ||
 12 ei om. MP || 13 peractum MPa peraptum Pb paratum L |
 perdidit LPb || 14 auunculus Pb || 15 uirginem fuisse Pb || 16 con-
 temptione Pb conditione L | facta Pb | enim om. Pa || 18 obs-
 tulit Pb || 19 in ultionem L ultionem Pb | nam titionem MPb ||
 21 apparuerat eius sortis MP traditus fuit a Parcis L | tam
 om. Pb || 22 quo adii M quę adii Pb | quem mater MP || 23 fatis
 filii extinserit Pb | posteaquam L

et peritus scelerum. quia inuidiose aggressus fuerat Eteocles Tydeus legatus missus a Polynice, inde iam cogitat, quemadmodum insidias praeparet.

486 ET SANCTVM diffinitio legati. et cum exclamatione pronuntiandum. ut sensum exaggerationis adiunaret, sanctum 5 legationis nomen adiecit.

488 QUID REGNIS NON VILE CVPIT indignatio poetae auxesin fecit. dicit enim: quid non vile ducit regnandi cupiditas?

490 O SEMPER TIMIDVM SCELVS antequam fiat, de potentia 10 aduersantis timidum, post de conscientia iuxta Tullium dicentem (pro Mil. 61): 'ut nihil timeant, qui nihil commiserint, et poenam semper ante oculos uersari putent, qui peccauerint'. timidum scelus, quod nisi a timentibus non committitur. sed utrum hoc ad Eteoclen refert, 15 qui sceleratus est, quia Tydeum timet, an ad illos quinquaginta, quos ideo parauerat, quia timebat? denique hoc sequitur: EXIT IN VNVM PLEBS FERRO quia insidiis agitur. et hoc ideo timidum, ut sit catalogus. plebs autem dixit, ut inuidiam numero hoc nomine compararet. exit 20 in unum: quia scelus commissuri pauci timebant, idcirco plures armauerat. at contra unius Tydei caput plebs iurata consurgit.

495 MACTE ANIMI laus Tydei, cuius uirtus non unius insidiantis dextram poscit. 25

1 etheoclem Pb || 3 prepararet MPa | 4 diffinitio Pa || 5 sanctum] secundum *in rasura* Pb || 7 CVPIT] CVPIT id est putat L putat MPb non putat Pa | indignatione Pa || 8 aures infecit M | auxesin Pa auxesim Pb | ducit] putat Pb || 10 Antea quam L || 11 de om. Pa || 12 nihil] neque Cicero || 13 semper om. L || 14 peccarint Cicero || 15 hæc Pb || 16 qui quia sceleratus est, Tydeum L || 17 parauerat Pa | hoc] aũ M || 18 exi]//////nũ *superscr.* exiit in unũ M | *quae secuntur, corrupta sunt.* quia insidiis agitur *spectare uidentur ad* CAECA CONSILIA. *pro* catalogus *Meiners proponit* ἀπαιτή || 20 inuidia Pa | numero L | nomine] numero Pb | exiit M || 21 timebat Pb || 22 armauerit ad Pb || 23 uitata Pb || 25 insidiantis uni Pb | dexteram MPa

496 FERT VIA PER DVMOs PROPRIOR hoc est: ducit uia Lind. p. 70
 compendiosior latente calle. ut Virgilius <Aen. VIII 594 sq.>:
 'olli per dumos, qua proxima meta uiarum, armati ten-
 dunt'. topographia. [propior: distat inter propiorem
 5 et propiorem. nam propior est uicinior uel familiarior,
 ut <Aen. I 526> 'propius res aspice nostras'. 'propius'
 citius significat. Cicero in Verrinis <V 94>: 'nec quic-
 quam est propius factum, quam ut illud (Vticense) exem-
 plum de Adriano referretur Syracusas'.] QVA CALLE

10 LATENTI docet per compendium insidiatores praecessisse.

498 MALIGNIS non his, qui obsidere possunt, sed illis,
 quorum causa obsidentur.

499 VRGENTVR artantur.

502 ARTE strictim. aduerbium est.

15 504 IMPORTVNA CREPIDO feralis, luctuosa. contra cam-
 pum crepido erat id est saxum eminens. saxum illud
 dicit, in quo Sphinx fuit. et quaerendum, utrum impor-
 tunum execrandum dixerit an importuna non con-
 ueniens, quia ex ipso saxo insidiae uideri poterant prae-
 20 paratae.

505 HIC FERA QVONDAM Spingā dicit, quae in hoc
 aliquando insederat saxo.

506 ERECTA GENAS erectas genas habens. SVFFV-
 SAQVE TABO LVMINA eorum cruore, quos occiderat, orbes
 25 oculorum habens suffusos.

1 FERT ... topographia *secuntur post Syracusas P* | PROPRIOR
 om. MP | uia om. MP || 4 topographia om. L | propior ... Sy-
 racusas om. M || 5 et ... est om. Pa | propiorem ... est
 om. L | uiciniorē L | uel familiarior om. L || 6 propius^a ...
 significat om. L || 7 quicquid LP || 8 prius (pius Pa) propius P |
 sanctum Pb | qui ut LP | Vticense om. LP | recusat de
 Adriano referretur L de adriano recussas referretur Pa adriano
 terecussas referentem Pb || 9 transferretur Cicero || 10 latendi
 ducet M | processisse L || 11 GEMINI PROCVL . topographia . MA-
 LIENIS L || 12 obsidetur LMPa || 13 artantur om. L || 14 arcte
 LPb | strictim] statim Pb || 15 inportuna Pa || 17 inportunum M
 importuna L || 18 execrandā L excidendum Pa | inportuna M |
 non om. Pb || 21 Spingā MPa | -ga dicit ... ERECTA om. Pb ||
 23 Erecte Pa | suffusa P || 25 effusos Pa *superscr.* suffusos M

507 CONCRETIS solidatis et in unum redactis abundantia sanguinis. ut Virgilius <Aen. II 277>: 'concretos sanguine crines'.

511 INEXPLICITIS inexplicabilibus siue obscuris uocibus habens confabulationem. ut Virgilius <Aen. VIII 309>; 5
'uarioque uiam sermone leuabat'.

512 COMMERCIA aenigmati illius, quod Sphinx proposuit. commercium autem proprie est mutare inuicem
Lind. p. 71 aut emere uel uendere. hic nunc iocunde deriuauit commercium, ut diceret audire uoces et reddere. 10

513 QVIN ACVENS si non soluisset propositam quaestionem.

514 LIVENTESQVE MANVS peremptorum scilicet cruore perfusas.

515 TERRIBILI APPLAVSV alarum sonitu. ut Virgilius 15
<Aen. V 215 sq.>: 'plausumque exterrita pinnis dat tecto ingentem'. dicit ergo Sphinga alarum strepitu deuictos circumuolare consuetam.

517 HEV SIMILI DEPrensa VIRO uel tam callido uel tam scelerato, hoc est crudeli parricidae, matris marito, 20
qui meruit, ut se sponte caecaret. ergo hic dixit simili errore pari consecrando. CESSANTIBVS ALIS motus alarum suspendit. uolatum ergo Sphinx alis cessantibus distulit.

520 AVIDVM PECVS quamuis auidum. ut Lucanus: 'impastae fugistis aues'. 25

1 in uanum Pb | habundantia MPa || 2 ut om. Pb || 4 uicibus MPa || 6 leuabant LMPa || 7 praeosuit Pa || 9 uel] aut L | diriuauit iocunde Pa | iocunde deriuat Pb | commercium deriuauit L || 11 Qui Pb | siluisse Pa | praepositam L || 13 liuentisque P corr. ex liuentesque M || 15 terribilia plausu P || 16 pennis LPb || 17 spingã MP || 19 DEPREHENSO L | uel tam² om. Pb || 20 parricidie M || 21 ergo hoc L hoc ergo Pb || 22 pro errore propono terrore uel horrore | pari MP pariter L | coexsecrando Barth. || 23 detulit M || 24 inpaste Pa | uersus est Statii Theb. I 625, apud Lucanum VI 627 sq. legitur: 'fugere reuulsis unguibus inpastae uolucres'

523 PRODIGIALE NEMVS illud dicit, quod ossibus humanis albebat.

524 PERITVRA COHORS illos iuuenes dicit, quos Tydeus est occisurus.

5 527 HVMENTI PALLA roscido uelamine.

531 QVA LAXANT RAMI NEMVS qua pro 'ex qua parte' rariores arbores steterant. ADVERSAQVE SVB VMBRA luci, quae esse aduersa uenientibus uidebatur.

533 OBSTVPVIT furore potius quam timore.

10 534 ADMOVET ENSEM ut sit paratus ad caedem, manu tractat auxilium, id est euaginationem parat.

536 NON HVMIILI TERRORE ROGAT interrogabat non territus.

539 QVO DVCE FRETA COHORS id est qui armis praeerat.

15 540 DEVS ET FORTVNA 'deus' ad uictoriam rettulit. FORTVNA RECESSIT id est frustratus est eius ictus.

541 OLENI TEGMEN SVIS Olenos Aetoliae regio est, in qua sus Calydonius dicitur interemptus, cuius exuuiis Tydeus nunc tegitur et armatur.

20 542 SVPER LAEVOS HVMEROS id est super sinistri humeri partem hasta imminens paene uulnus inuenit.

543 ET VIDVO LIGNO cuspide ab ea parte, quae ferro caret ac per hoc infirma. metaphora a muliere: ut, quae auxilio mariti caret, infirma est, ita | lignum, quod non Lind. p. 72
25 habet ferrum, unde uulnus infligat, infirmum est.

545 IRA furore, non metu.

546 BELLA PARARI paucos esse credit nec putauit quinquaginta sibi uirorum fortium insidias comparari.

1 aũ////nem' M | dicit om. LPa || 2 alebat Pa peritura albebat Pb || 3 PERITVRA om. Pb | dixit Pb || 5 humentis Pb || 6 qua pro *scripsi* pro qua MPa pro L om. Pb || 7 ADVERSAQVE SVB om. MP || 10 admonet MPa || 12 interrogat LPb || 13 interitus Pb || 15 retulit LMP || 16 FORTVNA RECESSIT om. M || 17 oleni M onelei Pb | Olenas MP | in qua est Pb || 19 nunc tideus Pb || 20 humeris Pb *corr. in* humeri M || 22 ET om. MP | duo (om. ui) Pa | qua Pb || 23 ac] et Pb | infirmo LMP *corr. Kohl.* | ut q; Pb ut quae si L || 24 auxilio om. Pb | marito carens Pb || 28 uirorum fortium sibi Pb | comparare Pb

548 QVIS TIMOR AVDENDI quis pauor uestram frenauit audaciam?

551 HOS DEIRE IVGIS anastrophe: hos de iugis ire.

553 VT CLAVSAS INDAGINE PROFERT IN MEDIVM haec comparatio ad superiora referenda est. dicit enim sic illos aut de iugis prodisse aut de uallibus creuisse, quem-
admodum de retibus ferae, quas in medium uox uenantum
et clamor expellit. tunc enim licet scire, quam multae
sint, cum terrore clamoris coactae fuerint non latere. est
ergo ordo: sic illos exire e latebris uidet, ut clausas in-
dagine feras uox prima in medium profert. indago
autem est, cum siluam uenantum corona uallat, ut ferae
euadere non possint.

554 QVAE SOLA MEDENDI TVRBATA RATIONE VIA EST id est quae sola uia salutis est: in hostes incidentem
ardua petere.

556 ET ABCISIS ordo est: et abscisis cautibus infringens uncas manus iuga dura exsuperat.

558 VNDE PROCVL TERGO METVS qui locus esset facili-
or ad nocendum et a periculo defenderet terga pugnantis.
hoc est: de longe esset timor, ne a tergo circumueni-
retur. in quo saxo stans interim post se hostes timere non
poterat.

559 QVOD VIX PLENA CERVICE bene et iuueni et plena ceruice. bona auxesis: ut aetati robur adiungeret.

1 pauor] timor Pb || 3 DEIRE] prodire M || 6 prodisse L |
creuisse om. L ante de uallibus pos. P || 7 de om. Pb | quasi
M | uenantium L || 9 clamores terrore M || 10 ergo] autem Pb |
illos] nos superscr. illos M | exire Pa excursare L excusare Pb
superscr. i M | lateribus Pb | inclausas Pb || 11 profertur Pb ||
12 uenantium L corr. ex uenantū M || 14 QVAE . . . id est
om. Pb | uia ratio ē M | VIA om. Pa | est^a om. P || 15 in
hostem Pb | incidentem in hostes M || 17 ET om. Pb | ABCISIS
. . . abscisis L || 18 unca Pb anca Pa | manu Pa || 19 qui] quia
M | est Pb || 20 defendet superscr. er M || 21 esse M || 24 bene
. . . ceruice om. Pb | in L post CERVICE haec leguntur: perfecta
aetate. plena ceruice. bona. auxesis. bene iuueni ut . . .
adiungeret

561 DEIN TOTO SANGVINE NIXVS id est toto corporis nisu. ut Virgilius <Aen. II 638 sq. >: 'quibus integer aevi sanguis'.

563 QVALIS IN ADVERSOS LAPITHAS Lapithae, gens Thessaliae omnium uirium sublimis patientia, cum ceteris diis immortalibus annua sacra conficerent, in ipsa religione genus sacrilegii commissum est. cum enim Pirithoi, regis sui, nuptiae celebrarentur et sacrificia diis omnibus facerent, Martis solius aras incultas reliquerunt; siue ignorantia seu contemptu numinis, habetur incertum. quae res manifesto punita est exitu. Mars namque fecit, ut aduersus Centauros bellarent, a quibus uicti sunt. ciuitas Lind. p. 73 damno intellexit religionis uirtutem. unde Virgilius <Aen. VII 304 sq. >: 'Mars perdere gentem immanem Lapithum
15 ualuit'.

564 STVPET OBVIA LETO iam a comparatione discessit et ad factum Tydei redit. potest enim ambiguitas circumuenire lectorem.

569 TREMEFACTVM in honorem occidentis laudantur occisi.

20 570 TEMNENDA aphaeresis: pro contemnenda.

573 TERRIGENAS CONFISVS AVOS qui gloriaretur auos se promeruisse terrigenas, de Cadmi sationibus originem ducens, qui mutuis uulneribus perierunt.

574 SECVNDVS inferior, id est equitandi arte peritus.

25 575 PENTHEVMQVE TRAHENS id est a Pentheo originem

1 nisus Pb | id est om. L | ex toto L || 2 nixu L || 3 sit sanguis L sub sanguis Pa || 4 gentes L || 5 uirorum sublimes L || 6 conficerint M confiteretur Pa | in ipsis religionibus Pb | religioni M || 8 celebrarent Pb | nuptias celebrarent? | omnibus diis L || 9 incultas aras L | incultas om. Pb || 10 seu] siue L scis qui Pb || 11 manifesta corr. in manifesto M | est] fuit Pb || 12 uicta Pb || 13 damno om. Pb || 14 inmanem M | Lapithum om. Pb || 15 potuit L || 16 a om. Pb || 17 fatum L | redit Pb | potes Pa potuit L || 20 apoferesis Pa auferres is Pb aferis corr. in aferesis M || 21 confessvs L | gloriarentur auo Pb || 22 terrigenas . . . ducens om. Pb | nationibus M | originem om. Pa || 23 multis Pb || 24 id est] uel de Pa ualde Kohlm. || 25 id est] uel Pa uelut L | id . . . trahens om. Pb

generis trahens. NONDVM TE PHAEDIMVS Phaedimus nomine nondum te propter Penthei nomen, Liber, habens propitium Tydei armis occubuit.

580 LIBENS ne uideretur ab hostibus loco, in quo steterat, pulsus. 5

581 ORBEM scutum obuolutum. bene subdidit 'orbem'. sunt enim scuta oblongae facturae.

583 TEGMINA NOTA id est terga sua et caput muniuit apri Calydonii tegmine.

586 OGYGIDAE Thebani, ab Ogygio terrigena. ENSEM 10
BISTONIUM TYDEVS unde Tydeo Bistonius ensis, nisi quia
Lind. p. 74 Oeneus Martis est filius? | primum quia uicina est Aetolia
Thraciae, aut quia Mars apud Bistonas colitur. ensem
uero Bistonium Thracium dixit, quia Bistonia gens
Thraciae est. 15

590 DECVTIT obiectu depellit senti.

592 IN SOCIOS ERRARE MANVS ut ex constipatione iaculari uolentes sese inuicem uulnerarent.

594 ANGVSTVS TELIS optime dixit 'angustus', id est qui aditum uulneribus non daret. INEXPVGNABILIS 20
quia uni in multos facilis iactus est, multis in unum difficilis. Sallustius in Iugurthino <58, 3>: 'pauci in pluribus minus frustrabantur'.

595 NON ALITER Briareum bello Gigantum constat cum Ioue sensisse. sed hic contra sic posuit, quem 25
admodum Virgilius <Aen. X 567>: 'Iouis cum fulmina

1 trahens generis L | TE om. Pa | Phaedimus om. MPb ||
2 nō ē corr. in nom̄ ē M nomine LP || 6 subdit Pb || 7 oblonge
LMP | facta LPb facte Pa facturae M || 8 TEGMINE LMPa | NOTO
L | muniit M munui Pb || 10 thebā Pa | ogigio corr. ex ogigido
M || 11 Bistonium tideus ensem (ense M) MP ENSEM BYSTRONIUM
Tydei ensē L | ensis om. M | quia om. Pb || 12 Oenius L | quia]
q3 Pb || 14 Bisthoneū M | Thraciarum L thrahaciū M | Bystona
L bistona M biston Pb || 15 Thraciarum LP || 16 obiectu Pb ab
ictu LMPa || 17 conspiratione Pa || 18 uulnerare Pa || 19 an-
gustas bis Pb || 20 quia L | uulnerantibus L || 21 q3 Pb | uni om.
L || 23 frustabantur L frustrari Sallust. || 24 giantiū M ||
25 contra Iouem LP | contra autem sit Pb

contra' et ut Terentius <Adelph. 50 F.>: 'ille ut item contra me habeat'. contempta ab hoc etiam fulmina. uidebatur enim suis sibi tantum manibus fortiter dimicare. fabula: Tartarus ex Terra procreauit Typhonem immanem magnitudine, cui centum capita draconum ex humeris nata erant. hic Iouem prouocauit, ut, si uellet, secum de regno certaret. Iuppiter fulmine pectus ei percussit. qui cum flagraret, Aetnam ei superimposuit, et ex eo dicitur ardere adhuc. ipse etiam alio nomine Briareus et Aegaeon dicitur. de quo Virgilius <Aen. X 565>: 'Aegaeon qualis, centum cui brachia dicunt'. PHLEGRAE Phlegra regio est Macedoniae, in qua Terra Gigantes procreauit.

598 INDE PELETHONIAM Thraciam siue Thessaliam. ut Virgilius <georg. III 115>: 'frena Pelethronii Lapithae'. 15 ipsae enim regiones dicatae sunt Marti.

599 MVTATA refecta siue ad proelium renouata.

PYRAMONE quia Virgilio docente cognouimus etiam hunc fulminum fabricatorem fuisse. ait enim <Aen. VIII 425>: 'et nudus membra Pyramon'.

600 NEQUIQVAM aut nequiquam obsessus, aut nequiquam queritur multitudini manuum suarum hostes deesse, cum fuerit uictus.

602 HVC ILLVC CLIPEVM circumspectat omnes partes, ne ab hostibus circumuentus occumbat.

1 et . . . contra om. L | item ut MPa om. Pb | me contra Pb || 2 contenta Pb | ad hoc Pb habet M || 3 fabula om. M || 4 Tartarus ex om. L | immanem M immane Pa mirae L | magnitudinis L || 6 ut om. P | certare Pb || 7 Quare Iuppiter L | pectus eius fulmine L eod. ord. Pb | eius LPa | quia M || 8 superimposuit LMPa || 9 dicitur om. L || 11 PHLEGRAE . . . procreauit om. LP in cod. Valentin. leguntur haec: Flegre mons est getice prouincie in quo gigantomachia dicitur id est pugna gigantum contra deos || 14 pelethroni M || 15 sunt om. Pb | Marti] martiria I Pb || 16 renouata spatio uacuo relicto om. Pb || 17 pyramone MP | uirgilius Pb | cognouimus sp. uac. rel. om. Pb || 18 ait enim sp. u. rel. om. Pb || 20 NEQUIQVAM LP | aut nequiquam¹ sp. uac. rel. om. Pb | nequiquam L | nequiquam LPb || 21 multitudine MP | manum Pb || 23 parentes Pb

605 ARMANTQVE VIRVM nam ipsa in hostes retorquet, quia aliorum telorum impetus retunditur, cum in tela impingit. Lucanus <VI 172>: 'totaeque uiro dant tela ruinae'.

607 NEC MORTEM ita fuerat uulneratus, ut mortem 5
timere non posset.

608 COMITEMQVE ILLI IVBET iubet facit. est enim *πολύσημος* sermo: aliquando significat uult, ut Virgilius <Aen. II 3>: 'infandum, regina, iubes', aliquando imperat, aliquando facit, ut hoc loco. 10

Lind. p. 75 613 DEMISSVS fluens.

617 PROCIDIT IMPVLSV dicit illum furore genitum, non dolore. dum enim Dryope, mater eius, praegnans furore bacchatur, reluctantem taurum cornibus traxit. dicit ergo hunc non nascendi ordine procreatum, sed conatu nimio 15
utero matris expulsum.

620 VNVSNE VIRI Virgilius <Aen. IX 783 sq.>: 'unus homo et uestris, o ciues, undique saeptus aggeribus'.

621 VIX CREDAT FAMA REVERSO quod unus tantos occiderit. 20

624 TEVMESIA CORNVS Thebana. Teumeson mons est Thebanorum. ideo Tydeus Thebana hasta, quia spoliis hostium armatus exstiterat.

625 ATQVE ILLI VOCE REPLETA ordo: atque illi uoce intercepta prorupto in sanguine natat repleta lingua. 25

1 ipsa tela L | torquet quis Pb || 2 in om. L | re-
pingitur Pb || 3 dant] dum L || 7 schol. om. M ante schol. 602
praebent P | comites Pa | illi om. Pa | iubet om. Pb || 8 uult
LPa uis Pb || 9 imperat, aliquando om. Pb || 10 hoc in loco Pb ||
12 IMPVLSVS L impulsu MPa | gemitum Pb | non om. L || 13 do-
lere L | cum M | Dryope L | fluore Pb || 14 bacchatur MP | tau-
rum om. Pa || 15 procreauit Pa || 17 uniusne Pa unus Pb || 18 et]
e L | aggeribus om. LP a. M || 19 credit Pb || 21 cornv L |
Teumeson . . Thebanorum om. P | est om. L || 22 ideo] quasi
quod P ideo quod L | quia] et LP || 23 hostium om. Pb | exti-
terat Mon. P extiterit M fuerat L || 24 ordo om. Pb | ante ordo
legitur in M: per id quod efficit, id quod efficitur

629 CVR INFITIATVS HONORA ARGVERIM FAMA CUR UOS arguerim id est priuauerim? honora fama id est honesta, honorifica.

631 INDOLE CLARIVS ILLA indolem corporis dixit, pietatem animi.

633 SINGVLTI BVSVS ARTVM angustum. singultibus enim angustatur latus.

634 EXHAURIT concavum facit id est uacuat. NEC VINCLA COERCENT inundatio lacrimarum galeae uincla rumpebat.

635 CVM MVLT A GEMENTI id est: cum | multa gerneret, Lind. p. 76 a tergo percussus est et hostili gladio corpori fratris affixus.

638 CONSERIT coniungit. ILLE OCVLOS qui prior fuerat uulneratus, oculos aperuit, ut in utraque morte fratrum ambo lugerent se inuicem morientes.

642 VOTVM MORTIS uotum iniquae mortis, quia et uno telo et gemini et eodem momento periere.

644 IDEM VLTRO coepit iam ipse ultro hostes insequi, a quibus antea appetebatur.

645 VESTIGIA RETRO sua retro uestigia urgebat fugiendo imminente Tydeo.

646 INIQA quae fuerat sanguine madefacta. hic autem iniqua proprie inaequali dixit.

647 DISTRACTVS extensus. hic uero sub hac significatione ponendum est, ut Virgilius <Aen. VII 767>: 'turbatis distractus equis'. quamuis Cicero in Philippicis <II 104>:

1 CUI L | cum uos Pb | arcuerim? || 2 honorificata P || 4 clarus M || 6 ARCTVM LPb | id est angustum Pb || 8 haurit Pb | id est om. L | uacuat] caluat Lm || 9 uincla M | coercent MPa coercent Pb | uincla M | rumpebat galeę uincla Pb || 11 id est om. LP || 13 affisus est Pb || 15 oculos om. MP | apparuit Pa || 16 fr̄m M | iugerent L || 17 votvm] uoto P || 18 et¹ om. L | eidem Pa | perire Pa || 19 coepit om. L | ultro] uult LPa || 20 ante LP || 21 sua] seu Pb | urgebat M || 22 tidon Pa || 23 Iniquę corr. in Iniqua M || 24 inaequali om. L || 25 hic] hoc MPa | hac] ac Pb ea L || 26 ponendus L | ut om. M | distractis Pa

'de Varronis bonis rem ullam esse distractam'. sed etiam illic ingenio legentis possumus diuisam accipere. distractus ergo hic ait extensis manibus, ut rogaret.

648 NITENTEM conantem, ab eo, quod est nitor, niteris. 5

649 INTERLABENTIBVS VMBRAS sensus: quae umbrae sunt eo tempore, quo stellae labuntur.

650 NOCTEMQVE TVAM hoc est: quae tibi fauet, quam tu tuam effecisti vincendo.

651 VVLGIQVE PER ORA PAVENTIS dum tua facta refero, 10 perculsi.

652 CONTEMPTO TE REGE CANAM id est uirtutis tuae facta referam, quae aures Eteoclis satis offendunt.

Lind. p. 77

653 NIHIL VVLTVM MVTATVS nimirum quia, qui ignoscentis animum gerunt, primum frontis suae nubilum disserenant. ut Lucanus <IV 363>: 'at Caesar facilis uultu menteque serenus'.

654 QUID TIMIDE SEQVERIS COMPENDIA VITAE iucunde consolatur et terret. namque hoc pollicetur nullum, si bella uenerint, euasurum. in hac autem parte si consideres, prouisum tibi est, quod nunc moreris, ne grauiori supplicio reseruieris. 20

655 BELLA MANENT Lucanus <IV 221 sq.>: 'non hoc ciuilia bella, ut uiuamus, agunt'.

656 IAM REDIT corpore iam reuulsum telum. neque enim 25 poterat gladium uagina recondere nisi hoste iam perempto.

1 de fortunis Varronis Cicero | bonis om. Pb | Rem illam L | esse om. M | distractam L detractam Cicero || 2 legentes? | diuisam possumus Pb || 3 extensum Pb || 4 nitor . . . 651 . . . ORA PA- om. Pa | nitor. eris L || 9 tuam om. MPb || 10 -QVE PER ORA om. MPb || 12 contento P | tuae om. Pa || 18 offendunt corr. in offendant M ostendunt P || 14 nil MP || 15 geritur Pa | primo P | deserenant L || 16 ut om. L | uultum L uult Pa || 17 mentemque L non legitur apud Lucanum || 18 iocunde P || 19 nullos L || 20 ad bella L | uenirent Pb | euasuros L | in hanc autem partem Duebnerus || 21 est tibi Pb | morieris LPb || 22 reseruieri supplicio Pb || 23 monent Pb | haec LP hoc Mon. corr. ex huius M || 24 ut om. Pb || 25 uulsum Pa

661 TRIETERICA dixerat enim ea nocte Tydeum Thebas intrasse, qua Libero patri sacra celebrantur. trieterica ergo et orgia Liberi sacra sunt, quae exacto triennio mos est celebrari, sicut Olympiaci Iouis sacrum redit intermisso
5 quinquennio.

663 SCELERARE PARENTES id est crudelitate sua sceleratum facere, quia Bacchae insaniunt usque adeo, ut crudelis Bacchus in illarum furore uideatur. quia Agaue homicidium nescia perpetravit. et ideo hoc deo potius
10 ascribitur quam furori.

664 NEBRIDAS pelles damarum, quae Graece *νεβροί* appellantur. ac per hoc Baccharum indumenta significat, quibus sacrificiorum tempore uti consuerunt. ut Virgilius
(Aen. VIII 282): 'pellibus in morem cincti'.

15 665 IMBELLEM AD SONITVM tympani et saltationis Baccharum imbellis. MARIBVSQVE INCOGNITA VERIS in comparatione Thebanorum 'ueris maribus' dicit. INCOGNITA PROELIA luxuriosae saltationis. quasi hi, qui aduersum se pugnauerunt, sacrorum consuetudine fuerint
20 effeminati.

666 CELAENAEA Celaenae Marsyae ciuitas, ubi primum dicitur tibiaram usus inuentus, quibus Apollinem prouocare ausus est. a quo uictus temeritatis suae poenas exsoluit. Marsyas enim Celaenaeus fuit. ut ipse infra
25 <IV 186>: 'et illustres Satyro pendente Celaenae'.

1 trieterica MP || 2 patri om. Pb | celebrabantur LPb | trieterica MPa | trieterica . . . sunt om. Pb || 3 qui Pa || 6 id est om. Pb | scelestos L scelestes Pb corr. ex scelestos M scelestum Pa || 7 bache MP || 8 bachus MP | furore furere L || 11 dānarum M | nebi MP νεβροί L || 13 consueuerunt LP | uirg. t M || 14 more Pa mortē M || 15 Inbellem MPa | tympanis Pb | salūtationes M || 16 inbelles MPa imbelles Pb || 17 comparationē Pb || 18 luxuriosae om. Pb | saltationis corr. ex saltationes M | quasi] qui Pb | qui] per Pb | aduersus L || 19 pugnauerunt L pugnauer M pugnauerint Pa pignant Pb || 23 est om. Pb || 24 exsoluit] dedit Pb | ipsa M || 25 pendente Pb | Celaenas Statius

FOEDA PROELIA stupra. ut Virgilius <Aen. XI 736>: 'at non in Venerem segnes nocturnaue bella'.

667 HIC ALIAE CAEDES non parricidales. contra illas, quas matres intulisse dicuntur, et hic increpat.

668 PAVCIQVE in comparationem uirtutis meae. 5

HAEC INTONAT quippe plenus furore uirtutis.

671 NEC SVSTINET VMBO hic umbonem pro humero posuit aut pro manu.

672 MVTATVM SPOLIIS Theronis scilicet, cuius clipeum, cum perfodisset, acceperat. aut certe mutatum spoliis 10 infectum sanguine sociorum. itaque per cruorem suum mutauerat iam colorem. ut Lucanus <VI 224>: 'perdiderat uultum rabies'.

674 RORIBVS cruentis aspersionibus. ut Lucanus <VII 837>: 'sanguineis stillauit roribus arbor'. 15

Lind. p. 78

676 MASSYLAS id est Mauras. ut Virgilius <Aen. IV 132>: 'Massylique ruunt equites'.

677 ET TABE GRAVATAE tabes dicitur recentis cadaueris foetor — Lucanus <II 73>: 'longusque in carcere foetor' — et humor, qui destillans cadaueribus corrumpit 20 terram. unde Virgilius <Aen. III 29>: 'et terram tabo maculant'.

682 ET SANGVINE PLENVS sensus hic de Homero uenit, ut tunc demum castris Dolonis Diomedes excedat, cum esset admonitus a Minerua. nam Virgilius hunc sensum 25 in Nisi et Euryali personis seruauit <Aen. IX 355>: 'acceleremus, ait, nam lux inimica propinquat'.

685 CALIGINE PLENVM id est nimia felicitate mentis

1 ut om. L || 3 parricidiales L parricidales P parricedales M | illos Pb || 4 qua L | dicunt L || 5 in comparatione M || 6 hoc Pb || 7 substinet Pb || 10 profodisset Pb || 12 mutaũ M | iam mutauerat Pb || 14 cruentis. Idẽ M || 16 massilias M | id est om. MPb || 17 ruunt aequales L || 18 dñr Pa || 20 foetor LM pedor P *Lucanus* | distillans L | cadaueribus mortuorum M || 21 unde] ut Pb | tabe Pa || 23 *Iliad.* X 507 sqq. | uenit de homero Pb || 24 excederet? || 25 monitus M || 26 personas F | absistamus *Vergilius* || 28 felicitatis Pa

obcaecatam. caligine dixit: quae non prospiciebat futura pericula.

[686 SYPERBI OENEOS Oeneos genitiuus Graecus ut Memnon, Memnonos.]

5 687 VINCERE THEBAS nam in istis quinquaginta, quod omnes lectissimae uirtutis fuerant, absentes uictae sunt Thebae.

689 PARCE DEIS nam qui immoderate sua felicitate utitur, fauentes sibi deos fatigat. elatus enim animus rebus
10 secundis utilia minime respicit. Virgilius <Aen. X 502>: 'et seruare modum rebus sublata secundis'. HVIC VNA FIDES ut tantae uirtutis gloriam solus consecutus fuisse uidearis.

693 AEROS genitiuus Graecus est ut Memnon, Memnonos.

15 694 NEC VERITVS hoc dicit: nec ueritus est hic augur prohibere ducem id est Eteoclen, ne morituros tot mitteret, sed instantia morituris fata fidem augurii derogauerunt. ut Virgilius <Aen. II 246 sq.>: 'tunc etiam fatis aperit Cassandra futuris o. d. i. n. u. c. T.'

696 DAMNATVR liberatur.

697 AONIDVM Thebanorum. ut Virgilius <ecl. VI 65>: Lind. p. 79 'Aonas in montes'.

700 FRAGILES uetustate corruptos.

703 TALES IN BELLA VENIMVS et in Romana historia
25 hoc Porsennae Mucius dixisse fertur, cum dextra focus

1 obcaecatam Pb | caliginē M | quia L | prospiciebat pericula futura Pb || 3 schol. om. MP || 5 quadraginta Pb || 8 diis M | immoderate MPa || 9 fatigant M || 11 modum om. M | lassata LMPa | huc Pa || 12 fuisse om. M || 14 schol. om. L cf. schol. u. 686 | heros MPb eros Pa | genitiuus Pb | est om. Pa | ut om. Pb | Memnon om. Pb | mēnon¹ Pa mēnōes Pb mennonos M || 15 hec M | hic om. L || 16 etheoclem Pb || 17 auguri L | derogar Pa derogarunt Pb derogauer M derogauere L || 18 tunc . . . 697 . . . Virgilius om. Pa | casandra fiduris Pb || 19 o. . . . T. om. LP | o.] c. M || 21 ut om. LM || 24 in om. Pb | historia romana Pb || 25 hec Pb | Porsena L | cum eius MPb | dext^a Pa dextera M dexteram Pb

imposita diceret suae patientiae similes uiros atque uirtutis a senatu plures in eius exitium destinatos.

710 HVIC LEVES GALEAS in hoc consecrando Virgilium secutus est. nam ille, dum Marti offerret exuias, ait <Aen. XI 8 sq. >: 'aptat rorantes sanguine cristas telaque 5 trunca uiri'.

Lind. p. 80

715 INGENIVMQVE PARENTIS bene ingenium, quia de capite nata dicitur Iouis. et hoc antiqui bene figuratum esse dixerunt, ut, quia naturae ratione prudentia omnis in capite est, Minerua, quae sapientiae dea est, nata de 10 Iouis capite crederetur. est uero mysterium, quod lucis intaminata atque armis munita uirgo de uertice dei maximi et secreti orta dicatur.

716 HORRORE DECORO ipse quidem terror uultus pulchritudine mitigatur: speciosus terror, pulchritudo terribilis. 15

717 CRVDESCIT crudelior fit. zeugma.

718 HASTATA hastis armata siue hastifera, id est magis tu bellicosa quam Mars aut Bellona.

719 IMPVLERIT pro impellit. mutauit modum.

720 SEV PANDIONIO Pandionium montem dicit a Pandione, filio Erichthonii. Tereus, Martis filius, Thrax.

721 ITONE Itone ciuitas Boeotiae, Mineruae sacra, ut ipse ait <VII 330 sq. >: 'ducit Itonaeos et Alalcomenaea Mineruae agmina'. Bacchylides Mineruam Itoniam dicit.

1 inposita **M** impositam **P** || 2 a *om.* **Pb** | destinatum **Pb** || 3 Virgilius est secutus **Pb** secutus est Virgil. **L** || 4 illi **Pb** || 6 uirum **L** ueri **Pa** uirgilius **Pb** || 7 quae **L** || 9 omnis] hominis *Barthius* || 10 sapientia dei (*om.* est) **LP** || 11 creditur **Pb** | ministerium lucis **q** **Pb** | quod lucis] in his quod **Lc** || 12 de uirtute **Pb** || 13 uocatur **Pa** || 14 DECORO *om.* **Pb** | pulchritudine **Pb** pulchritudo **Pa** pulchritudines **M** || 15 mitigat/// **M** | speciosus] sonus **Pb** | pulchritudo **MPa** || 16 zeuma **MP** zeugma ab inferioribus **L** || 18 tu *om.* **L** || 19 Impulerit **M** | mutauit *corr.* *ex* mutat **M** || 20 SEV PANDIONIO *om.* **M** | Pandionium . . . Erichthonii *om.* **P** | Pandionio **M** || 21 erichthonii seu pandionio **M** | Tereus] Zetus **Pb** terus **Pa** | ferax **Pb** || 22 Itone *om.* **MP** || 23 it(h)oneus **LMP** | et] atque **L** | alcomenae **Pb** alchmenae **M** Alchemoneae **L** alchonee **Pa** || 24 baccilidis **M** baccillide **Pa** | ithonomiam **Pb** | *cf. poet. lyr. ed. Bergk III⁴ p. 577*

Itone. ergo Mineruam ab oppido cognominavit, quod est in Macedonia, ubi eius antiqua est aedes, uicina Boeotiae, in qua Itonus regnavit, Herculis filius et Paphies.

722 TRITONE fluvius uel palus in Libya, in qua Minerva dicitur nata, sicut Lucanus affirmat. unde Graeci eam Mineruam Tritogeniam uocant.

724 INTEMERATARVM participium sine uerbi origine.

726 PARTHAONIS Parthaon Oenei pater fuit, auus Tydei.

727 MARTIA PLEVRON constat Tydei genus a Marte defluere, ut idem ait <I 464>: 'Marti non degenerare paterno'. nam Meleager Martis filius fuit. Pleuron Aetoliae ciuitas prope Calydonem, Marti consecrata. alii regionem Calydoniorum dicunt. Pleuron Martia, quia ibi maxime Mars colitur.

728 AVREA cum in media urbe tibi aedem dicauero, in tantum templi altitudo tolletur, ut et Ionium mare et Echinadas insulas Acheloumque despicias. harum insularum Lucanus meminit <VI 363 sq.>: 'et tuus, Oeneu, paene gener crassis oblimat Echinadas undis'. in Acheloo enim, Aetoliae fluuio, tres insulas his nominibus natura con-

1 ab Ithone L ithonie Pa || 2 antiquę sunt M | uicinę M || 3 in quibus M | regnavit Antinous L | anthonius Pa thonus Pb athon M Itonus Kohlm. || 4 in² om. Pb || 5 IX 354 | unde] bene Pb || 6 eam] eciam M | Mineruam om. L | post uocant in M secuntur haec: Sed alcius intuentibus tritonia uocari uidetur q̄asi tritonia (tritonia Pe ad. u. 237) idē tercia notia (noticia Pe) scire uidelicet dñm mundū et animam; nam haec oīa sapientia colliguntur; que intelleguntur p mineruam; Vel tritonia dñ. ἄΝΟΤΟΙ ΤΡΗΘΗΝ. i. a terrore || 7 intemerata Pa Intemeratarum superscr. i. infatigabilium M || 9 MARTIA suppleui | PLEVRON om. L || 11 fuit om. MP | pleuron quia Pb || 12 consecrata LPb cūsecretā Pa || 13 calidonorum Pb || 14 maximus Pb | maxime ibi diem colebatur M || 15 cum] TVNC L. Kohlm. | tibi] ubi L tibi diem Pb | dicabo Kohlm. || 16 tollitur Pa corr. in tolletur M | et¹ om. L || 17 echinidas MPb | despiciat Pb | ha insula Pa || 18 et] ut L | tuus . . . crassis om. L tuum sine upe crassis Pa || 19 undas Pb unde Pa | enim] autem M || 20 Aetoliae om. L

stituit: Artemita, Agalia, Megale — Ouidii quoque celebratas carminibus.

732 HIC EGO MAIORVM PVGNAS maiorum sui generis scilicet.

734 ARMA THOLIS Virgilius <Aen. IX 408>: 'suspens⁵ diue tholo'. tholus est in media templi camera locus, in quo uouentium primitiae aut exuuiæ figebantur.

737 ACTAEAS Athenienses, quia Athenarum iuxta litus sita sunt secreta nemorum loca. ut Virgilius <Aen. V 613>: 'in sola secretae Troades acta'. ET AB ARBORE 10 CASTA oliua siue lauro. pro inuentore id, quod inuentum est. nam casta non est olea, sed Minerua. aliter: castam arborem dixit, quæ post quinquennium Athenis Mineruæ offerebatur. [tam pestilentiae ciuitatem quam uerbenam nominant, in qua omnium frugum pomorumque 15 primitias obligabant, ut Cratinus ait.] hanc igitur castam arborem dicit, in qua purpureis nexibus omnia supra dicta pendebant, quæ tamen interiectis duobus pedibus candida fila discriminant.

740 ARCANVM NVNQVAM INSPECTVRA PVDOREM arcanum 20 pudorem dicit aut eius simulacrum uerum, id est Palladium, quod illicitum erat cernere — quo quidam quondam uiso priuatus est uisu — aut uirginitatem eius. ergo, si sic est, inspectura pro rimatura uel inquisitura accipitur.

741 TV BELLIS TV PACE FERES bellorum potens, quod 25 proprium est Mineruæ.

1 Artemites LMPa artemtes Pb Artemita Kohl. | megale Aggallia M | Aggallia L agallia P | megalei Pa | *metam.* VIII 587 sqq. | queque Pa | celebrate MPa || 2 carminibus celebratas LPb || 4 scilicet om. Pb || 6 tholos M | tholum L tholū MP tholus Kohl. | medio MPb || 7 in qua Pa | figebantur Pb || 8 Eteas Pa atheas Pb | littus LPb || 9 ut om. M || 10 insula MPa | secreta M | Troadas L || 11 p inuentorem MP || tam . . . ait om. P | ob liberatam pestilentia ciuitatem Le fortasse recte. an latet VITTAS? || 16 Crates π. 'Arr. dial.? Vsenes in marg. editionis Lind. | igitur] ergo Pb || 17 dicit om. Pa dicit id est L || 18 pedibus om. Pa || 20 schol. om. P | ARCANVM om. M || 25 ferens Pb || 26 est om. Pb | Mineruæ] ei M

742 NON INDIGNANTE DIANA semper tibi de primitiis sacrificabo, nec mihi, sicut solet, Diana indignabitur. occulte historiam tangit, ubi Diana contempta in sacrificio immisit aprum, qui Calydoniam regionem uastaret.

5 COMMENTARIVS IN LIBRVM III.

Conquestio Eteoclis de tarditate quinquaginta mis- Lind. p. 81
 sorum. Maeonis aduentus et caedis indicium. indignatio
 regis. mors Maeonis et eius a rege interdicta sepultura.
 profectio lugentium matrum ad locum caedis et cadauerum
 10 funeratio. de Thebanis malis conquestio et regis iniu-
 stitia. Iouis imperium Marti, ut Thebana bella suscipiat.
 Veneris querela apud Martem de Thebanis. Martis re-
 sponsio pro Thebanis. regressio Tydei uulnerati et eius
 hortatio ad bellum. Polynicis allocutio pro iniuria Tydei
 15 affectionisque obliquae. curatio Tydei. descriptio solis
 occidentis et orientis noctis. descriptio Martis bellum mo-
 nentis. captatio auguriorum ab Amphiarao et Melampode
 in monte Aphasante et omnium signorum descriptio. allo-
 cutio Capanei iniuriosa contra Amphiaraum et religionem.
 20 Argiae apud patrem allocutio et belli postulatio. patris
 responsio permulcentis.

1 PERFIDVS aut quia regnum negauit aut quia contra Lind. p. 82
 ius gentium legato parauit insidias. docet enim poeta
 malorum conscientiam esse peruigilem, quippe Eteocles,

4 inmisit MP || Explicit argumētū pars III^a incip̄ Pa || INCIP̄
 LIBER III M || 7 nuntium L || 10 et om. Pb || 11 bella] mala Pb ||
 12 de Thebanis apud Martem L || 14 oratio Pa | adlocutio M ||
 15 affectionis LMPb affectionesque? | solis ... descriptio om. Pb ||
 17 auguriorum ... Melampode om. Pb | Melampode Kohlm. Mena-
 lippo LMPa || 18 Aphasante Kohlm. Aphasante L aphasan M apha-
 sant Pa aphasam Pb | adlocutio M || 19 iniuria superscr. os M |
 et deorum religionem Kohlm. e Colbert. || 22 regn. neg.] re-
 gnauit Pb || 23 gentum Pa | parauit legato Pb | enim om. Pb

quamuis adhuc stellis labor supersit, ut ascenso axe perueniatur ad lucem, tamen otia somni non accepit. Ouidius in libro secundo <met. II 775 sqq.>, ubi describit Inuidiam:

Lind. p. 88

'Pallor in ore sedet, macies in corpore toto,
numquam recta acies, liuent rubigine dentes, 5
pectora felle uirent, lingua est suffusa ueneno.
risus abest, nisi quem uisi mouere dolores,
nec fruitur somno uigilantibus excita curis,
sed uidet ingratos intabescitque uidendo
successus hominum, carpitque et carpitur una'. 10

2 ANCIPI TI uel propter noctem ancipitem, cum ipse anceps esset, uel ancipiti media. notanda figura anacoluthon. secundum Sallustium: 'qua nocte ipse fiebat anceps'.

4 SCELERISQVE PARATI prima enim sceleris nostri poena 15 est cogitatio. ut Iuuenalis <XIII 2 sq.>: 'prima est haec ultio, quod se iudice nemo nocens absoluitur'. constat ergo malorum conscientiam semper esse peruigilem.

6 EI interiectio timentis.

8 ANIMVMQVE REPENDIT non cogitabat contra numerum 20 tantorum unius subsistere posse uirtutem.

9 NVM REGIO DIVERSA VIAE proponit sibi, quod fieri potuit aliter, quam ipse mandauerat. ideo autem laudandus Tydeus, quia, quod fecit, nec metuens potuerit suspicari. 25

10 AN SCELERIS DATA F. P. V. id est uiolatae legati-
onis sanctimonia, uel quod religiosum officium legati pe-

1 aut Pa | ascendo M accenso Pb || 2 lucem om. Pb | somnii M sompnum Pa om. L | accipit Pb || 3 in om. LPb | libro om. L | secundo Pb II LM b. Pa | inuidam LPa || 4 sed Pa | in om. Pb || 5 Nusquam LPb Ouidius numquam MPa | robigine Pa r. M || 6 ferent Pb || 7 nisi om. M | que uisue Pa | fecere Pb || 8 uigilacibus Ouidius || 9 intabescit M || 10 carpiturque Pa || 11 ancipiti tibi Pa | ancipitem om. L || 12 notatur M || 13 salutem Pb | uide Maurenbrecher histor. reliq. II p. 162 | fidebat Pa || 15 scelerique Pb | nostri sceleris L || 16 hec est MP || 19 HHI LPb || 21 substinere Pb || 22 non Pb || 24 q3 q3 Pa || 26 F. P. V. om. LP | auolate Pa || 27 religiosi Pb

teretur insidiis. tertium, quod suspicatur, tale est: dicit quippe a finitimis ciuitatibus Tydeo aduersus insidiantes esse subuentum.

13 ET CHROMIS ET DORYLAS Dorylas saxo periit inter
5 illos quatuor, quos uno ictu dicit esse prostratos. Chromis inter sacra uulnere prostratus occubuit.

17 HEV SEGNES uere segnes, sicut confixerunt et ab uno uincuntur.

22 IAM PVDET INCEPTI nam pudet ad praeteritum
10 spectat, piget ad futurum. et licet una paene sit significatio, tamen dicimus 'piget me illud facere', 'pudet fecisse'. unde et interdum — apud Sallustium praecipue — simul ponuntur.

23 ARBITER ALNO species pro genere. quilibet arbiter
15 est magister id est gubernator.

25 OLENI ASTRI progressus haedorum serenus, quod sidus pluuiale est in ortu et in occasu serenum aerem facit. ut Virgilius <Aen. IX 668 sq.>: 'quantus ab occasu ueniens pluuiialibus haedis uerberat imber humum'. sensus:
20 frustra nauigare compulit Olenii astri purior gradus.

26 HIBERNI SVBITVS IOVIS Arcadii, quod ibi fuerit capra, quae Iouem nutriuit, Amalthea.

27 CLAVSTRA TONANT cardines dixit, quia uoluuntur. ut <Aen. I 90> 'intonuere poli'. et quasi conuersum pos-
25 lum facit pondere congre|gatarum niuium. INCLINAT Lind. p. 84

ORION Iuppiter et Neptunus, cum ad Oenorionem regem in hospitium uenissent et ab eo liberaliter recepti fuis-

1 sufficiatur Pb | dixit Pa || 2 tides Pb || 4 Dorylas om. P || 5 quatuor om. LM | uno] suo Pa | tronis Pb || 6 inter sacra mendosum est || 7 si cōfixerunt LPb | fixerunt Pa corr. ex fluxerunt M || 9 schol. om. LP || 14 speciē L spes Pb | progenie superscr. er M || 15 est om. MPa id est L | id est MPb uel LPa || 16 oleni MPa || 17 occasu] hoc Pb hoc cau Pa | aere Pa | facit aerem Pb || 19 sensum Pb | oleni MP || 21 svbitvs om. L | Olenii dicit archadii M | arcadiiq; ubi Pb | fuerat L || 22 nutriti LPa || 23 sonant Pb | quia] q; Pa || 25 congregatorum Pa || 26 Oenopionem L Mythogr. enorionem MPa orionem Pb || 27 excepti L

sent, optionem dederunt, ut, siquid uellet, ab eis exposceret. ille liberos sine coniuge postulauit. cui Neptunus et Iuppiter imperauerunt, ut tauri corium, quem eis immolauerat, terrae infoderet. illi in eo urinam fecere, unde natus est Orion. qui cum Dianae stuprum inferret, illa Terrae ope scorpionem uindicem sumpsit. quem occisum Iuppiter in caelum transtulit. simili modo et Diana uindicem suum inter sidera collocauit. — mensis ergo Ianuarii tempus poeta describit, quo Orion in occasu est constitutus.

30 NESCIVS qui nesciret, non qui nesciretur. 10

32 MAERENTIBVS INCREPAT aut sollicitis, quibus nox maerore geminari uidetur, aut maerentibus dictis.

35 HYPERIONA PONTO cum primum oceano sol exit. ex Hyperione autem Graeci fabularum scriptores stulte natos esse finxerunt uenerabiles deos, Solem et Lunam, pariter et Auroram, sperantes ueluti stolidi homines, quia fallaciis superiorum numinum natiuitatis posset fides offerri ab his, qui non nouerunt nec mundum nec diem sine Sole Lunaque esse potuisse a primordiis rerum nec tanta lumina utero fuisse gestata. Hyperiona ergo non, ut Graeci

1 expectent (= expeteret) Pb || 3 imperarunt LPa | quem *superscr.* d M | immolauerat *corr. ex* immolauerunt M || 5 quam *corr. in* qui M | stupri uim ferret Pb stuprum inferre uellet L stuprum ferret Pa || 7 et om. M | diane Pa || 8 in celum collocauit Pb | ianuari Pb || 9 occasum Pb occassus Pa || 10 nesciret non qui om. Pa | qui² *corr. ex* que M || 11 INCREPAT om. Pb | sollicitus Pa || 12 maerore nox LP | geminare Pb *corr. in* geminari M || 13 primo P | cano MP || 14 hi(m)periona P | scriptores fabularum M || 16 ueluti MP uidelicet L | solidi Pb | *in restituendo loco corruptissimo imprimis M secutus sum* | quia M quia eorum Pe suis LP || 17 superborum Pe sup *superscr.* eorum M om. LP | numinum om. LP om. *superscr.* M | natiuitates L siderum P | fides om. *superscr.* M ante natiuitatis *praebet* Pe fidem post auferre P om. L | posset auferre se *superscr.* t offerri M potuisset offerri Pe posse auferri L posse se auferre Pa se posse auferre Pb | ab om. P || 18 qui om. Pa | non Pe om. LMP | neque . . neque Pb || 19 luna soleque Pb || 20 fuissent Pa | gestabat Pb | ut om. Pa

fungunt, Titanis filium accipiendum, sed simplicitate Latina explicandum est ambiguum Graecitatis: Hyperiona dicunt 'super omnia saecula'.

36 IMA FLAGELLATIS dicunt physici, quod suis fixa ponderibus in aere librata pendeat tellus. et omne graue cum pendet, si motum habeat, flagellatur. ergo terra cum in medio fuerat aere librata, motum passa est, suis flagellata ponderibus.

39 SEPTENAEQVE IVGO CONCVRRERE PORTAE Thebarum portas ostendit, quia dicitur Thebana ciuitas septem habere portas. unde a Graecis επτάπυλος dicta est.

40 ET PROPE SVNT CAVSAE quibus prodigia ista contigere.

42 HAEMONIDES hic est, quem Tydeus, ut victoriae suae esset testis, non est dignatus occidere. DVBIVSQVE NO|TARI tempus diei significauit et noctis, quo difficile hominis uultus ad perfectum potuisset agnosci. sensus: quamuis per obscurum nuntius agnosci non posset, quid tamen nuntiaturus esset, manifestis agnouerant signis. Lind. p. 85

44 LACRIMAS NAM PROTINVS OMNES F. id est: quis esset, adhuc ignorabatur, et tamen, quid nuntiaret, habitus et gestus eius prodiderat.

47 ABEGIT numerum per diuersa dispersit.

48 ET HIBERNAE quia signa tempestatis in lunae sunt cornibus constituta.

1. fungunt est Pb | Titanis filium om. P | latina simplicitate LP || 4 flagellatus Pa | ducunt Pb | quod om. Pb || 6 cum² quoniam Lc || 7 liberata Pa || 10 portas Thebarum LP | q3 Pa || 11 a om. LPa | septapilos Pa heptapolis Pb epta polos corr. in eptaphilos M | post dicta est secuntur in M haec: Thebe ergo egypti ciuitas a qua thebei ekatonpilos i. c. portarum. eadem fere leguntur in Mon. || 12 cūtingere Pa || 15 testis esset LP || 16 signauit L designauit P | quod L || 17 potuisset ad perfectum Pb | sensum Pb || 18 quamuis . . . agnosci om. Pb | non posset agnosci M | quod P || 19 agnouerunt Pb || 20 schol. uncis seclusit Kohlm. | f. om. LP || 21 ignorabat Pb | qui Pa quod M | nuntiasset M || 23 abigit Pb | diuersa M | dispergit Pa || 24 Ety-mone Pa | q3 Pa qui Pb qua add. si M || 25 cornibus sunt L | post constituta in L secuntur: DOMINO. id est hero.

52 TAVROS comparatione ergo tauros dixit, aut quia solent tauros lupi uincere.

55 TOLLVNT CLAMOREM tantum clamorem tulerunt, quantus fit in ciuitate ab hostibus capta aut naufragio iam carinam mergente.

63 VAGA LVMINA absolute stellas dicit, ut sit generaliter, aut quinque planetas Saturni, Iouis, Martis, Veneris et Mercurii. ceterum Sol et Luna non sunt stellae nec ex planetarum numero, sed totius mundi duces ac domini.

64 ET TE MALA PROTINVS ALES quoniam manu sua 10 erat periturus, ait 'mala ales' id est malum augurium. quotienscumque enim ales feminino genere dicitur, malum
 Lind. p. 86 por|tendit augurium, ut Horatius <ep. X 1>: 'mala soluta nauis exit alite', masculino autem bonum demonstrat, ut Virgilius <Aen. XII 247>: 'namque uolans rubra fuluus 15 Iouis ales in aethra'.

67 IGNARA MOVERI ATROPOS quae ab his, quae semel mortalibus statuit, moueri non possit. ut Virgilius <Aen. VIII 334>: 'Fortuna omnipotens et ineluctabile Fatum'.

69 PRODIGA VITAE PECTORA quemadmodum fortunarum 20 prodigus dicitur, qui patrimonium decoquit, ita et uitae prodigus, qui non terretur exitio, sed uitam prodigere uult id est effundere. pectora autem dixit nihil horrescentia.

71 ASPICIAS utar, inquit, libertate, qua non utitur, nisi qui mori paratus est. ut Virgilius <Aen. X 881>: 25 'desine, nam uenio moriturus'. et hoc clamore pronuntiantium. hic enim uerbis satisfacit dolori suo peritura libertas.

1 comparationem M(P) | ergo] om. L ero corr. in uero M | latetne comparationis ergo? || 4 quantum Pb | fuit Pa || 5 carina LPb carinā Pa corr. ex carina M || 7 aut om. Pb | Iouis] unus/// M || 8 et sol et Pa || 10 id est quoniam Pa quem M || 11 ait] aut Pb || 12 enim om. Pb | dr̄ genr̄ M || 15 rubra om. LMP | filius M fluuis Pb | aethera L || 19 Fatum om. Pa || 20 fortuna Pa || 21 qui . . . prodigus om. Pb | uitę prodigus dicitur Pa || 22 prodigere Pa || 23 effundere LMP finire Pc | dicit L | nil LP || 24 quia M || 25 est om. Pb | ut om. LPb || 26 iam MPb | pronuntiando Pa

72 MOVISTI aut ius legationis aut iura pietatis aut legationis leges.

73 GLISCIS hic 'cupis' significat. id est cupiditatis tuae crescit incendium.

5 75 TE DIRO HORRORE VOLANTES q. a. integer se oculis tuis ingeret numerus occisorum. et dicendo 'quinquaginta animae' se quoque optima uirtute iunxit occisis. VOLANTES quasi circa ora tua uolabunt et ingerent se oculis tuis. sapientes dicunt nocentium esse poenas, si quasdam figuras cum uiderint, timeant. ut Virgilius <Aen. IV 386>: 'omnibus umbra locis adero', et ut ostenderet hoc sceleratorum esse supplicium, adiecit: 'dabis, improbe, poenas'.

79 ET NON CVNCTATOR INIQVI qui iniusta omnia poterat sine dubitatione complere.

81 PROTVRBARE ne conuiciaretur regi aut se certe iuste percuteret.

82 ET NVNC TRVCIS ORA TYRANNI quasi utrumque aspiciens, quid esset fugiendum, quid dulcius uideretur, ferrum aut tyrannus.

84 IMPERDITA TYDEO PECTORA id est quae Tydeus noluisset occidere. Virgilius <Aen. X 430>: 'et uos, o Grai imperdita corpora, Teucri'.

85 EREPTA FATA in proelio paulo ante dilata.

25 87 TE SVPERIS FRATRIQVE eclipsis figura. deest enim 'relinquo puniendum'. quasi festinus in uulnere orationem

1 aut ius legationis *om.* L | pietatis iura L || 3 hic *om.* Pb | significat *om.* Pb || 4 indicium M || 5 q. a. *om.* LP || 6 ingeret ... oculis tuis *om.* Pb || 7 animose se L || 9 nocentium LP || 10 unde LPa || 11 hec Pa || 12 improbe Pa || 14 INIQVI ... dubitatione *om.* Pb | quia L || 15 est complere Pb || 16 PERTVRBARE L per turbatne Pb | conuicia faceret in regem L | regem Pa *corr. ex* regi M | certe *om.* iniuste L || 18 ORA *om.* Pb || 19 esse Pa || 20 an Pb || 21 Inperdita MPa | qui Pb || 22 Virgilius *om.* P ut M || 23 grai Pb | inperdita M | pectora Pb | Teucrum L || 25 Ellipsis L eclipsi Pb | deest] est Pb

implere non potuit. ut Virgilius <Aen. IV 76>: 'incipit effari mediaque in uoce resistit'.

88 DOLORI PVGNAT contra dolorem repugnat, ne putaretur sentire, cum moritur.

Lind. p. 87 92 TVRBATAQVE MVSSANT bene 'mussant', quia nulla 5 loquendi libertas est sub tyranno. ut Virgilius <Aen. XI 344 sq.>: 'cuncti se scire fatentur, quid fortuna ferat populi, sed dicere mussant'.

94 ET TORVVM id est adhuc toruum, adhuc minantem. Sallustius de Catilina <61, 4>: 'ferociam, quam uiuus 10 habuerat, in uultu retinens'.

95 LAETATI non diu gauisi, quod rediit, quia statim se peremit.

97 PACEMQVE SEPVLCRI quia dixit inquietam illis fore animam, qui ferro pereunt aut insepulti remanent. 15

98 NEQVIQVAM bene 'nequiquam', quia secundum Epicurum nihil mortui sentire uidentur. unde Virgilius <Aen. II 646>: 'facilis iactura sepulcri'. quorundam enim opinio est animas cum corporibus interire, ut Lucretii. iuxta hos 20 homini sepultura nihil prodest.

100 PASSVRE SITVM obliuionis mala minime patieris. unde Virgilius <Aen. IX 446 sq.>: 'si quid mea carmina possunt, nulla dies unquam memori uos eximet aeuo'.

102 SANCIRE VIAM uiam dedisti, per quam contemnendo regiam potestatem ad libertatis possimus insignia peruenire. 25

1 implere M complere Pb || 2 affari Pb || 3 repugnat om. Pb pugnat M || 5 que Pa qua M || 7 quod MP || 9 et om. L | id est om. Pb || 10 de Catilina om. L | uiuus om. in uultu habebat adhuc retinens Pb || 12 qua M | quia corr. ex qua M et Pb | se statim LP || 14 SEPVLCHRI LM | qui P | dicit Pb || 15 quia M | perierūt Pb || 16 NEQVICQVAM . . . nequiquam L | que Pa || 17 unde] ut L || 18 sepulchri LM | quorundam LP || 19 ut om. Pb | lucretius M Lucret. LP || 19 iuxta hos homini Barth. | iusta LPb iusti M iux Pa | hos om. LMP quae Lc || 20 hominis LMP || 21 passura fatum Pb | malum Pb || 23 exhibet Pa corr. ex eximet M || 24 uiam om. Pb | dedisti M dicit LP | contendo Pb || 25 insignia possimus L

105 LAVRO SVA propter Daphnen dicit, cuius arborem aeternum uiuere uoluit pro perpetuitate amoris sui.

106 ET NEMORVM DODONA PARENS in Chaonia regione, quae pars est Epiri, Dodonaei Iouis templum esse dicitur
5 notum numinis reuerentia, ubi duae columbae fuisse dicuntur sedentes super duas quercus et responsa dantes, exprimentes in mutis animalibus, quod homo adorare uellet. et postea una earum transuolauit Delphos, quae ciuitas in regione Boeotiae est iuxta Parnasum montem
10 eiusdem regionis, ibique Delphici Apollinis oraculo opinionem parauit. altera Ammonis Iouis templum in Africa tenuit. Dodonaeum igitur fuit oraculum Iouis in Epiro, ubi de quercu columba hominibus responsa dabat.

107 SVSPENDERE sollicitos facere. ut Virgilius (Aen.
15 III 372): 'suspensum numine ducit'. sensus: otia habebunt oracula te mortuo, hoc est propter tuum interitum conticescent.

109 ELYSIAS hunc solum de Thebanis dicit Elysios promeruisse campos, ceterum pro meritis scelerum nullam
20 ad Elysios campos animam Thebanam peruenire.

113 ET NEMVS ET TRISTIS VOLVCRVM REVERENTIA SERVAT

1 schol. hoc loco om. post schol. u. 107 praebent MP | LAVROQVE (om. SVA) L | daphnin M daphnem Pb dāpnū Pa | dicit om. MP || 2 uirere L | post amoris sui in M leguntur haec: in eius namq; laurum tutela ascribunt. unde eum amasse daphnin penei fluminis filiam. et unde laures nasci posset nisi ex fluuijalibus aquis. maxime quia eiusdē penei fluminis ripē habundare dī. at uero amica apollinis ob hanc rem uocata est quia illi qui de somniorum intertēptatione scriperunt dicunt quod si laurum dormientibus ad caput posueris uera somnia eē uisuros. similia praebet Pc cf. Kohlm. Neue Schol. p. 6. Myth. II 23 || 3 et . . . regione om. Pb || 4 est pars Pb | esse templum Pb || 5 nominis Pa || 7 mutis corr. in multis Pa | quid L || 8 earum | ex Pa | transuolat Pb || 9 est in regione tratis Pb | est om. L || 11 Hammonis LPb amonis MPa || 13 omnibus Pa || 14 ut om. Pb || 18 ELYSIOS LPb || 20 thebanam animam M | prouenire P || 21 tristi M P | SERVAT . . . reuerentia om. Pb

aut quae mortuo exhibetur reuerentia, aut quod ore prohibebantur attingere.

- Lind. p. 88 116 QVISQVE SVAS AVIDE ad suas quisque lacrimas, id est quas de suis habituri sunt. et est uerbum sine praepositione. ut Sallustius: 'radicem montis accessit'. 5
- 118 SOLANDI STVDIO quorum licet nemo fuisset occisus, tamen solandi gratia sequebantur.
- 121 INFAMES SCOPVLOS aut Sphingos caedibus notos, aut quia illic a Tydeo quinquaginta confossi sunt. ut Horatius <car. I 3, 20>: 'infames scopulos Acroceraunia'. 10
- 124 ACCENSA id est suorum cadaueribus uisis.
- 126 LVCTVS ATROX hoc totum poetice incorporauit.
- 128 PROCIDVAE paene cadentes id est ruentes in faciem.
- 129 LVMINA SIGNANT id est claudunt oculos mortuorum.
- 131 NEQVIQVAM quia mortuis nullus doloris sensus est. 15
- Lind. p. 89 134 MAGNA PARENS IUVENVM ibat enim ad sepulturam duorum. IDE nomen est mulieris, cuius duos filios geminos a Tydeo diximus interemptos. ergo Graeca declinatio: nominatiuus 'haec Ide', <genetiuus> 'huius Ides'.
- 135 SVBLATA COMAM squalentem comam sublatam 20 habens.
- 137 TERROR INEST LACRIMIS id est prae dolore luctus coeperat esse terrori. sexus oblita quippe uirorum fortium mater durauerat.
- 138 VOLVTANS πάθος doloris a facto. 25

1 quae] quia L | quia L || 3 SVAS om. Pa | AVIDE om. MPa
id est Pb || 5 fragm. inc. 159 Gerlach., 6 Kritz. | excessit L ||
7 gr̄a add. in M | sequantur Pb || 8 aut Sphingos . . . scopulos
om. Pb || 9 quia] q3 Pa | illi M || 10 infame^s M | acrocerauniae
M || 12 incorporauit] INVENTAQVE MONSTRANT CORPORA Lc ||
13 paene] quasi Pb | irruentes L | in ferem Pb || 15 NEQVIQVAM
LP | quia] q̄ Pa | nullis M | sensus est doloris Pb || 17 est om.
Pa || 18 declinatio] de libro Pb || 19 nominatiuo LP | hic Pb
om. L | genetiuus om. LMP || 20 squalentem corr. ex squali-
tatem M | sublata Pa || 23 terror. Sensus L | quidem L | duorum
uirorum fortium. Pb || 25 dolores MPa dolorem Pb | fato Pb
corr. ex facto M

139 OMNIQVE IN CORPORE PLANGIT omnia putans filiorum esse cadauera per errorem lamentabatur per singula corpora.

140 THESSALIS HAVT ALITER BELLO GAVISA R. sic etiam in Lucano <VI 624 sqq.> maga uidetur esse descripta, recens cadauer quaerens occisi hominis. constat enim animas eorum, qui olim defuncti fuerunt, reuocari non posse.

141 CVI GENTILE NEFAS id est cui proprium hoc et facile est, quia omnimodis suae gentis est crimen hominem reuocare. ut Virgilius <ecl. VIII 98>: 'saepe animas imis excire sepulcris', ut in corpora iterum hominum redire compelleret.

142 MVLTIFFIDA multifarie fissa.

144 EXPLORAT MANES innoxia uirorum. BVSTO mortuo uel cadaueri.

145 QVERVNTVR id est dolent sibi requiem tolli.

150 LACRIMISQVE OCULI obducuntur enim oculorum uisus humore lacrimarum. qui ubi profusus fuerit, reddit aspectum.

152 TVOR pro intueor. EXTREMO IN FINE LIGAVIT memor poeta superioris descriptionis. ait enim <II 637 sq.>: 'exit et in fratrem cognataque pectora ferro traicit'.

155 TANGERE aequare, contingere.

156 TITVLIS titulus est memoria bonorum factorum,

2 cadauera contra per Pb || 4 HAVD LPa aut Pb | bella P | R. om. LP || 5 magna P || 7 eorum] quorum Pb | ex longo olim tempore Pa olim longo tempore Pb | disiuncti Pb | euocari LPa euocare Pb || 9 hoc est Pb | hoc ... est om. Pb | et om. MPa || 10 q3 Pa | omnis malus P omnis malis M | gn̄is Pa || 11 renouare Pa | imis animas Pb || 12 corpora corr. ex corpore M || 13 compellat Pb || 14 id est multifariam Pb || 15 uulnera innoxia Lc || 16 uel] ut Pb || 17 id est om. Pb | requiem sibi Pb || 18 oculi corr. in oculis M | deducitur Pb || 19 perfusus Pb | rediv Pa reddi Pb || 20 aspectu Pa || 21 intuo LP || 23 Fixit L | et om. Pb | telo conserit Statius || 25 TITVLIS ... mortuorum om. M | est om. Pa | beneficiorum Pb

qui solet superponi tumulis mortuorum. ANTEIRE PARENTES Nioben specialiter tangit.

157 DEXTRAQVE in sorte prospera.

Lind. p. 90

158 QVIS STERILES THALAMI quibus thalami infecundi.

ET NON VLVLATA LVCINA id est non inuocata parturientibus prae dolore. ut Terentius <Adelph. 487>: 'Iuno Lucina, fer opem, serua me, obsecro'. quanto melius, inquit, cum illis agitur, quae propter sterilitatem suam non subiacent orbitati.

160 CAUSA LABOR mire dixit, ut liberos cum labore genuisse uideatur, quos nunc cernit extinctos. laboravi ergo, ut infelix fierem. IN LVCE PATENTI publice, honesto interitu. quia nocte occubuerunt nec luce pugnantes, ubi uirtus potuisset uideri. [alii: querela, quod inglorii nocte perierunt.]

161 AETERNAQVE quae essent apud omnes gentes memorabilia.

163 NVMERANDAQVE quia inter paucos nec in magno proelio concidistis [aut quia nocte perempti fuistis].

164 ET SINE LAVDE quia non inter cuneos hostium nobilis est datus interitus.

167 INDISCRETIQVE SVPREMIS una uobis traditur sepultura, quos nec in morte fata discriminant.

169 DIGESTA id est dispositis cadaueribus urnisque iam cognitis.

171 PVERIQVE RVDES aut aetate breues aut malorum ignari.

172 PACTVM sponsum. ut Virgilius <Aen. X 722>: 'et pactae coniugis ostro'.

2 niobem Pb || 3 in] id est L || 4 infoecundi LMPa inficiendi Pb || 5 id est] dea Pa dea id est Pb | uocata Pb || 8 qui Pb || 11 nunc om. MPa | uidet Pb || 12 ergo] enim M | in om. Pb || 13 q; Pa || 14 alia LPb | ingloria Pa | nocte inglorii Pb || 16 -qve om. LP | gentes om. Pa || 18 qui L om. Pa || 19 proelio om. Pb | concidistis Pa concideris Pb | qui Pa | fuistis om. P || 20 q; Pa || 21 nobis Pb | est om. Pa || 22 SVPREMIS om. MP || 25 conditis L || 26 aut¹ om. M | ad etatem M || 29 ostro om. LPb o. MPa

176 GRANDIOR AEUO quo in loco Aletes aeuo grandior lugentibus ante rogos suos gemitus solabatur.

179 SAEPE QUIDEM INFELIX haec oratio consolationem tenet, quae constat exemplis. ut Virgilius <Aen. I 199>: ⁵ 'o passi grauiora'. dicit autem nunquam tantam scaenam infelicitatis accidisse Thebanis. et ne contra praeceptum faciat, si infelicitatem carere dicat exemplo, ideo dicit <u. 191> unum diem posse istis cladibus comparari, quo Niobe quattuordecim filios uno momento ira numinum ¹⁰ perdidit. omnes enim reliquae historiae de Thebanorum calamitate, praecipue ex superioribus, bene iam notae sunt.

182 VNDE NOVI FETVS proprie fetus, quia fetus Lind. p. 91 terrae partus est. ut Virgilius <georg. I 82>: 'sic quoque mutatis requiescent fetibus arua'.

¹⁵ 185 CONSEDIT corrui, consumpta est. NEQVE FVNEREA putabat se occiso filio Learcho Athamas gloriam consecuturum, quem prae furore feram putauit. gloria-batur ergo insana mente uenationis euentu.

186 DE MONTE de quo Leucothea se cum Palaemone ²⁰ praecipitauit in fluctus.

188 HIC GEMITVS THEBIS talis qualis nunc est quinquaginta hominum clade peremptis.

189 FVROREM VICIT respuit ad hoc solum, ut agnosceret orbitatem.

²⁵ 190 EXPAVIT quia adhuc causam nesciebat.

191 VNA DIES prope est, ut haec infelicitas consolatione

1 eletes Pb || 2 gemitus *om. add.* M || 3 haec oratio] hoc ideo Pb | consolationis Pa || 4 continet L | quod Pb || 5 tam Pb tanta Pa | obscenam Pb scenam L *superscr.* famā M scenam Pa || 6 infelicitatem Pb || 7 cauere MP | dicat] dixit P || 10 omnis Pa || 11 ex *om.* Pb || 12 sed unde Pb | q̄ Pa || 13 quoque] cum Pb || 14 requiescent MPa requiescunt LPb || 15 corrui *corr. ex* corrui M | FVNERA LPb funere MPa || 17 consequitur Pb || 18 sana mentis Pb | euentum M || 19 de . . . Palaemone *om.* Pb | se leucothea M || 20 praecipitauit in fluctus cum Palaemone L || 23 respuit Pb *superscr.* i Pa *corr. ex* respuit M || 25 nesciebat causam M

careat, si nihil unquam tale contigit. ideo subdidit exemplum. quia, ut Ouidius <met. VI 165 sqq.> ait, Niobe Latonam coli uetabat in se cupiens transferre honorem numinis, quod illam in utroque sexu liberorum se iactabat fetibus anteire. Tantalus autem Niobe, quia Tantali fuit filia. filii Niobes hi: Archemorus, Antegorus, Tantalus, Phaedimus, Sipylos, Xenarchus, Epinicos. item filiae: Astycratia, Pelopia, Chloris, Cleodoxe, Ogime, Phthia, Neaera.

193 INNUMERIS quia innumera orbitas cinxerat matrem, 10 ut nunc uirorum fortium caede circumuallabat orbitas ciuitatem.

194 CORPORA TOT quia pro numero filiorum rogos quoque mater extruxerat. RAPERET TERRA illa re raperet. nam hodie quoque Niobe sic pingitur: gremium 15 conferta tot natis, dum unum quemque amplecti manibus affectat.

196 LONGO EXAMINE id est turba.

197 INUIDIAM PLANXERE DEIS ut Lucanus <II 35 sq.>: 'et nullis defuit aris inuidiam factura parens'. 20

198 BINA PER INGENTES Thebae a ueteribus heptapylae sunt nominatae, quia septem portis ambiebantur. ut ostenderet Nioben quattuordecim habuisse filios, ait:

1 contingit Pa || 2 qua Pa | Niobe om. M || 3 transferri Pb || 4 hominis Pa | quod om. Pb || 5 foetibus iactabat anteire se L | autem om. Pb add. M | quia om. Pb quod Pa || 6 fuit om. Pb | niobe MPa | hii Pb 1 Pa | antogorus M || 7 phadimos MPb phadimus Pa | Siphylus L sipilos MPa siphilos Pb | Exenarcus Pa xenarcus M xemarcus Pb | Epinites L epinitos P epitinos M || 8 Asticratia LMPa astricatia Pb | Pelopeia L | cheloria MP | cleodore Pb | ogime corr. ex ogie M | Phega L phitia MPa phitia Pb || 9 Neera LP neⁿ////era M || 10 q3 Pa quia LPb qm M | cesserat Pb | ////unc M || 11 orbam Lc || 12 ciuitatem orbitas M || 13 q Pa || 14 queque P | mre struxerat Pb | illa terra Lc || 15 hodie quoque L hodieque Pa hodie Pb hodieque corr. in oblique man. 2 M | sic om. Pb || 16 completi M || 18 exagmine Pb || 19 TRAXERE L | diis M || 21 ab auctoribus L || 22 q Pa || 23 niobe MPa

bina funera per singulas portas efferebant. ut et hinc daretur intellegi Thebanam ciuitatem septem portarum exitu decoratam.

203 MOLOSSI Actaeonem dicit, qui mutatus in ceruum Lind. p. 92
5 putatur, quod Dianam nudam aspexerat, et a suis dicitur canibus laniatus.

205 IN SVBITOS REGINA LACVS Dircen significat, quam Amphion et Zetus, Antiopae et Iouis filii, tauro uinxerunt, de cuius sanguine fons natus est eius nomine decoratus.

10 SIC DVRA SORORVM ideo, inquit, illa non fleo, quia patientius fertur, quod fato accidit. nunc ergo quinquaginta isti regis uitio ceciderunt. sic Cicero in Philippicis <I 4, 10>: 'multa autem impendere uidentur praeter naturam etiam praeterque fatum'. ideoque poeta describit
15 illud fatorum fuisse, hoc non. de qua re magna quaestio est. sed si philosophiae inuestigemus arcana — si haec tamen talia credamus euenisse — reperire possumus hoc magis fato factum, quam per Eteoclis insidias contigit. quod enim deorum iracundiis extra fatum? licet enim
20 diis, qui ipsa fata senserunt, facere quod uelint. qui humanum genus hoc uinculo ligauerunt, ut iuuat suas uoluntates atque licentias. attamen si utrumque perpendas, et hoc de fato euenisse cognoscis. nam ut quinquaginta morerentur, per regis perfidiam contigit. et illa,

1 bine Pb | et om. P | 2 intelligi LP | 4 atheonem dixit Pb | ceruum corr. ex ceruam M || 5 aspexerat Pb || 8 letus Pa | Iouis et Antiopae L | iunxerunt M || 9 est natus L || 10 illa inquit Pa | illam Pb | quia om. Pa || 12 uitio om. Pa || 13 impendere M || 14 etiam om. LP | praeterque MP et praeter L | cf. schol. II 191 | ideo et LP || 16 si om. Pb | philosophice L || 17 tamen haec Pb | talia tamen euenisse credamus L | euenisse credimus Pb | hec Pb || 18 factum spat. uac. rel. om. Pb facto Pa | quod LMPa quam Pb | per om. add. M | contingit Pa || 19 quid Pb quid? || 20 qui M quibus Pb q; Pb quia L | sanxerunt Pb | quia L | obligauerunt Lm || 21 ut iuuat L ut iuret in Barth. nunc MP non Pa Gudian. || 23 hoc] hoc et illud L hoc illud P | de om. L | cognoscis L || 24 morerentur Pb | per om. Pb | perfidia Pb | contingit Pa euenit Pb

quae superius facta narrauit de Dirce, de Niobe, de Pentheo, de Agaone, de Actaeone, etiam decreti fuisse poteramus agnoscere. omne enim, quodcumque, fato moritur. ut Virgilius <Aen. X 467>: 'stat sua cuique dies'.

208 EXVIMVS perdidimus, tamquam quae tegerent aut 5 ornarent.

209 EXTREMA DOLEMVS sensus: cum nondum bella commissa sint, iam timemus extrema bellorum, quae nicti pati consuerunt.

Lind. p. 93

216 VNDE EA LIBERTAS quaeritis, inquit, quo uoto 10 Aletes crimina in regem libere congerat. uidet enim sibi et uitae finem propinquum et omne incolumitatis spatium esse translatum. et propter hoc, ne moriatur inglorius, quasi liber et constans, ut hoc de illo populus post loquatur, optat occidi. unde Lucanus <III 134 sq.>: 'ua- 15 nam spem mortis honestae concipis'.

221 BISTONAS ET GETICAS gentes Thraciae crudelissimae, ob quam causam Mars de Thracia esse dicitur. ut Virgilius <Aen. III 35>: 'Gadiumque patrem, Geticis qui praesidet aruis'. 20

223 FVLGINE CRISTATVM quod exibat de crista galeae infinitum luminis habens. eratque galea in morem fulminis cristis ornata.

224 TRISTIA quae quamquam essent aurea, tamen tristitia non carerent, ut esset terror in pretio. 25

225 TONAT AXE POLVS incertum, utrum poli axem an currus dixerit. sed rectius currus axem accipimus.

1 superius L regibus MP | fata Pb | de dicere P || 2 decretu M | poterimus L || 4 Virgilius om. Pb || 5 perdimus Pa || 8 extrema bellorum iam timemus Pb || 9 pacti Pb | consueuerunt LPb esueuerunt Pa || 10 EA] et P | uultu L || 12 et om. L | propinquum Pb | incolumitatis M || 13 hec M | me del. M || 14 quasi] qui Pb | de illo hoc postea populus L | populo Pa | poste Pb || 15 unam LPb || 16 concipitis L || 18 esse de Thracia LPb || 19 grandeuumq; Pb || 21 exiebat MPa || 22 lumen L | in modum L || 24 aura Pb || 25 crebant Pb || 26 an . . axem om. Pb || 27 currus²] currum L

226 AEMVLVS luce radianti par magnitudine.

230 SIC ENSE MADENS. AC NVBILVS IRA madentem sanguine gladium tenens aut ferens et furore tristis.

231 EXTVRBENT RESIDES FRENOS id est uincula legis
5 et foedera, quibus tenentur in pace. ut Virgilius <Aen. XII 568>: 'ni frenum accipere'. ET CVNCTA PEROSI quasi communis uerbi sit participium: ut 'perosus te' et 'perosus tibi'. Virgilius <Aen. VI 435>: 'lucemque perosi', alibi <Aen. IX 141 sq.>: 'non genus omne perosum fe-
10 mineum'.

233 ET FOEDERA TVRBA ante bellum enim Thebanum inter Argos et Thebas odia penitus non fuerunt.

234 QVAE DEDIMVS concessimus tibi longa otia subito bello turbare.

15 239 ADDE FIDEM ut nuntianti Tydeo credat.

241 NIGRAE infernae, quia bellorum.

242 COLVS pensa. notandum: plurali numero declinat^{ur}. AB ORIGINE MVNDI secundum illos, qui dicunt nascente mundo praefinita esse hominum fata.

20 243. IN PROELIA NATI quasi mundi haec constituta sint lege, ut hi populi bellis intereant.

246 ARCEM HANC AETERNAM inter ortum et occasum Lind. p. 94 omne quod medium est, meridies nominatur et est sedes deorum. unde illud est Graecum ἀ μεσότης ἀρετά id

1 luci L | pari Pb | per magnitudinē Pa || 2 sic . . . madentem om. Pb | sic om. M en Pa | ENSE] ipse Pa | AC] & M || 3 ferens aut tenens L || 5 tenentur corr. ex tenuntur M || 6 ni] tu Pb | accipe Pb || 7 te om. Pb || 8 tibi ut Pb | lucem (om. que) Pa || 9 perosos Vergilius || 11 ante] atq Pb | enim . . . odia om. Pb || 12 fuerant Pb || 13 QVAE] cui P | tibi] uel Pb | ocia longa LP || 14 bellū Pa || 15 nuntianti om. L | Tydeo om. P | credant Pa om. Pb credatur? || 17 nōtantū Pa notandū est Pb | declinatam L declinatam Pa declinata Pb || 19 mundum Pb || 20 nata Pb | mundi huius Pb || 21 populi hi L | hi om. Pa | bellis populi Pb || 23 uocatur L om. Pb || 24 unde et P | illis Pa | est illud L | Graecum om. M | ἀ . . . ἀρετά] sp. uac. rel. om. Pb ANNOTATE CAPETA L Anne tote capeta Pa anne tote /// capeta M (erasae sunt literae pa) corr. Reifferscheid (Philol. XXIV p. 157)

est 'aurea mediocritas'. inde facile apud Maronem Mercurius ad Atlantem uenit, quamuis <Aen. I 225 sq.> 'hic uertice caeli constitit'. intellegamus prope septentrionem.

247 ETIAM MIHI NUMINA FONTES ordo: testor Elysios fontes, qui etiam mihi sunt numina. ut Virgilius <Aen. 5 VI 324>: 'di cuius iurare timent et fallere numen'.

248 IPSE MANV THEBAS ut consoletur omnes, minatur Argiuis. constat enim timorem periculi accipere solatium, si hoc non solus quicumque patiatur.

250 VERTAM aut in mare traham aut diluuium conteram. 10

Lind. p. 95

253 MORTALIA CREDAS sic praecepto Iouis cuncta sunt territa numina, ut crederentur esse mortalia.

262 IAMQVE ITER EXTREMVM parte qua deficit caelum. ut Homerus <Il. I 591>: *ῥῆψε ποδὸς τεταγῶν ἀπὸ βηλοῦ θεοπεσίῳ* significans interuallum, quo terra separatur a caelo. <CAELIQVE ABRVPTA> sic et 'abrupta montium' dicimus. id est Olympi ardua. quod caelum dixere ideo, quia apex eius omnibus inuisibilis est. infra eum enim nubes sunt. ut Lucanus <II 271>: 'nubes excedit Olympus'.

263 NVLLA FORMIDINE nec mirum, quod Martis arma non timuit, quae irati Iouis temnere consuevit iras.

264 IAM IAMQVE RIGENTES erectas siue horribiles. ut Virgilius: 'riget horrida tergo palla'.

266 ACCLINATA IVGO incumbens. Venus super iugum

1 *Horat. carm. II 10, 5* || 2 *Aen. IV 238 sqq.* | sic *Vergil.* || 3 intelligimus L Pa intelligamus Pb || 4 & (om. iam) Pb | testor om. Pb || 5 etiam om. Pb | sunt mihi L Pa | Vnde L || 6 dii LP || 7 omnibus L || 8 timore P | pericula Pb || 9 hec non solum Pb | paciantur Pb || 12 esse om. L Pa || 14 PIERIO LOCETE ΤΙΣΣΥΝΛΙΟ ΒΕΛΟΙΣ ΤΕΧΝΟΙΟΙ L pieno loc ΤΕΤΛΥΝΛΙΟΒΕΑ M pieno axte tacto namo. Bunc te cincimj Pa *linea uacat Pb corr. Woelfflin. (Philol. XXIV p. 157)* || 15 significas Pa || 16 CAELIQVE ABRVPTA *suppleui ex coniectura* || 17 id est] & L | QVOD CAELVM DIXERE L *locus corruptus uidetur esse* || 18 infra om. Pb | eum om. L meum Pb | enim om. Pb || 20 quia M om. P | maritum matrem amata P || 21 natum Pb | iratum iouem timere Pa | iras om. LP || 22 Vt iam M || 23 est *Statii uersus: Theb. I 109 sq.* || 24 Adclinata MPb

vultum madentem lacrimis oblicum tenens, ut hoc habitu Martem in amorem suum magis magisque succederet.

269 SOCERO quia Cadmus Harmonien, Martis et Veneris filiam, duxit uxorem. iure ergo Martem socerum
5 nominavit.

273 CRIMINIS HAEC MERCES adulterii scilicet, quia spreto Vulcano cum Marte concubuit.

274 LEMNIACAE DE TE MERVERE CATENAE quibus in Lemno deprensa cum Marte uincta fuit. quamquam Veneris et Vulcani notissima fabula sit, breuiter tamen exinde
10 pauca perstringam. postquam filiabus Solis Venus amores immisit et singulae exitiali morbo detentae interiere, Vulcanus Mineruae consilio monile astu perfecit. nam consciam facti Mineruam indicant oculi Gorgonae, quos
15 dicit poeta <Theb. II 278> in illo monili gemmis insertos. fecit ergo monile pulcherrimum infausti ominis, quod dedit Harmoniae, cum Cadmo nuberet. cuius malo omine in dracones cum marito conuersa est. deinde hoc monile Semele gestauit, quae fulminibus Iouis absumpta est. inde
20 habuit Ino, quae, a marito Athamante occiso per furorem uno ex filiis Learcho, cum alio id est Palaemone se praecipitavit in mare, ut mariti insequentis uitaret insaniam. post habuit Agaue et ipsa filium furore percussit. hae omnes filiae Cadmi et Harmonies fuerunt. habuit et Io-
25 casta, quae per errorem filio nupsit. habuit et Argia, sed Eriphylae dedit, ut mariti proderet latebras.

1 obliquum LPb || 2 in . . . suum om. Pb | succederet P ||
3 qua Pa | cadmo Pa | hermoniē Pa heomionem Pb ermionā
M || 4 filia Pa || 6 adulteria Pb || 7 sumpto Pb || 9 deprehensa
LPb | et ueneris et Pb || 10 est Pb sit LMPa || 11 amores uenus
Pb || 12 inmisit Pa | singulae om. M | exiciale MPa || 13 perfecit
L percepit MPb precepit Pa || 14 conscia factum Minerua
LMP correct. ex Myth. (II 78) | Gorgonis L gorgones corr. in
gorgone Pb || 17 aermioniē M | ominis P corr. in omine M ||
18 dracone Pb draconē corr. ex dracones M || 19 assumpta L ad-
sumpta corr. in absumpta M || 21 ex filiis uno L || 23 post
hanc habuit L || 24 (h)ermione MP | fuerunt om. Pb | et om. Pb ||
25 argiua Pa || 26 eriphile corr. in eriphili M

276 SERVIT TAMEN IRA MARITI iam nec coniugii memor est, quae uocat crimen. amat dolor acerbare coniugium. ut apud Virgilium <Aen. IV 323 sq.> hospitem appellauit Aeneam Dido furore percussa: 'cui me moribundam deseris, hospes? hoc solum nomen quoniam de coniuge 5 restat'.

280 ARMA TIBI ut <Aen. VIII 433> 'Marti currumque rotasque uolucris'. TV aposiopesis. ut Virgilius <Aen. I 135>: 'quos ego'. AENA aerea id est fortia.

283 INFAVSTISQVE DABAS HYMENAEIS Hymenaeus puer 10 genere Atheniensis fuit. is cum annos puerilis aetatis excederet neque adhuc uirum posset implere, ea pulchritudine praeditus fuisse dicitur, ut feminam mentiretur. istum cum una ex ciuibus suis uirgo nobilis adamasset, ipse mediocribus ortus parentibus, quia nuptias desperabat, quod poterat tamen, puellam extrema amoris linea diligens satis animo solo satisfaciebat aspectu. cumque nobiles feminae cum uirginibus sacra Cereris Eleusinae celebrarent, subito aduentu piratarum raptae sunt. inter 15 quas etiam Hymenaeus, qui illam amatam fuerat subsecutus, qui puella creditur. cum igitur per longinqua maria praedam piratae uexissent, ad quandam regionem tandem deuoluti peruenerunt ibique somno oppressi ab insequentibus sunt perempti. Hymenaeus relictis ibi uirginibus reuersus Athenas pactus est a ciuibus dilectae 25

Lind. p. 96

1 CRIMINIS HAEC MERCES L recte ut uidetur | maritis Pa ||
 2 aceruare P corr. ex aceruice M || 3 Virgilius (om. apud) Pb ||
 4 me om. Pb || 7 ut om. Pb || 9 AHENA L aenea P corr. ex aena M ||
 10 INFAVSTISQVE DABAS om. MP | HYMENAEIS om. Pb || 11 athe-
 niensis fuit genere Pb || 12 pulchritudine P || 14 is . . unam . .
 uirginem nobilem L || 15 ante ipse correct. add. sed M | ortum
 Pb || 17 animo corr. in animū Pb | satisfaciebat MP faciebat
 L pascebat Pb || 18 eleusina Pb || 19 celebrabant M || 20 illam
 corr. ex illo M illo L | amatam corr. in amauit M | obsecutus
 Pb || 21 qui Kohlm. coll. Myth. III cui MP quod L | crederetur
 L || 22 piratae . . . tandem om. Pa || 23 tandem regionem Pb |
 perueniunt L Pa | obpressi M || 24 interempti L || 25 a ciuibus
 pactus est Pb | dilectae om. Pb

nuptias, si eis suas filias restituisset. quas ubi pro uoto restituit, exoptatam accepit uxorem. quod coniugium quia felix fuerat, placuit Atheniensibus nomen Hymenaei nuptiis miscere.

5 285 DE SANGVINE IACTAS propter quinque illos, qui de draconis dentibus nati sunt et occisis reliquis soli superfuisse dicuntur. qui condenti Thebas Cadmo socii fuerunt, id est Echion, Pelorus, Hyperion, Tydeus et Chthonius.

10 286 IOVIS SERIE GENVS Cadmi scilicet, cuius origo hoc ordine a Ioue descendit: Iouis filius Elus, Eli filius Belus, Beli et Libyae Agenor, Danaus et Aegisthus, Agenoris Cadmus, Cadmi Polydorus, Polydori Labdacus, Labdaci Laius, Lai Oedipus, Oedipi Ismene, Antigone, Eteocles, 15 Polynices.

290 ILLYRICAS ubi Cadmus fugiens infortunia Thebarum, existimans se loco etiam mutare fortunam, cum Harmonie coniuge uersi sunt in dracones in Illyrico. ut Lucanus (III 189): 'Encheliae uersi testantes funera 20 Cadmi'.

295 ET SACRA VOLVPTAS matheseos hic monstrauit. Lind. p. 97
si enim mixtus aliis sideribus Mars fuerit, uehementior truculentiorque fit, econtra si Iouis, bonus, si Veneris, supplex fiet.

1 filias suas L || 3 nuptiis Hymenaei LMP || 5 DE om. MP || 6 de om. M || 7 fuisse add. sup M | thebam Pa || 8 pelogus M peloius Pb | hympion Pa | t(h)ibeus MP Idaeus Myth. || 9 donios MPa denios Pb || 11 Iouis LM | ius aliter ios et (om. Pb) iouis P | Eleus L belus Pb | Elei L | filius om. LP || 12 uelus MP | ueli MP | et¹ qui Pb | Aegisthus] cf. schol. I 324 || 13 Cadmus om. M | Cadmi Polydorus om. P | Labdacus Labdaci L || 14 Laii LPb | ysmene M & Sineneae L sine nec Pa simenee Pb || 16 infortuna MPa | thebanorum Pa || 17 cum loco L | etiam loco Pb || 18 (h)ermione MPb harmonie Pa || 21 post matheseos 'scium' add. Barth. | haec? || 22 si corr. in sic M | Mars om. Pb | uehementior . . . Iouis om. Pb || 23 et contra Pa contra L | Ioui L | Veneri L || 24 supplex LP simplex superscr. sup M

296 VNAQVE FAX ANIMO pacem a Venere petiit, quia soli concessum est Martem domare. ut Lucretius <I 31 sqq.>:

‘nam tu sola potes tranquilla pace iuuare
mortales, quoniam belli fera moenia Mauors
armipotens regit, in gremium quī saepe tuum se
reicit aeterno deuinctus uulnere amoris’.

302 EXCIDERVNT propter metrum. ut <ecl. IV 61> ‘longa decem tulerunt fastidia menses’. PRIVS IN PATRVI prius perdam condicionem huius potestatis, quam aliquando mei sanguinis obliuiscar.

[303 EXARMATVS id est prius perdam immortalitatem, quam mei generis obliuiscar.]

304 SVPREMI summi. ut Terentius <Adelph. 196 F.>: ‘pro supreme Iuppiter’. iureiurando confirmauerat se omnium meminisse, et superest, ut queratur contra Thebanos aliquid moliri. per ueniam statum excusat. dicit enim se facere, sed coactum.

305 NEQVE ENIM VVLCANIA nunquam enim ad haec potest mitti Vulcanus. et opportune obiecit imbecillitatem mariti, ut amorem Veneris in se transferret.

311 CONCIPE CARA METVS id est nolo timeas excidium Thebanorum, qui non uincuntur ita, ut penitus pereant.

316 APERTO id est caelo.

318 IRA IOVIS id est fulmen. SI QVANDO quoniam hi montes tam finguntur altissimi, ut inter nubes potius delitescant.

1 una Pb | cui soli? || 2 ut om. L || 4 quoniam L quia MPb que Pa | uenia mauros Pb || 5 omnipotens P | quia Pa corr. ex qui M | se om. M || 6 reicit LPb | amoris L mauors M mauoris Pa om. Pb | uide Lucretium || 7 EXCIDERVNT L || 8 tulerant L tulere Pb || 9 quide/// superscr. perdam M | ciuitatis L || 11 schol. om. in marg. add. man. 2: id ē ... immortalitatem M | id est om. L || 13 ut Terentius om. M || 14 se omnium confirmauerat M || 15 querēti L || 16 se excuset L || 18 ENIM ... nunquam om. Pb | uulcanalia Pa || 19 et om. Pb || obiecit Pa probat Pb | imbecillitatem obiecit L eod. ord. Pa || 20 transferat Pb || 21 excidia P || 22 uincetur Pa | ita om. Pb || 23 id est om. LPb || 24 id est om. Pb || 25 ita ut L | potius] penitus Lm

320 ARMAVITQVE IN NVBE MANVM nubem dixit fulmen. ut Virgilius <Aen. VII 143>: 'ipse manu quatiens ostendit ab aethere nubem'.

321 TRISVLCA pro quadrisulca, quia fulmen ex quattuor
5 consistit: aqua, igni, nube, uento.

322 DITIBVS locupletibus id est fertilibus.

323 SIGNA DARE ut signum det aut perituras esse fruges aut nauigantibus imminere naufragia.

324 IAMQVE EMENSVS ITER transitus ad Tydeum.

Lind. p. 98

10 325 LEGIT praeterit. et est sermo nauticus. ut Virgilius <Aen. III 292>: 'litoraue Epiri legimus'.

326 STANT horridi sunt, aut certe pleni sunt puluere.

328 RETRO maciem indicat, quasi retro facies eius ducta sit.

15 333 SVPERBIT omne quippe gaudium, quod est nimium, nostri nos facit immemores. ideo dixit superbire uirtutem, sicut animum uirtutemque transcendat.

334 VACVA quod in ea solus iacet. quasi ad gloriam suae uirtutis exspectet superato hoste pectus habere con-
20 fossum. quem laus uictoriae et uicti gemitus consolantur.

337 ASOPON fluuius est Boeotiae. dicit autem omne spatium, quod inter Asopon et Argos interiacet, in bellum Tydei inflammationibus excitatum.

343 CREDERE SVADET Tydei relatione.

25 345 ET FORTE VERENDVS oeconomia opportuna. | quippe Lind. p. 99

1 Armauit M || 3 ad ethera P || 4 q M || 5 consistat Pb corr. in consistit M | igne M || 6 id est] uel Pb || 8 nauigantis Pa | naufragium Pb || 9 REMENSVS LP || 10 praeterit om. Pa | et . . . legimus om. M | ut om. LPb || 12 horrent L || 13 quasi] certe Pb | faciem Pb | eius facies M || 15 TVMET VIRTVS L | quod L qui Pa corr. in quia M quia Pb | nimium nostri est Pb est nostri animum Pa || 16 inmemores Pa | inmemores facit L(Pa) | dicit L | uictorem sicut si animo uirtuteque Lc || 17 sicut] quia Pb | transcendit Pb || 18 iaceat LP || 19 exspectat M spectet L | confusum Pa || 20 q3 Pb | consolatur LPa || 21 asopon MPa asopom Pb | omne om. L || 22 iacet Pb || 23 inflammationi Pb || 25 ET om. MP | VERENDOS LP | quippe om. Pb

hoc actum est occasione concilii, ne reuertenti Tydeo publicus deesset auditor.

350 AEQVVM FAS quia scelerati hac spe peccant, dum sperant deos criminum uindices non fore. ut Virgilius <Aen. VIII 7>: 'contemptorque deum Mezentius'. nam 5 sunt philosophi, qui, cum uideant naturae mala necessitate res contrarias ac pessimas in mundo parari, dicunt curam humanarum rerum penitus deos non habere. unde Virgilius <Aen. IV 379 sq.> Epicurum secutus ait: 'scilicet 10 is superis labor est, ea cura quietos sollicitat'. aut si omnino ad deum humanarum rerum pertinet cura, crudelis est. ut idem <ecl. VIII 35>: 'nec curare deum credis mortalia quemquam'.

351 AVT CVRA IOVIS quasi uiolatae hospitalitatis gratia deum hospitio praesulem uiolatum esse dixit. ut Virgilius <Aen. I 731>: 'Iuppiter, hospitibus nam te dare iura locuntur'.

352 SAVROMATAS AVIDOS Sauromatae ultra Pontum sunt uicini sedibus Amazonum, ad quos non peruenit potestas Romanorum. unde Iuuenalis <II 1 sq.>: 'ultra Sauromatas fugere hinc libet'. Sauromatas ergo Sarmatas dicit, genus hominum ad omne paratissimum scelus.

353 BEBRYCII NEMORIS Pollux cum Argonautis ad

1 hoc] quod Pb | consilii L | ne om. M | reuertente Pb reüteneo Pa narranti L || 2 deest Pa || 4 non pos. post dum MP | unde L ut de M || 5 meleneius Pa || 6 male P mala corr. in malä M | necessitatem P corr. ex necessitate M || 8 humana Pa. humanū superscr. ar M | deos om. MP || 9 epicureū Pa | scilicet om. Pb || 10 hic L his Pb | sollicitat LPb s. Pa sunt M | aut si omnino om. Pb || 11 ac Lc | ad eum MP | non pertineat Lc || 12 ne Pa || 13 credis deum Pa | credas L || 14 AVT om. MP | IVRA L | hospitalitatis uiolate Pb || 15 hospitii M hospiciū Pb | inuiolatum L om. Pb | dixisset L || 17 loquuntur LM l. Pb || 18 Sauromatas M saromatas Pa || 19 uicinis M | sedibus om. L | Amazonibus L amazonarum M amazona Pa | ad . . . Romanorum om. LP || 20 ut L | sauromatos M saromatas Pa || 21 libet et glaciale oceanum L | sauromatos M | sarmatas superscr. o M (uocem deleu. man. 2) || 22 ad omne scelus genus hominum paratissimum Pb || 23 BEBRYCI L

Bebryciam appulsus est, cum eum Amycus Bebryciorum rex ad caestuum prouocasset certamen: Amycus autem hanc consuetudinem semper habuit, ut insidiaretur in Bebrycio nemore, ubi, si quis forte aduena deuolutus fuisset, ab eo caestibus prouocatus occumberet. hunc Pollux eodem certamine superatum dicitur occidisse. hic autem Amycus Neptuni et Melopes filius fuit, quem Pollucem diximus prostrauisse. cuius mortem uindicturum cines cum Polluci instarent, Argonautae asserturi commilitonem suum in aciem processerunt uictoriamque Bebryciorum contulerunt. Bebrycia autem Bithynia est. ut Virgilius ad Daretis augendum uirtutis meritum dixit (Aen. V 372 sq.): 'qui se Bebrycia ueniens Amyci de gente ferebat'.

356 ARTAM COMPAGIBVS VRBEM muris ualloeque munitam. quia 'urbem' dicere iactantis erat, ideo adiecit 'artam' id est angustam.

358 NOCTE DOLOQUE VIRI quantae occasiones periculorum fuerint, Tydeus exponit: nox, dolus, ipse inscius locus et tam aperte uicinus.

360 VACVAM uiris fortibus exhaustam.

369 PARABAS ut huiusmodi mihi parares insidias, aut certe qualis Tydeus reuersus est, talis et ego ad Argos redirem.

371 GRANDE NEGAVI utique ego debui proficisci, ut frater plenum parricidii titulum possideret.

373 CAUSA TVMVLTVS ut Virgilius (Aen. IX 216): Lind. p. 100 'ne matri miserae tanti sim causa tumultus'.

374 RES DEXTRA LEVAVIT nec me, inquit, tantum ex-

1 bebricam Pa | pulsus Pb | rex Bebryciorum L || 3 in om.
 MP || 4 nemori LMP | aduolutus Pb || 6 aut Pa || 7 Melies L ||
 8 dicimus Pb | uindicturum Pb || 9 adsertori M assertori P ||
 10 precesserunt M Pa | uictorumque MP | tulerunt L || 11 dicta
 est L | ut om. Pb || 12 daritis Pa || 14 ARCTAM . . arctam LPb |
 murisque Pa || 17 periculum fuit Pb || 19 locus LMPa. loci Pb |
 uicinus Pa. corr. in uicinus M | scribendum puto: et tamen
 aperte uicinus || 22 ad argos . . . 371 . . ego om. Pb || 27 neu
 Verg. | matris MPa | doloris Vergil.

tollit coniugii repentina felicitas, ut nesciam, quam sit durum quietos homines ad bella compellere. hoc autem mire anticipat, ne postea ipse culpetur. alioquin nullus magis bella desiderat. agitur quippe de eius imperio.

375 QVAM TRISTE REVELLI scio, inquit, quemadmodum 5
durum sit a liberis distrahi ituris ad bellum.

376 VLLIVS DOMVS nolo domorum habere maledicta, si quae forte fuerint viduatae necessitate bellorum.

377 TRVCS OBLIQVO LVMINE MATRES desiderio filiorum mihi infestae sunt. ut Horatius <car. I 1, 24 sq.>: 10
'bellaque matribus detestanda'. id est quarum filii me sequantur ad bella.

378 IBO LIBENS cum dicit 'ibo', facit, ut solus ire non debeat.

379 AVDITVS a me scilicet. ut obtemperans primum 15
non isse sic. hoc dicit, ut intellegamus Polynicem ad Thebas ante ire voluisse. sed prohibitum se ab Adrasto queritur, ut prius legatio mitteretur. artificiosa ergo con- questio est, quae sic agitur, ut in ultionem sui etiam nolentes ire compellat. 20

383 OMNIBVS VLTRO defectu orationis totius aperuit voluntatem. nam dum astute repudiabat auxilia, id egit, ut mereretur. ultro bene, quia ille ingeniose noluerat putans se ultro velle. aut ultro 'ultra' accipimus. ut Virgilius <Aen. II 145>: 'et miserescimus ultro'. 25

386 SED ALTVS CONSILII profundus pater consilio siue prouidus. ut Virgilius <Aen. VI 9 sq.>: 'arces, quibus altus Apollo praesidet'.

2 hec Pb || 3 nullus] ipse Pb || 6 iturus Pb | bella L Pa ||
7 VLLIVS DOMVS om. MP || 8 forte om. L Pa | viduate fuerint Pb ||
9 TRVCS . . LVMINE om. MP | filiorum desiderio L filiorum
Pb || 10 sunt om. LP || 11 detestata Hor. || 12 sequentur Pb ||
13 Iboque MP || 16 non isse sic om. L | sic] significetur? || 17 se
om. Pb || 18 queritur autem M | prius leg.] privilegio Pa ||
19 agitur M ait LP || 20 nolentem Pb | compellat M compell-
lant Pb || 22 id] ita Pb || 23 ut om. Pa | mereretur M || 24 acci-
pimus superscr. a M || 26 pater . . . prouidus om. Pa | consi-
liis LP || 27 siue om. L || 28 persidet L om. Pb

388 ISTA QUIDEM SVPERIS more Romano orationem de bello habiturus primum sibi deos facit esse propitios.

398 EPIDAVRIVS ciuitas in Graecia, unde Aesculapius fuisse dicitur, medicinae artis inuentor. et bene perito
5 medico illius ciuitatis tribuit gloriam, a qua inuentor artis ipsius dicitur sumpsisse principium.

399 NVNC VELOX FERRO non ad asperitatem rettulit, sed ad bene faciendum uelocitate operis, dum aliquid resecatur.

401 PRINCIPIA IRARVM id est orationis suae libertatem, uel quae huic ab Eteocle responsa fuerint.

403 VBI MAXIMVS ILLI SVBOR quos fortiores reppererit, apud quos tota uirtute pugnauerit.

404 SERVATVM MAEONA quemadmodum unum seruasset
15 Maeonidem, qui indicia Thebanis acceptae cladis exponeret.

406 TYRIVSQUE INCENDITVR .EXVL inflammatur Poly- nices referente Tydeo, quid fecerit, nimia aemulatione uirtutis.

407 DEVEEXO MARGINE inclinato in eam partem mundi, *Lind. p. 101*
20 qua de caelo in oceanum mergitur. tota enim haec poetica descriptio translata est de Homero. ille enim hanc scaenam in Neptuni descriptione depinxit.

410 RAPIDIS PASSIBVS uelociter transeuntibus. AC-
CVRRENT HORAE quasi Solis Horae sint comites. praeterea
25 descriptionis istius consideranda pictura est, quemadmo- dum diuersa diuersis fungantur officiis.

413 MERITOS bene meritos, post laborem scilicet fati-
gatos. IVGALES equi Solis dicuntur Xanthus et Aethon,

1 ISTA . . . bello *om.* Pb || 2 habiturum Pb | esse *om.* LPa ||
3 Epidaurus MP || 4 inuentor . . . artis *om.* Pb || 6 dicitur
om. Pb || 10 suae] sine M || 11 fuerunt LPb || 12 reperit L re-
rum pererit Pb || 14 SERVATVM MAEONA *om.* MP || 15 Maeoniden
LPb || 16 Tyrius Pa || 17 quot Pa | nimia *om.* Pb || 20 quae LPb |
mergit *corr. in* mergit^r M | haec *om.* LP || 21 descriptio poe-
tica Pb || 22 scenam LM || 25 est pictura L | 26 funguntur Pb
funguntur MPa || 27 bene meritos *om.* Pb | scilicet *om.* Pb ||
28 Solis *om.* Pb | aethon *corr. in* aethus M

quorum nomina edidit Martialis libro octavo <21, 7 sq.> dicendo: 'quid cupidum Titana tenes? iam Xanthus et Aethon frena uolunt'. Ouidius uero omnium quattuor equorum Solis nomina euidentius suis demonstrauit carminibus dicens <met. II 153 sq.>:

'interea uolucres Pyrois et Eous et Aethon,
Solis equi, quartusque Phlegon hinnitibus auras
flammiferis implent pedibusque repagula poscunt'.

415 NOX SVBIT alterne quippe crescit umbra noctis, ut quidam uolunt, aut subiit in caelum. ut Virgilius 10 <Aen. II 250>: 'uertitur interea caelum et ruit oceano nox'. sic ergo cum oritur dies, nox ruit, cum occidit, nox surgit, alterno ut surgant, alterno ut cadant.

419 IMAGINE occupant eum labores egregii. in somnis enim uidebat ea, quae gesserat.

Lind. p. 103

422 THERAPNAS ciuitatis nomen est, | in Lycia Apollini sacra nec a sororis eius religione dissentiens, ut ipse alibi <Achill. I 344>: 'Hecate lassata Therapnis'.

425 PAVOR ARMIGER ut quicquid sonuisset, populis esset horrendum.

429 VRGET ENIM STIMVLIS quasi Fama sit Martis auriga, quae omnia rumore completeret.

430 FACTA INFECTA LOQVI Virgilius <Aen. IV 188>: 'tam ficti prauique tenax, quam nuntia ueri'. — omnes ergo terrores circa Martis currum fuisse poeta describit.

1 edidit MP ponit L || 3 ethus MP | uoluit Pa | quatuor LPa || 4 uersibus suis demonstrauit L | suis om. Pb | carminibus om. P || 6 Pyrous L pyrosis Pb pyros Pa | et om. LPb || 7 quantus flegoto Pb | inmitibus MPa || 8 impletur Pa | laxant Pb || 9 SVBIT L | alterna P altera M || 10 ut . . . interea caelum om. Pa | subit L || 11 interea] in L || 12 sic . . . ruit om. Pb | si M | si ergo] signo Pa || 13 alternam Pb || 15 uiderat Pb || 16 THERAMNAS LPb | Lycia] cf. schol. VII 793 || 17 religionis Pa || 18 ecate M echate Pb exate Pa om. L || 19 quid M || 21 stimulus M || 23 Facta; Pb | infecta Pa om. Pb | ut Virg. Pa || 24 ficti corr. ex uicti M facti Pa | paruique corr. in puerique M paruique Pa | qua Pa

ut Virgilius <Aen. XII 336>: 'Iraeque Insidiaeque, dei comitatus, aguntur'.

434 INICIT AEGAEO Aegei fabula, patris Thesei, et apud Virgilium bene comperta est: ex cuius nomine, quod se propter Theseum in mare praecipitauerit, id pelagus Aegaeum sit appellatum.

439 MAGNIQVE FIDEM TESTARIS ALVMNI hic enim praestitit, ut uentos illa contemneret et munere auxilii et fidei officio esset stabilis. cuius fabulae notio apud Virgilium manifesta est.

440 SEPTIMA ex quo Tydeus reuersus fuerat.

Lind. p. 108

441 PERSEIVS HEROS mos poetae huius est frequenter easdem personas nondum cognitis praenominibus inuocare, ut nunc Adrastum significat. Perseus enim Argis regnavit, ut ipse alibi <Theb. I 225 sq.>: 'Perseos alter in Argos scinditur'.

443 MVLTA SVPER BELLO GENERISQVE TVMENTIBVS bene 'generis'. nam et Tydeus in uindictam sui bellum desiderat et Polynices, ut recuperaret imperium. ergo bellum desiderant unus uictor, alter incensus. ideo 'tumentibus' id est anhelantibus bellum.

451 SACRA MOVERE DEVM temptare audire, auguria belli per uates cognoscere. Lucanus <V 68>: 'finemque expromere rerum'. proprie enim moueri sacra dicuntur, ubi coeperint inchoari. ut Lucanus <I 608>: 'sacris tunc admouet aris'.

453 SED MENTE VIRENS hic Proetidas insanientes accitus a Proeto senex purgavit. Proetus igitur, Abantis

1 dicitur . . . Cynosura om. P || 2 fertur Pb || 3 nuncupatos nomine Pb || 4 populi sunt L || 5 uulgato P | uirtutes Pa || 7 herimanton P || 8 coepit MPb | dedit euristeco Pb | appellantur L || 10 parthenosios M || 11 de Auge . . . Hercules om. Pa || 12 quia cerua L qui cerua Pb || 14 ouibus M || 15 est et sylua L | significata Pb || 16 aeris sonum dicit LPa dicit aeris somnum Pb || 17 Hercules om. Pb || 18 PASTORALI om. MP | id est om. Pb | qd corr. ex qui M || 19 ῥόπαλον L spat. uac. praeb. Pb (om. MPa) | conuocat Pb coinuocat M in marg. add. man. 2: cū | propono κοῦτόν uocat || 25 Aeropam Vollmer | est om. Pb add. M || 26 e LPb in Pa del. superscr. a M | regnū Pa | quia M | certabant corr. man. 2 in certare M | uidebatur corr. in uideretur M

pro uindicta ficta gratia reconciliationis. Atreus fratri
 filios suos apposuit epulandos. cui post epulas filiorum
 capita signum conuiuii feralis ostendit. in cuius rei con-
 sultatione, cum Thyestes consulta de oraculis posceret,
 5 responsum est per eum illi certam uenire posse uindictam,
 qui ex ipso et filia Pelopeia natus fuisset. unde illicitos
 filiae amplexus inuasit. ex qua natus est puer, quem illa
 in siluas propter conscientiam abiecit. hic caprae uberibus
 nutritus ex eadem re Aegisthus nomen accepit. qui Atreum
 10 in uindictam patris, cum adoleuisset, occidit. idem autem
 Agamemnonem, cum Clytaemestram uxorem eius adulte-
 rasset, occidit. ut ipse Virgilius <Aen. XI 266>: 'ipse
 Mycenaeus magnorum ductor Achium'. qui postea ab
 Oreste, filio Agamemnonis, cum ea, quam adulterasset, oc-
 15 cisus est. sed ab origine, irarum quae fuerit causa, de-
 scribam. Mercurius aegre ferens a Pelope Myrtilum filium
 suum in pelagus praecipitatum spoliatumque uitae lege
 repperit uindictam, qua consolaretur orbitatem. nam Pello-
 pis filiis Atreo et Thyestae tantum discordiae iniecit, ut
 20 germanitatis iura dirumperent. Thyestes enim cum sciret
 regnum penes eum fataliter mansurum, qui arietem aurei
 uelleris haberet, quem tum Atreus regnum ingressus pluri-
 mum custodiebat, corrumpens Europam fratris sui uxorem,
 eum ad se transferri posse iudicauit. quod ille postquam
 25 didicit, eum cum duobus filiis suis expulit. et postea

1 facta Pa | atreo MP || 2 cui] cū MPb eū Pa || 3 delectatione
 LPa delectationē M consultatione Pb an latet deluctatione? ||
 5 illi om. Pb | posse uenire LPb || 6 pelopia MPa | unde] unus
 Pa | illicito Pa ille cito MPb || 7 ex qua . . . nutritus om. Pa |
 ex quo Pb || 9 qui om. MP || 10 idem . . . occidit om. M || 11 Aga-
 memnona L | Clytemnestram LPb || 12 occidit . . . adulterasset
 om. Pa | ipse¹ om. Pb || 13 miceneis . . . achiuis Pb || 15 fuerat Pa ||
 17 pelagos Pa | praecipitauit Pb || 18 repperit LPa | quę Pb corr.
 in qua M | orationem Pb || 19 filius P | et om. M | Thyesti LPb |
 deiecit Pb || 20 dirumperent L || 21 penes eum regnum Pb | quia
 Pb || 22 uelleris aurei L | regiam LPa corr. in regnum M
 regnia Pb || 23 legas hic quoque et infra Aeropam | sui om. Pb ||
 24 se om. Pa | transferre Pa transferri L | iudicauit corr. in
 iudicauit M | posteaquam L || 25 filiis duobus L

simulata gratia ad eum misit eiusque filios interemptos epulandos apposuit. quo facinore cum eum punisset, Sol dicitur ab eorum se regionibus auertisse. unde Virgilius e contrario (Aen. I 568): 'nec tam auersus equos Tyria Sol iungit ab urbe'. ergo ne Mycenae auxilio sint, par fuit paene fortuna, quia et illos fratrum odia uexabant. Thyestes enim Atreo fratri filios epulandos apposuit ob adulteratam Europam uxorem suam. ideo funestas dapes propter epulas et recursum solis propter offensam affabilis dei, qui inter nulla nubila pietate tanta egit occasum, 10 et oblatum aurei uelleris arietem, quo fato regnandi tenebatur.

Lind. p. 135

309 IAMQVE ATALANTAEAS Atalante, Iasi filia, fugiens concubitus in uenando Dianae comes facta, sed a Meleagro hoc adinsinuante compressa puerum edidit. cuius con- 15 ceptum quia diu sub uirginitate celauerat, Parthenopaeum uocauit. is admodum puer Polynici auxiliatum Thebas petiit.

316 PRAEDATORIS EQVI equum pro equite posuit.

323 DVM PREMIS uenatores enim, cum uestigant, errant; 20 cum persecuntur, premunt. Virgilius (georg. III 413): 'ingenti clamore premes ad retia ceruum'.

329 VIX DRYADVM THALAMIS ueneriae uoluptati. adeo filium dehortatur, ut nec uirum credat.

2 posuit Pb | quo facinore . . . apposuit om. M in marg. add. man. 2 || 3 euertisse MP | unde] ut Pa | et contrario Pa || 4 nec tam cū M || 5 sint om. M | sint auxilio Pb || 6 fuit om. P furtive M | q̄ Pa | uersabant Pb || 7 Thiestas Pa | enim om. M | opposuit Pa || 8 uxorem suam Europam L | europez Pa | funeratas LPa corr. ex funestras M fumantes Pb || 9 & propter offensam L | effabilis corr. in affabilis M || 10 quia L | occasu Pa || 11 arietatem quoq; facto Pb | fatum? || 13 atlanteas Pb | Atalanta L atlante Pb | iasi add. i M || 14 comes dianę Pb | est facta L || 15 hæc Pb | adinsinuante LP adsinuante corr. in insinuante M | compressa; Pa | edidit puerum cui Pb | p̄ceptum M || 17 auxiliaturus LPb || 19 equitate Pb || 20 dum Pb | inuestigant L || 21 prosequuntur L persequuntur Pb || 22 ingentem Verg. | premens LPb premis M || 23 Venereae L uenerere Pb | adhuc Pb ad hæc Pa

330 OMINA VERA futuri scilicet mali. id est: uera sunt prodigia, quae uidebam. quasi irata uel tristis futura morte.

332 INFERIOR aut humilis aut non laeta.

5 333 HOC SEGNIOR ARCVS celeres sagittas non mittens.

336 VVLTVSQVE RECEDVNT ne leuitate uultus femina esse credaris. dum tuo ore mei uultus recedunt, id est dum uiri sumis formam. nam modo similis es matri.

340 O SAXIS NIMIRVM ET ROBORE NATI ut origini conueniret animus. quia dura corda habetis et non uos flectit misericordia. maledicit illis dicendo asperos durosque, quia materno non commouentur affectu.

345 CADMI MAVORTIA PLEBES utique Thebani. transi- Lind. p. 186
tus ad Thebas.

15 359 SVRDVM ATQVE IGNOBILE surdum opus procincti. *διαστολή*. illa ui operis, quod canente Amphione instructum est. modo autem surdum est, quia manu, non carmine condebatur. ad Thebarum muros cantilena Amphion dicitur saxa traxisse. ut Virgilius <ecl. II 23 sq.>: 'canto, 20 quae solitus, siquando armenta uocabat, Amphion Dircaeus in Actaeo Aracyntho'.

360 TAMEN ET BOEOTIS VRBIBVS VLTRIX hoc dicit: Eteocli quoque dedisse Boeotiae urbes auxilia. nullus regis causa uenit ad bellum, sed aut uicinitate compulsae sunt 25 aut misericordia ciuitatis.

365 DEFORMIS HIANZIA LANA *ὑπέρβατον*. ora deformis: Lind. p. 197
deformia ora habens. sed hianzia cruentataque lana.

1 ueri MP || 2 quasi . . . morte *spectare uidentur ad schol. quod sequitur* || 5 mittit Pb || 6 Vultuq; Pa || 8 modo] adhuc L | es om. Pb eē Pa || 9 adrigine cūuenire Pa || 10 habetis *corr. ex habens M* || 11 nam maledicit LPa || 12 non commouentur] qz Pa | cōmouetur Pb || 13 THEBES L om. Pa | utique om. L || 15 id est surdum Pb | *quae secuntur, corrupta uidentur* || 18 cūdebeāt Pa | a P | Amphion om. Pb || 21 in . . Aracyntho om. LMPa i. a. a. Pb || 22 VLTRIX om. MP | hic Pb || 23 nullus enim regis L || 24 ad bellum om. Pb | aut] auid Pa auiditate Pb | uicinitatis Pb | sunt om. Pb || 25 misericordie Pa | ciuitates M || 26 deformis om. Pa || 27 & L | cruenta L cruentata P *Mon. cruentataq; M*

366 TVRBIDA non terribilia, sed conturbata.

368 NON INSCIUS AVSI occisi pecoris, ut conscius audacis facti.

370 ERRARE ASOPIDE RIPA ut Lucanus <I 473sq.>: 'est qui, tauriferis ubi se Meuania campis explicat, audaces 5 ruere in certamina turmas afferat'.

372 ILLE RAPI TEVMESON mons est haut longe a Thebis.

373 NVNTIAT EXCVBIIS id est nuntiat Argiuos hostili more excubias agere. VIGILES ARSISSE PLATAEAS pro multo lumine excubantium uigiles Plataeas dicit arsisse. 10 est autem ciuitas Boeotiae in confinio hostium. ideo semper inuigilat. et quia in aditu est posita, dicit primo fuisse uastatam.

375 FETVSQVE NOVOS Lucanus <I 563> 'matremque suus conterruit infans'. Tyrios lares: quos in Thebas 15 Cadmus inuexit. Dirce autem fons est Thebanorum. utrumque monstrauit ut Virgilius <georg. I 480, 485>: 'aeraque sudant. nec puteis manere cruor cessauit'. solent enim ad omen publicum portenta gigni, et est fetus aut bicapitis aut biformis. ut Lucanus <I 562 sq.>: 'numeroque 20 modoque membrorum'.

379 REGINA CHORI ut choros ducebat sacerdos una Baccharum. ostendit autem antistitem Liberi, quae Cithaeronem incolebat.

380 TRIFIDAMQVE HVC TRISTIS ET ILLVC pathos tribus 25 modis fit. attendamus igitur, ut haec complexus sit facto:

1 schol. om. Pb || 2 Num sius Pa || 4 iasonide P || 5 est] Et L | tauriferus Pa || 7 THEVMESON. Theumesos L | haud LP || 8 hostibus Pa || 9 uirides Pb || 10 excubantum uigilis Pa || 14 schol. 375 hoc ordine praebet L: DYRCEN. Dyrce autem . . . cessauit. FOETVSQVE NOVOS quos . . . inuexit. Lucan. Matremque . . . infans. Solent . . . membrorum || 15 Tyrios lares *inserui* || 16 uin̄ corr. in uī Pa || 17 utrum Pb | monstrum? || 18 putris Pb | puteis corr. ex putens M | manere Pa || 19 enim] autem L | omne Pb om̄e Pa | publica M || 20 bicapit' M incapitus Pa | numero M || 22 regna Pb ragna Pa || 23 bacharum MPa | quasi Pb || 26 modi sit Pa | hic Pb | facto, habitu, dicto?

sparsis subito correpta canistris siluestris regina
 chori . . . trifidamque huc et illuc lumine sangui-
 neo pinum deiectat et ardens erectam attonitis
 implet clamoribus urbem. de fonte Virgiliano hunc
 5 colorem deriuauit. is enim Amatam in siluis eadem
 fecisse describit. pathos ipsius tribus modis ostenditur.
 facto <Aen. VII 397sq.>: 'ipsa inter medias flagrantem
 feruida pinum sustinet', habitu <u. 399>: 'sanguineam
 uoluens aciem', dictu <u. 400> 'io matres, audite'.

10 383 GENTIS AVITAE propter Semelen, Cadmi filiam, Lind. p. 138
 matrem Liberi.

387 GANGEN fluuius Indiae, per quem gentem poeta
 significat. hunc primus Liber tenuit, secundus Alexander,
 tertius Apollonius. Ouidius de ipso <am. II 13, 10>: 'per
 15 septem portus in maris exit aquas'.

393 PENDIMVS inuidiose. quasi pro sacrificio bellum
 lacrimasque tibi pendimus.

394 AMAZONIIS VLVLATVM CAUCASON ARMIS Caucasus
 mons Scythiae. ideo ululatum, quod Amazones cum
 20 finitimis bellare dicuntur, quorum ululatus barritus id est
 barbarus ritus.

397 IURAVI iuravi tibi in furorem sacrorum, non belli-
 cum, hoc est non ut bella canerem, sed ut sacrorum causas
 intellegerem. et bene de more militiae 'iuravi' dicit, quia
 25 militiae sacramentum dicitur. et sacerdotio se dixit iurasse,
 non bello.

404 ET SALTVM DVX ALTER HABET Creontem significat,
 qui post interitum fratrum solus possedit imperium.

1 corrupta Pb || 2 trifidam Pa || huic Pa huc tristis L ||
 3 deiectat MP | erecta Pa || 4 colorem] locum L || 5 eadem-
 que M || 6 ostendit M || 7 medios Pb || 9 torquens Vergil. | dictu
 Pa | io om. L || 12 poeta gentem Pb || 13 tenuit om. LMPa ||
 14 Apollo Pb apollinios M || 16 Tendimus M || 17 pendimus tibi Pb
 19 mons est L modo Pb | pugnare dicuntur cum finitimis Pb
 20 barritus LPa barratus Pb barbarit' corr. in barbarus M
 id est] est MPb uel Pa || 22 iuravi om. LPb | sacrorum . . . sed
 om. P || 23 sacrorum ut P || 24 intellegerem LP | dixit LPa || 25 se
 om. L || 27 SALTVS L | habebat Pb || 28 que Pa | habebit imperium Pb

GELATIS VULTIBVS pallore. nam iam deposuerat numinis
furorem.

406 VARIIS TERRORIBVS IMPAR qui [non] terretur. [ac
per hoc inconsterritus.] par est enim timori, qui non
terretur.

407 TENEBRASQVE SAGACES quia caecus, sed diuinus
Tiresias. [tenebras dicit ignorantiam futurorum], saga-
ces, quia totum inuestigarent.

409 CONSVLIT ILLE DEOS immolationem hostiarum
totam hanc de Lucano <VI 425 sqq.> mutuatus est: 'non
tripodas Phoebi, non Pythia consulit antra, nec quaesisse
libet, primis quid frugibus altrix aere Iouis Dodona sonet'.

411 TRIPODE IMPLICITO obscuro Apollinis responso.

NUMERISQVE SEQVENTIBVS ASTRA | ut arithmetici, quos
mathematicos dicimus, quorum in numeris est tota doctrina. 15
est etiam ars quaedam ex fumo arae uerum prouidere,
quia ex diuisione ipsius fumi, quae sint futura, cognoscunt.
quos Graeci *καπνομάντες* appellant.

414 ELICITOS PATVISSE REFERT non aliis rebus melius
quam manibus elicitos. id est: tantum interius inferos 20
aperire refert, quam sunt mortis durae spatia demensa.

415 CONFINIA inter iuncturas Ismeni fluii pelagique.

416 PARAT ANTE DVCEM ad futurum scilicet sacrificium
Eteoclen. et mersum parat: uerbum figurauit a nomine.

417 VISCERIBVS LACERIS extis incisis.

1 pallorē **M** || 3 ac . . inconsterritus *om.* **Pa** || 4 interritus
Pb || 6 *schol.* 407 *post schol.* 409 *praeb.* **MP** | quia . . . quia *om.*
Pb || 7 teresias **MPa** | tenebras . . . futurorum *om.* **Pa** || 8 quae
L | inuestigauerant **L** inuestigarent **M** || 10 imitatus **Pb** *corr.*
ex mutatus **M** mutatus **Pa** || 11 Deli *Luc.* | antra *om.* **MP** ||
12 primis *om.* **Pb** | quod **Pa** qđ **M** *om.* **Pb** | frugibus **P** phrugi-
bus **M** | Ore **L** || 14 frequentibus **Pb** || 16 ars *om.* **M** | arae] aere
corr. in aeris **M** || 17 ex prouisione **Pb** | sunt **L** | futura *om.* **M** ||
18 Graeci *om.* **MP** | capnomantes **MPa** capiomantes **Pb** || 19 nam
LPb || 21 qua **Pa** que **Pb** | sint **L** | dura **LPb** | demersa **LMPa** ||
22 Hismenii **LPb** Hismeni **MPa** | fluii *om.* **L** || 23 ad futurum]
actura **Pa** acturum **Pb** || 24 ad Eteoclem **L** et etheoclem **Pb** |
et mersum **M** *insū* **Pb** et uersum **Pa** uersus **L** || 25 LACERIS *om.* **Pa**

- 419 CAPAX Aevi antiqua.
 420 AETERNVM INTONSAE nunquam depositae.
 422 AB VRSA a septentrionali plaga.
 423 SILENTIA SERVAT HORROR possidet quaedam uenera-
 5 tio, quia in magno silentio horror nascitur.
 424 PALLET pallor est imago lucis, sed mala id
 est non similis.
 425 NEC CARET VMBRA DEO quasi alios quoque deos
 habeat consecratos.
 10 427 EFFICTAM sculptam, quasi in omnibus arboribus
 imago eius esset insculpta.
 428 HVIVS INASPECTAE omnis lucus Dianae est con-
 secratus, ut quercus Ioui. STRIDERE SAGITTAE ut sonus
 tantum sit, uisus uero nullus.
 15 430 INQVE NOVAE MELIOR REDIT ORA DIANAE melior,
 quoniam inferos deserit. Lucanus <VI 736 sq.>: 'ad quos
 alio procedere uultu ficta soles, Hecate'.
 434 IMMANE PATET TELLVS extra ipsum lucum campus
 late diffunditur.
 20 435 QVI VOMERE PRIMO durus, | quisquis primo hunc Lind. p. 140
 arauit, id est Cadmus satis draconis dentibus.
 438 INFELIX TERRA TVMVLTVS tumultus dicit illarum
 animarum, quae se occiderunt. id est: aratoris proscissione
 indignantes pugnant inter se.
 25 439 SOLAQVE IN NOCTE in qua solitudo est.
 442 INSANI IUVVENCII metu perterriti.
 443 HIC SENIOR VATES causam dicit, cur ibi Tiresias •

1 antiquitas L anquitas Pa antiquitatis Pb || 2 eternam Pb ||
 3 a septentrione (om. plaga) Pb || 9 consecratos Pa consacratos Pb ||
 10 Et fictam MP || 11 est sculpta Pb || 12 in aspectu Pa | diane
 lucus Pb || 13 iouis M || 15 REDIT ORA DIANAE om. LP r. o. d. M |
 melior om. LPa || 16 quando LP qm M || 17 eate M eccata Pa
 aetate Pb || 18 immane Pb | PATENS L | locum M lupum Pb |
 caput Pa || 20 durus praebet ante qvi Pb | hunc primo L ||
 21 arai Pa || 22 TERRA om. add. M || 23 proscissu est Pb ||
 25 IN om. L || 27 HIC om. LP om. add. M

sacrificet, quia nunc terrigenarum sanguine sanguineus locus est. sanguine enim inferi delectantur.

444 SOLA PINGVIA TABO satiata cruore. describitur locus, in quo hoc contendit, opportunus inferis sacris.

445 ARMENTAQVE SISTI ATRA MONET ut Virgilius 5
<Aen. VI 243sq.>: 'quattuor hic primum nigrantis terga iuuenos constituit'.

Lind. p. 141

448 STVPERE SILENTIA VALLES Baccharum uocibus clamosae ualles destitutae immolatarum pecudum mugitibus stupuere. dicit poetica phantasia omnem gregem in luco 10 immolatum usque adeo, ut fons, de quo potabant armenta, et mons, per quem errabant, ingemiscerent, cum se armentis destitutos uiderent. sic Ouidius <met. IV 752sq.> de simili sacrificio: 'dis tribus ille focus totidem de caespite ponit: laeuum Mercurio, dextrum tibi, bellica 15 uirgo, ara Iouis media est. mactatur uacca Mineruae, alipedi uitulus, taurus tibi, summe deorum'.

450 IPSE MANV TRACTANS cum oculorum officio manibus fungeretur.

451 TELLVRE CAVATA pro nouem scrobibus factis, in 20 quibus ductus aquae, quae sacris esset necessaria, collocauit id est nobiles latices fudit.

453 ACTAEOS IMBRES Actaea dicitur regio Attica, de qua et mella ueniunt, quae et liquida sunt et nimis dulcia. unde Virgilius et montem Atticum Aracynthum 25 dicit Actaeum, quia omnis regio maritima est. Actaeum

1 sacrificat LP || 2 est locus LP | enim om. Pb || 4 haec L hic P | inportunus L || 5 Armenta Pa | scissis Pb isti Pa | ad aram MPa | mouet M || 6 nigrantes Pb || 8 STVPERE LPa || 9 ualles sunt Pb | destitutae om. Pb | immolaturum Pa immolatum Pb || 10 stupuerunt Pb | poetica] pene superscr. o M | in illo luco L in loco P || 12 ingemiscerent Pa ingemisceret Pb || 14 Diis L dii Pb | focus MP || 15 poni MPb pon Pb || 16 post est add. man. 2 in q̄ M || 17 uitulos Pb || 19 fingeretur Pa uteretur Pb || 21 esset MP est L | collocaui Pa || 23 Actos Pa Actros Pb | acta P | actica Pb || 24 mellia Pa melle corr. in mella M | quae ueniunt LMP | et¹ om. Pb || 25 unde] ut Pa | ecl. II 24 || 26 Actaeum dixit LP | quia om. Pa | est om. LP

imbrem mulsum dicit, aut Actaeos imbres aquam fontis illius, unde Actaeon aspersus in ceruum mutatus est. sed utrum mulsum purum an fontem an cruorem pecudum, quo possit tellus arida satiari, incertum est. nonnulli
 5 rorem marinum in Actaeo Aracyntho dicunt. SVADVM-
 QVE CRVOREM qui persuadeat manibus ad superos redire.

454 AGGERITVR infunditur. deest 'tantum'.

456 TRIS HECATAE quia triformis est aut quia eadem deum mater creditur et Proserpina uel Terra aut Vesta.

10 SATIS ACHERONTE natis de Acheronte. etenim matre Nocte patre Acheronte natae dicuntur.

457 VIRGINIBVS Furiis.

459 PROFVNDAE ERIGITVR CERERI tria sunt in sacrificiis deorum loca, per quae piationem facimus: scrobiculo
 15 facto inferis, terrestribus supra terram sacrificamus, caelestibus exstructis focis. unde etiam nominata sunt altaria, atque sacrificantes manus porrigimus in altum.

460 CVPRESSVS FLORATA luctibus apta. Cyparissus speciosus puer, dum uenaretur, in amorem sui Apollinem
 20 compulit. a quo accepit ceruum pulcherrimum munere et mansuetum. quem cum diligeret, lassus somnum sub arbore capere coepit. subito excitatus strepitu ceruum longe uidit. credens siluestrem missa sagitta eum interemit agnitoque usque eo ingemuit, ut ab omni cibo et potu
 25 abstineret. quo tabescente Apollo miseratus eius uertit eum in arborem sui nominis. de qua Virgilius <Aen. IV 506 sq.>:

2 aspersū Pb || 3 an¹ om. L || 4 arrida sacrari Pb || 7 deēē
 M | tamen L || 8 tristiformis Pa | que Pa || 9 creditur Deum mater LP | et om. L | aut] uel L || 10 natis de Acheronte om.
 Pb | natae Acheronte LM Pa || 13 erigūt P || 14 deorum om. L | scrobiculo M || 15 sacrificia Pb || 16 et Pb | nomina Pa || 17 ad quae LPb atque corr. ex ad M || 18 Cyparissus . . . inferorum post schol. 463 . . . cultros praeb. P | Tiparissus M Cupressus L Cyprianus Pa || 19 ueneretur P | in om. Pa ad Pb || 21 lassum M lapsus Pa | lassum somnus? || 22 subitoque L | strepitu om. Pb || 23 missam Pb | eum om. Pb | intremuit Pa || 24 agnito P | eo usque Pb | gemitu (om. ut) Pb | cibo potuque L cibo et potu M || 25 misertus LP || 26 quo L

'fronde coronat funerea'. haec causa est, quare cupressus adhibetur locupletum funeribus. Lucanus <III 442>: 'et non plebeios luctus testata cupressus', quia incestatas familias Romani hac notabant. quidam uolunt ad hoc nomen electam arborem, quia infructuosa apta defunctis 5 est, uel quod in tutelam eam dixerint inferorum.

462 SIGNATI CAPITA designata capita habentes. prius enim setae tolluntur aut lana et aris imponuntur, et ita quasi designatur immolationis uictima. ET FRVGVM LIBAMINE PVRO illibato, impolluto. significat autem salsas 10 fruges.

463 IN VVLNVS CECIDERE GREGES sacerdotum consuetudo talis est, ut aut ipsi percutiant uictimas — et agones appellantur — aut sic tenentis cultrum alter impingat. ideo dixit 'in uulnus cecidere greges'. qui uicti- 15 matores dicuntur. ut Virgilius <Aen. VI 248>: 'supponunt alii cultros'. MANTO filia Tiresiae uirgo.

464 PRAELIBAT SANGVINEM primo est sanguinem libare, deinde immolare, tertio reddere, quarto litare.

465 TER CIRCVM ACTA PYRAS cum ter omnes pyras 20 circumisset.

466 REDDIT VISCERA aut aris imponit aut nuntiat patri suo.

468 ATQVE IPSE SONANTIA FLAMMIS VIRGVLTa hostias. et sic futura dicit. ars autem haruspicina hoc habet, ut 25

1 Funesta fronde coronat L | funerā Pa | est om. Pb | cipressus locupletum funeribus adhibetur Pb || 3 plebeos L | testare Pa | cipressus Pb | que Pa | incestata Pb incestatis M || 4 romanū Pa || 5 elatam Pb | apta om. Pa | defunct' superscr. is M defunctus Pa || 6 quia Pb | ea Pa | eam dixerint] sit Pb || 7 capita om. Pb || 8 sese tollunt Pb | lana L Mon. arana MP | inponitur L imponitur MP inponuntur Mon. || 9 inmolatione Pa immolationi? || 10 inpolluto M || 12 uultus Pa || 13 in ipsiꝯ Pb | periciant Pa || 14 agonei Lc | tenentes L | inpignat M || 15 dicitur L | ceciderūt Pa | quia L || 16 subponunt M || 17 teresiꝯ M | uirgo om. Pb || 18 SANG. . . . est om. Pb | sanguine P sanguinē LM || 19 inmolare M || 21 circumisset Pb || 24 IPSA LP | FLAMMIS om. Pa || 25 aut M | aruspicine MPa aruspicum Pb | haec LPa

et turis motus et crepitus et fumi motus et flexus colligat, quoniam haec primum signa aut testantur extorum promissis, si bona sint, aut, si contraria, refragantur. ut testatur liber de turis signis, qui ipsius Tiresiae scribitur.

5 469 SENSIT quia carebat oculis sacerdos.

470 PLVRIMVS ARDOR ANHELAT bene hoc adiecit. nam quomodo caecus posset intellegere aras ardere nisi ignis afflatu?

472 ET VOX IMPVLIT IGNEM id est illius precibus
10 flamma nutrita est.

478 VVLGVSQVE CAVA SVB NOCTE REPOSTVM caua Lind. p. 142
patenti aut alta, sed melius caua nocte est: uacua ab opere. repostum ideo, quia itidem ad superos ad corpus reuertatur.

479 ET PLENA REDEAT STYGA PORTITOR ALNO et portitor plena alno redeat ad hanc Styga, quomodo dicimus 'uiam redeat'.

480 FERTE SIMVL GRESSVS nocentes, inquit, de Tartaro, pii de Elysio ueniant. MANIBVS Graecorum manes dicit.

20 482 VIRGAQVE POTENTI NVBILVS ARCAS AGAT nubilus infernus. imperat autem Mercurio et Libero, ut animas piorum euocent. quare autem Persee dicat, ratio est. quidam enim uolunt non Iouis filium esse Mercurium, sed

1 et¹ om. Pb | flexus aruspex ipse L | colligit Pa || 2 hoc Pb | ex eorum del. superscr. extorum M | promissus L || 3 sunt Vollmer | si om. Pb | refringantur P refragantur M | aut M || 4 q3 Pa | describitur P | quo ipsius Tiresiae signa describuntur Schottky || 6 hoc bene L || 7 quomodo LPb q̄uo Pa q̄m̄ M | posset cecus Pb | intelligere LP || 8 afflatu corr. ex afflato M || 9 id est] uel P || 11 SVB om. LPb | NOCTE REPOST. om. Pb | REP. . . . nocte om. Pa || 12 patientia ut M | uel Pb | caua sub nocte Pb | est] scilicet Pb || 13 repositum P | quod LP | istidem Pa || 15 ET . . . redeat¹ om. Pb | STYGA om. LPa | PORTITOR . . . redeat¹ om. Pa || 16 stigā MPa stygiā Pb || 17 uiam om. M || 18 dicit Pb || 19 MANIBVS . . . dicit in MP secuntur post schol. 482 . . . Persei | MANIBVS L manes MPb ymane Pa | manes Graecorū L || 21 ut om. Pb || 22 quare] quia Pb | Persee dicat scripsi per se clara Lc persecate LPa peseucate Pb pse cate (corr. in hate) M pse ecate Mon. | est ratio L

Pyrrhae — in qua opinione etiam Hesiodus uersatur in his libris, quos de Theogonia scripsit — quidam Persei. Cornilius quattuor Mercurios esse scribit: unum Iouis et Maiæ filium, alterum Caeli et Diei, tertium Liberi et Proserpinae, quartum Iouis et Cyllenes, a quo Argus occisus est. quem ipsum ob hanc causam Graeci profugum dicunt, Aegyptiis autem literas demonstrasse. ergo Mercurium Liberi et Proserpinae filium dicunt animas euocare. de quo Virgilius <Aen. VI 749>: 'Lethaeum ad fluuium deus euocat agmine magno'. — ordo: per crimina functis, o 10 Tisiphone, pande diem. sensus hic est: Hecate et Mercurius pias animas ducant, nocentes uero Tisiphone.

484 QVI PLVRES EREBO ut Virgilius <Aen. VI 611>: 'quae maxima turba est'. sed modo aucti per sanguinem Thebarum. 15

485 TAXO quia de hac arbore uenenosa faces Furiae dicuntur habere.

486 TISIPHONE DVX tu, inquit, Tisiphone, illos reduc, qui scelerati sunt plurimique de stirpe Thebana.

487 DETORQVEAT VMBRAS auertat ad superos quidem 20 uenire cupientes.

Lind. p. 148. 489 ILLI FORMIDINE NVLLA subaudimus 'stabant'.

492 NVNC VELLERA PRESSAT amplectitur, constringit petens auxilium timoris.

494 CONFRAGA aspera et deserta. 25

496 ET SVDANTIA NISV ex manuum sudore. nam per timorem sudor oritur uenatori.

1 Pyrrhae LM pyre Pa p̄ire Pb Proserpinae Lc | et L || 2 perse Pa | coruilius corr. ex ceruilius M cōuilius Pb Cornutus Vollmer || 3 quattuor LPa | dicit Pb || 6 profugam Pa | egipt' corr. in egiptiis M aegyptiis Pb || 7 mecurium Pb mater uiriū Pa || 9 uocat agmine certo Pb || 10 ordo om. L | o om. L || 11 hoc Pb || 12 uero om. LPa | tisiphone uō nocentes Pb || 13 herebo MP || 14 qui M || 16 qui Pa || 18 illuc Pa || 20 quidem] quod Pb qui Pa || 21 euenere Pa || 22 stabant Mantho et Tirhesias LP (Pa om. Mantho) || 23 nvnc] et L | uellera corr. ex uelleret M in marg. adscr. uallat | pressat corr. in prensat M || 26 nisv L uisu Pa nisiy Pb | pro timore Pa

499 ET CAECA METITVR quae caecat mentem et con-
turbat. caeca cura: tacito animo non illum uidet, sed
magnum esse clamore metitur.

502 LAEVAQVE CONVVLSAE DEDIMVS CARCHESIA TERRAE
5 quae sinistra manu funduntur, laeua manus infuderat.
inferis sinistra manu immolamus pocula.

503 CASSVSNE SACERDOS et hunc locum de Lucano
mutuatus est. ut <VI 730 sqq.>

10 'Tisiphone uocisque meae secura Megaera,
non agitis saeuis Erebi per inane flagellis
infelicem animam?'

506 COLCHIS AGET ciuitas Scythiae, de qua omnes
ueneficae. unde Medea.

507 NOSTRI CVRA MINOR hoc est: illis obtemperatis,
15 nostra praecepta contemnitis.

509 SVB VNVM FVNESTARE DEOS pro 'in unum' et 'in
commune'. immolationem hominis. propter necromantiam.
his enim inferi delectantur.

514 ET QVIDQVID DICI NOSCIVE TIMETIS haec de Lucano
20 mutuatur, cum minantem manibus Thessalam induceret.

515 NI TE THYMBRAE VERERER bene: licet magicam
faceret, honorem seruauit Apollini. cuius et reuerentia
nolle se dicit germanae eius dei inuocationis metu con-
tumeliam facere. ipsa autem Hecate et Diana dicitur.

1 quae] qui *del. superscr.* & M || 2 uidi Pb || 3 clamorem P ||
5 qui L q̄ *superscr.* e M | funduntur *add.* in M | funduntur . .
manus *om.* Pb | manu L manū Pa | infuderat P || 6 immolamus
M || 8 iminatus Pb mutatus Pa | ut *om.* LPa || 9 megerā M ||
10 saeuas LMPa sceuos Pb || 13 benefice Pa | media Pa
14 NOSTRI . . MINOR *om.* MP || 15 et nostra LPb | contentas Pa ||
16 & ē M | in communem L in omnem Pb || 17 ante immola-
tionem *lemma excidisse credo* | inmalationem Pa || 19 QVICQVID
LP | nosciq; P | TIMETIS . . . cum *om.* Pa | hoc Pb | VI 730 sqq. ||
20 imitatur Pb | minante Pa minantibus Pb | thes(s)aliam MPb ||
21 licet *corr. man. 2* in liceret M | magicam L *corr. ex magicā*
M || 22 Apollinis Pb | cuius] ouidius Pb | et *om.* L || 23 ducit
Pa | eius *om.* Pa | diei Pa || 24 et *om.* L

tetigit et philosophice partem sacrorum iuxta picturam, quam inferiore adnotatione commemorat.

516 ET TRIPPLICIS MVNDI SVMMVM iuxta picturam illam ueterem, in qua tormenta descripta sunt et ascensio ad deum. dicit autem deum *δημοουργόν*, cuius scire nomen 5 non licet. infiniti autem philosophorum, magorum, Persae etiam confirmant reuera esse praeter hos deos cognitos, qui coluntur in templis, alium principem et maxime dominum, ceterorum numinum ordinatorem, de cuius genere Lind. p. 144 sint soli Sol atque Luna. ceteri uero, qui circumferri a 10 sphaera nominantur, eius clarescunt spiritu maximis in hoc auctoribus Pythagora et Platone et ipso Tagete. sed dire sentiunt, qui eum interesse nefandis artibus actibusque magicis arbitrantur. in uersu ergo poeta sic dixit 'illum', quasi sciret nomen. sic repetiuit, ut proderet. sed 15 hoc magis ad terrorem dixit 'illum', ut putaretur scire. si ergo sciri nefas est, disci a uate non potuit. licet magi sphragidas habeant, quas putant Dei nomina continere, sed Dei uocabulum a nullo sciri hominum potest. sed quid ueritas habeat, percipe. huiusne dei nomen sciri 20

1 philosophie P || 2 in inferiore L om. Pb | inferiore corr. in inferiorē M | ad notationē L adnotationem M || 3 triplices P | svmmvm om. LPa || 4 haec tormenta LP | scripta Pb | et om. Pb || 5 autem om. L | demoirgon M emoirgon id est summum Pa demogorgona summum L demogorgon id est summum Pb *δημοουργόν* Lc | nomen scire L || 6 non licet nomen P | autem om. Pb | magi Persarum *Schottky* | Persae etiam om. Pb || 7 confirmant aut MP | reuera alios esse Pb || 9 deum LPb | ceterum Pb | ordinationem Pb || 10 atque] et Pb | circumferuntur L || 11 astra LPb aspera MPa asphera Mon. | nominaretur Pb nominantur quae L || 12 hoc *superscr.* his M om. Pb | tageta M | post Tagete L *inseruit* conuenientibus, Mon. nitentes || 13 dire corr. ex ire M || 15 nomen sciret LP | sic repetunt L om. Pb | prodiret L | sed hoc . . . scire *secuntur post* potuit in Pb, *post* nefas est in Pa | sed] id est eis Pa om. Pb || 16 dixit om. Pb || 17 sciri MPb scire LPa | disci om. Pa || 18 magi sphragidas *Grotius* magis frigidus LM magis frigas Pa magis phriges Pb | putare Pa | nomine L || 19 sed hoc Dei L | scire Pa corr. in sciri M | hominum sciri Pb | potest hominum M || 20 sed quid . . . sciri potest om. Pb | scire Pa

potest, qui nutu tantum regit et continet cuncta, cuius arbitrio deseruiunt, cuius nec aestimari potest mundus nec finibus claudi? sed cum magi uellent uirtutis eius, ut putabant, sese comprehendere singulas appellationes, quasi
 5 per naturarum potestates abusiue modo designarunt et quasi plurimorum numinum nobilitate Deum appellare conati sunt, quasi ab effectu cuiusque rei ductis uocabulis. sicut Orpheus fecit et Moyses, Dei summi antistes, et Esaias et his similes. Etrusci confirmant nympham, quae non-
 10 dum nupta fuerit, praedicasse maximi Dei nomen exaudiri ab homine per naturae fragilitatem pollutionemque fas non esse. quod ut documentis assereret, in conspectu ceterorum ad aurem taciti Dei nomen nominasse, quem ilico ut dementia correptum et nimio turbine coactum
 15 exanimasse. sunt qui se — licet secreto — scire dicunt, sed falsum sciunt, quoniam res ineffabilis comprehendi non potest.

518 VOS AVIDE 'inferne canes eliciam aut insequar' deest.

20 524 ET STYX quae meatu suo manes discernit a superis. Lind. p. 145 ut <Aen. VI 439> 'et nouies Styx interfusa coercet'. et ideo hic interflua nominauit.

527 IUNONIS THALAMOS Pythagoras dicit duo esse hemisphaeria, quibus proprios deos assignat. et facit superioris
 25 regem Iouem et reginam Iunonem, inferioris Ditem Iouem

2 mundus om. P || 3 magis Pb | uirtutes corr. ex uirtutis M ||
 4 sese M | quasi] quas LPa || 5 designauerunt Pa || 6 numerum Pb | nobilitatem? || 7 ductus Pa || 8 moyses corr. ex moisis M missis Pa | summus dei Pb | esias corr. in esaias M isaias Pb esais Pa || 9 dum non LMPa || 10 fuerit corr. in fuerat M | maxime MP || 11 ab homine Mon. hominem LMPa homines Pb naturam Pb naturas Pa corr. in nature M | fragilitates Pa || 12 asseret Pa asserent Pb || 13 tacito P corr. ut uidetur ex taciti M tauri L || 14 illico LPa || 15 sunt qui se] si que si Pa si qui Pb || 16 sed] si Pa s, M om. L | ineffabilis res Pb || 18 canes inferne Pb | uel L || 20 et om. L | six Pa fax Pb | decernit P || 21 et om. Pb || 22 in eo Pa | hic om. LP | interflua L || 23 esse om. Pa || 24 assignant Pa || 25 et reginam om. Pa | inferioris . . . Stygiam Iunonem om. Pa | inferioris inferiorem Pb

esse infernum, Proserpinam uero Iunonem infernam. et duas Veneres: unam supernam et alteram Libitinam. et alios deos binos constituit: Hecaten, sicuti Ditem Iouem, ita et hanc Stygiam Iunonem. ut Virgilius <Aen. VI 138>: 'Iunoni infernae dictus sacer'.

530 ARBITER HOS DVRA VERSAT CORTYNIVS VRNA licet de disceptatore animarum et censore uitae alia sit secreta et arcana ueritas, tamen, quod ex opinione translatum sit in fabulis, scribam. Cortynius arbiter Minos Cretensis, cui ad gloriam et titulum sola natalium sufficeret claritas, 10 meruit placiditate mentis, ut illum plus moribus quam generis auctoritate homines mirarentur. fuit enim rex Cretae ita uita clemens, ut — quod est mirum — gauderent eum dominum, quibus imperabat, habuisse. defunctus deinde, quantum mansuetudo mereatur, nec fato quidem hoc honore 15 priuatus est. nam dicitur apud manes de supremo exitu iudicare mortalium. ueteres enim Graeci, ut impios crudelesque poenas apud inferos luere, sic bonum quemque adeptum bonae uitae praemia post mortem esse dixerunt. quod est bonitatis exemplum, quia Minos se non ut regem 20 aut tyrannum, sed tamquam unum de plebe gessit; quae laus summa est. ut Seneca in Thyeste <uu. 342—352>: 'nescitis, cupidi arcium, regnum quo iaceat loco. regem non faciunt opes, non uestis Tyriae color, non frontis nota regia,

1 uero om. L | infernam . . . Iunonem om. Pb || 3 sicut L Pa | ditē om. superscr. M || 6 urnā Pa || 7 de om. Pb | disceptatrione Pa | desceptatione (om. de) Pb || 8 quia Pb qui Pa | sit] est L || 11 plus eū L || 12 claritate generis L | omnes L Pa || 14 habuis Pa om. L | defuncto L defunctum Pb || 15 mercatur Pa mereatur, patuit Myth. | facto Pa | hoc om. superscr. M || 17 mortales L | crudesque add. le M crudeles L || 19 adeptum man. 2 add. ru M || 20 se om. L set Pa || 21 se gessit L || 22 thiestis MP || 23 nescichorōtis M ne sic horōtis Pa | cupidū Pb | arcium corr. in arotium M aretium Pa atrium Pb || 24 uocat loco Pa || 26 uestes M Pa || 27 regiae Seneca

non auro nitidae trabes.
 rex est, qui posuit metus
 et diri mala pectoris,
 quem non ambitio impotens.
 et nunquam stabilis fauor
 vulgi praecipitis mouet?

5
 10 **ARBITER** HOS quasi quaesitor. ex sorte iudex legit, quos habeat in consilio. ut Virgilius <Aen. VI 432>: 'quaesitor Minos urnam mouet'. hic Iouis et Europae filius, cui fuere fratres Rhadamanthus et Sarpedon.

532 **POENARVM** LVCRÆ FATERI poenas, quas apud superos lucrati sunt. ut <Aen. VI 568> 'quae quis apud superos furto laetatus inani'.

15 535 **ANGVSTAM** CENTENI AEGAEONIS VMBRAM Virgilius <Aen. X 565>: 'Aegaeon qualis, centum cui brachia dicunt'. angustam tenuatam. nec enim in figura aurae tanta est magnitudo, quanta in corporis ueritate. uel quem spatia tanta uix capiant, uel quamuis centum manus fuerint, umbra tamen eius memoratur angusta. quia
 20 maior est in umbra inani quam in corpore magnitudo.

537 **REMEABILE** SAXVM Virgilius <Aen. VI 616>: 'saxum ingens uoluunt alii'. Sisyphi exemplo illi signantur, qui contempta uera philosophia ad uoluendum mundi onus crebro uertuntur.

25 538 **FALLENTESQVE** LACVS Tantalī, cuius ab ore epulae subtrahuntur. bene lacus pro potu posuit. sic Horatius <sat. I 1, 68sq.>: 'Tantalus a labris sitiens fugientia captat flumina'. **TITYON** quia Latonae uoluit uim inferre, eius pectus lacerat uultur.

1 tabes Pb fores Seneca || 2 Regem regem qui Pa || 6 uulgis Pb || 7 et sorte Pb | legis Pb || 8 concilio Pb | Virgilius om. LMPa || 9 cuius L hem Pa || 10 //r// hadamant M radamantus P || 12 sunt lucratuit Pb || 13 furto . . inani om. Pb || 15 qua t M || 16 aurae] animae L umbrae Mon. || 17 magnitudo . . . tanta om. Pb || 18 capiunt L || 19 fuerunt Pb | eius om. M | augusta L | que Pa || 20 inani qua Pa || 22 significantur Pb || 23 c cepta M || 24 utuntur Pa || 28 que Pa

539 IXIONA GYRIS quod rotae uolubilitate rapiatur. Ixion, Phlegyae filius, cum misericordia Iouis in caelum sublatus fuisset, Iunonem de stupro interpellare ausus est. quae de audacia eius conquesta Ioui suadente ipso pro se nubem misit, cum qua Ixion concubuit. et geniti sunt Centauri. reuersus autem ad mortales Ixion gloriatus est cum Iunone concubuisse. ob quam causam eum Iuppiter fulmine percussit et ad rotam uoluentam ligauit.

548 NOSTRAMQVE MONE PER SINGVLA NOCTEM quia a Iunone caecatus fuerat Tiresias, qui maiorem libidinem locutus mulierum est, ideo quia ante femina fuisset. et merito, quia utriusque sexus fuerat expertus naturam. de qua re et ante dictum est.

Lind. p. 146 549 CARMENQVE SERIT SENSUS: et serit carmen, quod 15 collectas umbras et non necessarias spargeret, necessarias uero ac passim uagantes in unum cogeret.

550 QVALIS SI CRIMINA DEMAS COLCHIS talis erat Manto criminibus adeptis, qualis Medea aut Circe: magica arte perfecta. ut collatio conueniret, Medae artem tulit herbarum, quia Manto uno carmine potentiam exercet. Circen

1 post GYRIS praebet L: cathimenō, M: ekatimenon, Pa: dici ixiona ekatimeon, Pb: de isione hecatimenon, Bamb.: ΕΚΑΘΥΘΗΝΟΝ. latetne de Ixione ἐνθούμνα tale quid? || 3 stubri (om. de) Pb || 4 ē questa M || 5 p se M | nubem p̄ se Pb | concubuit et MPb cum coiret L concumberet et Pa || 7 Ixion om. Pb | quod . . concubisset Pb | cocubuisse; Pa || 8 rotū uolendū Pa || 10 moue L monet Pa | singulā Pa secula Pb | qua Pa || 11 tირსias quia Pb | caecatus fuerat a Iunone L caecatus a iunone fuerat Pa | maiorem multo L || 12 mulierum locutus L | esset L om. Pb | qui Pa q Pb qđ corr. ex qui M || 13 qua de re L || 14 ante ad II 95 || 15 et serit om. Pb | carmen om. Pa | quo L om. Pb || 16 et L ad MP | non om. M | necessaria LMP | sparg.] semper gerit Pb || 17 ad passum MPa ad passim Pb | cogere MPb || 18 si om. Pa | DEMAT L || 19 carminibus L | adeptis corr. in adēptis M ea demptis Pa | qualis depretis criminibus Pb || 20 perfectam Pa | et ut Pb | collocatio Pa || 21 que Pa | exercet potentiam Pb

autem non carminibus constat, sed herbis ualuisse, quia decipiebat poculis transeuntes. ut Virgilius <Aen. VII 19sq.>: 'dea saeua potentibus herbis induerat Circe in uultus ac terga ferarum'. equidem cum sit naturae ratio fingendo corpora facere homines, qui fuerant beluae, resoluta ferae figura humanos uultus effingunt. Circe ergo fuit mortalis, quam stulti | Solis filiam fuisse dixerunt, si fas Lind. p. 147 est, ut Solis filia credatur esse mortalis. sed ordinem fabulae perstringamus. haec igitur Circe in insula Maeonia delatos ad se in feras mutabat. ad hanc forte delatus Vlixes Eurylochum cum uiginti et duobus sociis misit, quos ab humana specie commutauit. sed Eurylochus inde fugit et Vlixii nuntiauit. is solus ad eam proficiscitur. cui in itinere Mercurius remedium dedit monstrauitque, quomodo Circe deciperet. qui postquam ad eam uenit, ab ea poculo accepto Mercurii remedium immiscuit et eduxit ensem eique minatus est, ut socios sibi restitueret. tunc Circe sensit sine uoluntate deorum non esse factum fideque data socios ei restituit. ipse cum ea concubuit, ex qua Telegonum procreauit. inde proficiscens ad Auer- num delatus ad inferos descendit. reliquos labores eius Tiresias uates edocuit.

553 PRIMVS SANGVINEO eleganter coepit a conditore Thebarum posteriorum historias narraturus. Cadmum et

1 sed herbis constat L | sed *om.* Pa || 2 decipiat MP || 3 dea saeua *om.* LMPa | Cyrcē L | dircen M | dircē Pa | in *om.* LMPa || 4 Et qd Pa || 6 ferae] pene Pb | fingunt M | post fingunt in *Mon.* et M *secuntur haec*: cum uero de gramine sit hoc est (aut *Mon.*) de frugibus terrae. quales etiam praeter animam licentia est || 7 quam stulti . . . mortalis *om.* in *margin.* add. M | esse credunt Pb || 8 Solis] dei LP || 9 igitur] quam Pb | in *om.* Pa *om.* add. M | meonia insula Pb || 11 Vlysses L || 12 quas ab una Pa || 13 Vlyssi L | renuntiauit Pb || 14 remedium Mercurius L || 15 qm Pa | non decipitur Pa | posteaquam L | ad deam Pb || 16 miscuit LMPa || 17 & ei Pb | est *om.* Pb | restituisset MPa || 19 sibi Pb || 20 Tellogonum L | ad cumā Pa || 21 delatas Pa || 22 edicunt Pa || 24 et *om.* Pb

Harmoniam diximus in dracones esse conuersos, quorum ueniunt animae, ut bibant fossam sanguinis plenam.

555 AMBORVM Cadmi et Harmoniae.

556 TERRIGENAE quos sparsis draconis dentibus terra edidit. 5

557 MENSURA DIES quibus nascendi moriendique dies fuit.

559 SPIRANTVM RABIE id est furore uiuentium adhuc arma tractabant suumque magis fundere sanguinem festinabant quam eum, qui erat fusus in fossa.

560 SED ALTERNVM CVPERENT HAVRIRE CRVOREM quos 10 draconis dentibus satis tellus ediderat, odia uetera retinentes potandi ordinem immatura festinatione turbauerunt.

561 FLETIQVE NEPOTES Pentheus, Actaeon et Melicertes.

562 ORBAM AVTONOEN quia Actaeonem filium perdidit.

ANHELAM INO uel furentem, quod ei nupsit pelex, uel 15 quod mariti Athamantis tela fugiens cum Melicerta sese fluctibus tradidit, quod Athamas Learchum occiderat.

564 ET OPPOSITIS SEMELEN A VENTRE LACERTIS quia cum proximas uidisset fulminis flammam, pia mater non immemor pignoris manus uentri, ne perimeretur, opposuit, 20 quasi fulmen non sibi, sed filio formidaret. mire autem dictum est 'a uentre', quod inter periculum fulminis filio timeret.

565 GENETRIX CADMEIA Agauen dicit non Cadmi filiam, sed quae a Cadmo originem duceret, quae filium furens 25

1 Harmonien L armoniã *corr. in* herminã M | *ad III 274* | conuersus M || 2 fossa Pa | plena Pb || 3 AMBORVM] serpens P | Harmonies L armonië *corr. in* harmione M | hermione Pb || 4 TERRIGENAE L | draconib; Pa | terra] cont~ Pa || 6 mensura *corr. in* mansura M | et moriendi Pb || 7 id est *om.* Pb || 9 fossas M || 11 draconum LMPa | terra Pb | edidit L ediderit Pa || 12 potando P | inmatura MPa | turbauerunt Pa || 13 Melicerta L melicrita Pb || 14 autonem M | autonem Pa | que Pa || 15 ino uel *om.* Pb | inupsit Pa | innupsit M | pellex LPb || 16 quod] cum Pa | melicerte M || 17 fluctibus sese L | qui M | ceciderat Pa || 18 OPPOSITIS L || 19 mater *om.* P || 20 inmemor MPb | opposuit ne perimeretur Pb || 21 mire . . . timeret *om.* P || 22 in uentre L | filio *om. in marg. add.* M || 24 GENETRIX LMP || 25 a *om.* Pa | origine Pa

occidit. ergo 'genetrix Cadmeia' ambigue. non enim mater Cadmeia, sed filia. ordo: Cadmeia genetrix insequitur, quae scitur esse Cadmeia.

569 ECHION pater Penthei, Actaeonis uero Aristaeus
5 fuit, filius Apollinis et Cyrenae.

570 TRISTEM NOSCO LYCVN hic est Lycus, qui Megaeram
filiam suam Herculi dedit uxorem et ob hoc a Iunone in
furorem uersus est et filios Herculis ex Megaera susceptos
Oxea et Leontiadem occidit. tristem ergo propter mortem
10 nepotum. hic est ergo Lycus maritus Antiopae, Nyctei
regis filiae, et tristis ob stuprum coniugis, quam per
uim stuprauerat Epaphus. ille eam proiecit. Epaphus
autem fuit ex Ione et Ioue natus. quam fabulam latius
aperiemus. Antiopa, Nyctei regis filia, ab Epapho per
15 dolum stuprata est. quae ob id a uiro Lyco eiecta est
ui. qua pulsa Dircen duxit uxorem. cui suspicio incidit
uirum suum clam cum Antiopa concubuisse. itaque im-
petrauit a famulis, ut eam uinctam in tenebris clauderent.
cui cum partus instaret, Iouis uoluntate effugit uinacula et
20 in monte Cithaerone partum exposuit. natos Zethum et
Amphionem proiecit. hos pastor pro suis educauit. quos
postea mater agnouit. qui iniurias eius exsecuti Lycum
interfecerunt, Dircen tauro indomito religatam uita priua-
uerunt.

25 571 AEOLIDEM Athamanta dicit, Aeoli filium, cum

1 genetrix LMP | ambigue . . . mater Cadmeia om. M |
ambigua Pb || 2 genetrix LMPa | genetrix cadmeia Pb | sequi-
tur P || 5 et Cyrenae om. Pb || 6 ad hoc scholion conferas schol.
X 891 | LYCVN] licon M | Megaram Kohl. || 7 dedisset Pa |
ob hoc] aboe Pa || 8 uersus in furorem Pb || 9 Toxea Grotius |
leonadem Pb | mortem] matrem M || 10 hoc Pb | nicti Pa nectei
M nitei Pb || 11 et om. Pb | tristem P | et tristis om. superscr.
M || 13 uō Pb | Ixione M etione Mon. om. LPb | et om. LPb ||
15 est om. Pa | est stuprata Pb | est eiecta LP || 16 ui om.
P | dircem Pb || 17 concubuisse cum anthiopa Pb || 18 clauderet
Pa | clauderent in tenebris Pb || 19 cum om. Pa || 20 parto Pa ||
22 qui om. MPb | cuius Pb | exsecuti corr. in persecuti M ||
23 occiderunt M | dircem Pb || 25 Athamantem L | cum] omni Pb

humero onusto, quia sic pingitur: insequens Ino uxorem, collo portans filii Learchi cadauer.

572 AVT VERSAE CRIMINE FORMAE propter crimina, quia in Dianam nudam inciderat.

573 FRONS ASPERA CORNV Actaeonem significat, quem 5 dicit apud inferos eadem forma mansisse, qua apud superos fuerat: habentem cornua.

576 TANTALIS Niobe. filia Tantali et Penelopes, quae partus sui fecunditate praelata cum filiis septem a Diana et Apolline probatur exstincta. 10

577 NIL DELECTA MALIS IVVAT EFFVGISSE DEORVM NVMINA filiis delectatur exstinctis amplius sibi posse in deorum iniuriam licere, cum desint, in quibus peccatorum licentia vindicetur. nam ideo subdidit: 'et insanae plus iam permittere linguae'. 15

ind. p. 148

584 EXTERNAE SATIS EST MIHI LVCIS duplex hic expositio est. nam externae aut humanis aspectibus, quoniam diuinam lucem uult magis intellegi, aut certe quod ipse diuinatione alieno fruebatur aspectu. INERTES NEBVLAE inertes epitheton est nebulae. nam uultum 20 caecitate obrutum ad uidenda, quae sunt diuina, perpetua nox exiit caecitatis.

588 MAERENT ARGOLICI coniecturam facit de ducum uultibus luctuum futurorum.

589 TORVVS ABAS Acrisii pater, quem idcirco toruum 25

1 onusto] onusio Pa | Ino om. Pb in M || 3 schol. om. Pa | haud Pb || 5 qui dicitur L || 6 dixit Pa | que Pb quia M || 7 habens Pb || 8 Tantalus filia Pa Tantali filia LPb | et om. Pb | poenalapes Pb penelapes Pa Peniopes L *conf. schol. IV 589 et myth. II 71* || 9 elata L | septem filiis et Pb || 10 extincti Pa || 11 NIL om. Pb || 12 sibi non posse L | in om. L || 13 nocere L || 14 subit Pb || 15 iam plus L || 16 Eterne Pa | est nichil Pa | est hec expositio Pb | expositio hic L | positio M || 17 humanas Pa | affectibus Pb || 18 diuum LPa | intelligi LPa | certe om. Pb || 19 qui M | diuinatione Mon. diuinationem LMP | aliena Pa alie non Pb | fruebat Pb || 20 inertes om. Pb | est om. L | iam? || 21 obruptum Pb || 23 coniecturus Pa || 25 patrem Pb | iccirco L

dicit, quia fuerit toruus in ciues. PROETVSQVE NOCENS ideo nocens, quia Bellerophontem innocentem uoluit occidere. Bellerophontes, Glauci filius, cum ignarus ad Proetum in hospitium uenisset et uxor Proeti Sthenoboea 5 siue Antia illum amaret nec ab eo impetrare potuisset, ut secum concumberet, apud suum uirum mentita est ab eo se compellatam fuisse. Proetus ad Iobatem, socerum suum, misit et de eadem re Bellerophonti dedit tabellas perferendas socero. quibus lectis interficere uoluit talem 10 uirum. sed cum ille prudentia sua et castitatis auxilio se ab instanti periculo liberasset, tamen, ut pudicitiam periculi probaret immanitas, ad interficiendum Chimaeram missus est, quam ille Pegaso iuuante prostrauit. denuo eum misit, ut Calydonas uinceret. etiam illos cum uicisset, 15 nouissime Iobates sciuit, quae sibi fuisset causa tanti mali faciendi. crimina, quae in eum confinxerat, aboleuit uirtutemque eius laudans alteram filiam Alcimenen ei dedit uxorem. at Sthenoboea ea re cognita ipsa se interfecit. ergo hic Proetus nocens, qui innoxium iuuenem 20 periculis tantis obiecit. haec fabula apud Homerum est in libro sexto. ipse Proetus, cuius filias sub contumelia laesi numinis Iuno furore compleuit, quo se factas buculas putarent. de quibus Virgilius (ecl. VI 48): 'Proetides

1 qui *corr. ex* quam **M** quod **LP** | toruus *om.* **Pa** || 2 uoluit innocentem **L** || 3 bellerofontis **Pa** pellerofontis **M** Bellerophon **L** | glāci **Pa** clauci **M** || 4 Proeti *om.* **Pb** || 5 impetrare . . . ab eo *om.* **Pb** || 7 conpellatam **M** | Iobatem *scripsi cum mythogr.* Adiuuarcem **L** iuuatem **M** iuuantem **P** || 8 pferendas **M** | tebella pferendas **Pa** || 9 perlectis uoluit interficere **Pb** || 10 illum prudentia uirū et **Pb** | sui **M** || 11 se . . . liberasset *om.* **P** | instante **L** | tamen . . . immanitas *om.* **LP** || 12 inmanitas **M** | interficiendam **L** interficienda **Pb** || 13 illa **MPa** || 14 calidonias **M** || 15 & cum nouissime sciuit Adiuuarcem **L** | adiuuacres **Pa** ariobates **Pb** adiuuantes **M** | quod ipsi fuisset **L** || 16 facundi **Pb** faciendi *corr. in* paciendi **M** | confixerant **L** confixerat **M** || 17 Alchimenem **L** alchimen **P** alchimen^a **M** alchimenen *Mon.* || 18 ac **Pa** | ea *om.* **LP** | ipsa *om.* **Pb** || 19 hic *scripsi* is **L** his **MPa** .hiis **Pb** | quia **L** || 21 (in *om.*) lib. VI. est **L** | *Il. VI 155—197* | est ipse **Pa** || 22 nominis **MP**

implerunt falsis mugitibus agros'. PHORONEVS hic est, qui primus Iunoni sacrificasse dicitur, ut Dardanus Ioui. Lind. p. 149 Phoroneus autem Inachi filius, qui primus mortalibus regnavit, cuius filiam Nioben, quia alia Tantali est, Iupiter primo mortalem dicitur compressisse.

590 TRVNCAVSQVE PELOPS Virgilius <georg. III 7>: 'humeroque Pelops insignis eburno'. SAEVO PVLVERE SORDENS OENOMAVS sordens, quia per circum tractus est. saeuo, quia ibi occisi fuerant innocentes.

593 GREGE CONDENSO isti sunt quinquaginta, quos 10 Tydeus interfecit.

595 FALSO CLAMORE ut Virgilius <Aen. VI 493>: 'inceptus clamor frustratur hiantes'.

596 INTENDVNT SINE PACE MANVS REX FALLOR AN HI SVNT o rex Eteocles. eos ostendit Eteocli, quos ipse etiam 15 posset agnoscere. 'sine pace' autem dixit aut bellicosas aut ipsi discordes, cuius causa fuerant interempti.

598 PRAESIGNEM MAEONA LAVRV Maeonem illum uatem dicit ideo praesignem lauru, quoniam fuit sacerdos Apollinis et diuinatione pollebat. quem Tydeus a quinquaginta uirorum caede seruatum remisit Thebas incolumem. 20 qui se in conspectu regis donatam uitam respuens conscientia uirtutis occidit.

599 NE SAEVITE DVCES quasi apud indignantes eos loquitur, qui fuerant interempti a Tydeo, et casum humanae 25 sortis excusat factorum legibus euenisse. omina prospera

2 Iunoni ... primus om. P || 4 tantali alia Pb || 5 p' superscr. primo M | comperisse corr. in compressisse M || 6 PELOPOS L || 7 Pelopos L || 8 OENOMAVS om. MP | sordens om. Pa. | pro Pa. | per currū Mon. per eum circum LPb || 10 istis (om. sunt) Pa || 11 teseus Pb | occidit LP || 12 ut om. LM || 15 et eos Pb | quo Pa | etiam ipso Pa. et ipse Pb || 16 cognoscere L | pace om. P | bellicosos Pb || 17 ipsi om. superscr. M | fuerint P || 18 MAEONA om. Pb | LAVRO LPb laurū M | Maeonem ... lauru om. Pb || 19 lauro L || 21 thebis incolomē M || 22 que Pb | regis] gis P | donate Pa spat. uac. rel. Pb || 25 fuerunt LPa | causa corr. in casū M || 26 ex causa M | omina ... Thebana om. P hoc loco iterum schol. 588 praeb. P

uiderat de parte Thebana et Argolicos duces uultu pronuntiasse de fato belli. sed uidit illos Thebanos, quos Tydeus peremit. quos hic minantes ciuibus suis placat dicens fatorum fuisse legem, ut tot caderent, non uirtutis
 5 alienae. dein superstitibus Thebanis, qui Tydeum uidentur esse passuri. hoc autem mihi uidetur dixisse Statius historiae ductus exemplo, ut animas seu manes irasci diceret et a Tiresia placatas. Alexander igitur cum in Asiam traduceret exercitum, conspexit proximam litori
 10 manum armatorum armis Achiuus candentibus. propterea tubam canere iussit et milites nauibus egredi armatos. sed cum abesset a conspectu Macedonum ea species umbrarum ante cunctis perspecta, ut attigit Thraciam terram, certus a uicinis factus, quod eiusmodi uisiones ibi frequentissime
 15 fierent, suspicatus animas esse Achiuorum, qui consociati foedere Thessalis fuerant heroico bello, inferias apud tumulos eorum dedit precatus aduersus barbaram gentem auxiliarios sibi fieri opinatus eosdem et in excessione classis apud litus sibi uisos. itaque in ea pugna, cum apud
 20 Granicum confligere exercitus, multas eiusmodi species in proelio conspiciant putantes Macedonum exercitum. nec minus alias animas apparuisse barbarico habitu, ex ad-

2 uidet Pb || 3 placeat P || 4 uirtutes *corr. ex* uirtutis M || 5 aliene *corr. in* alieni M | dein . . . passuri *om.* P | uiderent esse passurum L || 6 uideatur Pa | Statium fretus historiae L statium historie ductus Pb flectus hostiarie ductus Pa || 8 placatos LP *corr. ex* placatas M | in asia MP || 9 littori L || 10 manum] copiam Pb | cadentibus Pa cadere Pb || 11 tubam *om.* Pa || 12 abesse Pa abiret L eēt M || 13 aña (= antea) Pb | prospecta Pb perfecta *corr. in* perspecta M | ut *del.* M postquam L | a (*om.* ttigit) tracia Pa | certior L || 14 huiusmodi Pb | sibi Lm || 15 suspicati MP || 16 fuerunt Pb | heroico *scripsi* Hernico L heruico MP || 17 eorum] Achiuorum L aetorum Pa | auxiliario P || 18 ibi M | fieri . . . sibi *om.* Pb | opinatus quod MPa || 19 usos Pa uersos Pb | Isque L idque Pa itemque *Vollmer* || 20 configeret L configere P | eiusdem MP ibidem L *an scribendum est* eiusdem modi? || 21 in praelia LPb imprelia Pa prelia M | conspiciant *conieci* conspiciant LMP | putans L *Bamb.*

uerso existimantes hostium numerum. eo proelio multus ex utraque parte caesis locus, in quo ceciderunt, faba prima florentique nata fidem ueteribus praebuit, quia abstinendum usu fabae suadent. NIHIL HIC MORTALIBVS AVSVM quotiens ratione carent facti immanitate uirtutes, humanis non sunt assignandae consiliis. Virgilius <Aen. XII 427sq.> simili admiratione ait: 'non haec humanis opibus, non arte magistra proueniunt'.

601 EXISTIS CASVS euasistis. — ut furentum ducum placaret inferias. euasisse enim dicit casus et fortunae ludibria. nam Virgilius exisse pro 'euasisse' posuit <Aen. V 438>: 'atque oculis uigilantibus exit'. BELLA HORRIDA NOBIS nobis uero supersunt belli discrimina. Virgilius <Aen. XI 96>: 'nos alias hinc ad lacrimas'.

Lind. p. 150

607 NON ILLE AVT SANGVINIS HAVSTVS CETERA CEV PLEBES ALIUMVE ACCEDIT AD IMBREM oblicus ob parricidium posteris. horret nepotem Laius ex scelere procreatum nec sacrificii oblatione mitescit. nam cum importune instantes abigit illos quinquaginta, qui Tydei manu fuerant interempti, quos uittis redimitos dicit utpote reges, eosque sanguine sacrificii placat ostenso, illum tamen non sanguinis sacer, non alius liquor, qui sacrificiis consuevit offerri,

1 existimans *Bamb.* | post numerum *Bamb.* praebet iterum bellare cepit. fortasse hinc principium corrigendi sumi debet, ut scribamus '... in proelio conspectans iuuantem ... iterum bellare coepit' *seclusis* nec minus ... numerum || 2 primo L prema Pb || 3 floresque L florentique Pa floruit quae *Vollmer* | nati L | florentique campo nata est. q *Bamb.* | ueteribus fidem Pb | q *add.* d M | ab abstinendo Pb || 4 HIC in MPa || 5 fati P | immanitate MPb | non ... humanis om. Pa || 10 placeat Pa | inserias LM | enim] eius P || 12 BELLA ... NOBIS om. MP || 15 c. c. p. a. a. a. i. MPa om. L || 16 plebs Pb | obliquus Pb obliquus L *corr.* ex oblicus M || 17 posternis Pa posteris M | Laius om. Pb | ex om. L | excellere Pa *corr.* in scelere M || 18 nec creatum sacrificii Pa | ablatione Pb | intescunt Pa | non eum Pa | inportune Pa *corr.* in inportunitate M || 19 manu Tydei L || 20 intercepti Pb | dicat Pa || 21 sacrificii sanguine L | placeat Pa | ostensio M | non tantum non Pb | sanguis LPa

mitigat, id est uini aut mellis aut lactis. sed immortale odium posteris seruans nulla sacrificii oblatione placatur.

612 VIDIT AMICA DIES prospera id est quae ab exsecrabilibus facinoribus esset aliena. nam post eius obitum
 5 uxor filii sui Oedipodis est sortita coniugium, qui funestam rem saepissime fecunditate partus incesti significauit. secutum est nihilo minus, ut re cognita filius coniunx uoluntaria se caecitatis poena damnaret, deinde Polynicis exsilium et post omnia imminens bellum.

613 PLACATA MINORIBVS VMBRA calamitatibus posterorum. nam et parricida filius perpetua erat morte caecitatis damnatus et in regno nepotes erant regnandi cupiditate discordes.

616 PAEDORE squalore confectus.

15 617 ELECTVSQVE DIE exclusus a diei claritate.

618 CREDE MIHI quia simili caecatus crucior uita.

619 LITANTI pro litato.

621 PANDE VEL INFENSVS VEL RES MISERATE TVORVM quoniam: si iratus es, narra, quod doleam, si placatus es,
 20 posteris ede, quod caueam. ut in inferorum squalore perpetuo posito regi suaderet, quae poscebat, edicere, spem ulterioris ripae, ad quam praeter gloriosam mortem, quam belli necessitas ingerebat, uiolenter occisi prohibebantur accedere, promittit carminibus posse concedere. et deis
 25 inferis se commendat, quamuis esset contra iura prohibitum.

1 inmortale M non immortalis Pa || 2 posternis Pa posteris M | oblatione sacrificii L || 3 id est om. P | ab om. add. M | secrabilibus Pb || 4 est L ēē Pa || 5 oedippodes MP || 6 incerti LP | significauit corr. in signauit M || 7 coniux P || 8 deinde uoluntariū Polynicis L || 9 omni Pa | imminens MPa || 10 post calamitatibus inseruit uerbi Pa || 11 errat L | caecitatis morte Pb caecitate (om. morte) L || 12 in regnū MPa om. Pb || 13 discordes cupiditate regnandi L || 15 exclusiva diei Pb || 16 Qui L que Pa | simul Pa | crucior om. Pb || 19 doleam corr. ex deileam M || 20 posceres Pa poteris Pb | edere Pa | cauerna Pb causā Pa | in om. LP | inferiorum Pa || 21 posito om. Pb | ⁱq M | et dicere Pa || 24 cedere M | de his Pa de eis M || 25 se om. Pa | commendat P commendaturum (eum)? | esse Pa

624 MVL CETVR HONORIS MVNERIBVS TINGITQVE GENAS placatus muneribus sacerdotis sumpsit sacra libamina et tunc demum reddit consultanti responsum. alii tingitque genas magis intellegi uolunt fletu quam sanguine.

Lind. p. 151

626 VERSANTI MANES consideranti.

5

627 POTISSIMVS melior ad augurandum.

630 POSCITIS ILLVM ILLVM schema: epizeuxis id est repetitio nominis. dicit ergo Oedipum, filium suum, haec sacra debuisse facere, qui nece patris et matris concubitu Thebanum commouerat bellum.

10

633 FVRIARVMQVE ATRA FATIGAT CONCILIA imprecando filiis lassat. Horatius <carm. I 2, 26 sqq.>: 'prece qua fatigent uirgines sacrae minus audientem carmina Vestam?'

638 LERNAEOS Graecos a Lerna, palude Arcadiae.

639 HOS TERRAE MONSTRA propter Amphiarum, qui hiatu terrae demersus est. seu propter Tydeum, qui prodigialiter Melanippi, percussoris sui, cerebrum uorando defunctus est. DEVMQVE TELA MANENT propter Capaneum, qui eo clarior fuit, quod Iouis fulmine meruerit interire.

15

641 SONTES LEGE MORAE id est ex lege morae uenientes, ne sontes sepelirentur Achiui. — sontes autem morae optime: nocentes, quia differunt sepulturam. sic et in primo <36 sq.>: 'tumulisque carentia regum funera'.

20

644 EI MIHI CRVDELIS aut quia effectum est, quod optauit, aut quia superuicturus est filiis.

25

646 GELIDAM NEMEEN silua, in qua leo ille fuit, quem Hercules uicit.

1 carminibus Pb || 2 placatus . . . genas om. Pb || 3 reddidit LPa | tingitque MP || 4 intelligi LP || 7 ILLVM om. LMP | epizeuxis LMPb epizituisis Pa ypozeuxis Lm | id est] uel Pa || 8 repetitionis (om. nominis) Pa || 10 mouerat LP || 11 FVRIARVMQVE om. MP | CONCILIA om. MP | in precando MP || 12 filius Pa filii Pb | laxat Pb | Preceque L || 13 sanctae Hor. | carmine L crimina Pa || 15 qui om. Pa || 16 ter emersus Pa | prodigialitate Pb || 17 Menalippi LMP corr. Kohlm. | sui om. LPb | uorandū defunctū Pa || 18 MANENT om. MP | p̄ Pa || 19 meruit Pa || 22 quod Pa | sic] sed LPa || 24 HEI LPb | affestum Pa || 25 super- om. P | uictus est filius Pb

648 SIDONIAS Thebanas, quia Thebarum conditor Cadmus. Sidonius uero Tyrius.

652 MARCIDVS lassus, ebrius, aut quod molles faciat per pacem.

5 653 BRVMAE eleganter brumas pro annis posuit, non aestates, quia apud Thracas et Getas perpetuae semper habentur hiemes. ut Virgilius <georg. III 356>: 'semper hiems, semper spirantes frigora cauri'. dicit ergo duobus annis Thracas Getasque | exutos furore bellandi docuisse Lind. p. 1
10 culturas.

655 VMBRA id est uitibus obsitam facere. Icaria umbra dixit, quia Icarus comes Liberi accipitur, qui a Libero uini usum, ut mortalibus traderet, sumpsit. quod cum pastoribus exhibuisset potandum, ebrii facti putauerunt
15 se ueneno fuisse temptatos. Icarum peremerunt. cuius Erigone filia cum ductu canis inuentum fieret cadauer, in uindictam patris deorum implorauit auxilium. recepti ambo dicuntur in sidera: Erigone in uirginem, Icarus in Bootae stellam. dicitur enim cum plastro suo receptus
20 in caelum. unde Iuuenalis <V 22sq.>: 'aut illo tempore, quo se frigida circumagunt pigri serraca Bootae'.

656 ET IAM PAMPINEOS MATERNA AD MOENIA CVRRVS PROMOVET Ouidius <met. III 666 sq.>:

25 'ipse racemiferis frontem circumdatus uuis,
pampineis agitat uelatam frondibus hastam'.

1 qui herbarum Pa || 2 uero] nō Pa || 3 lapsus Pa | quia L
qui Pa || 5 non] ne Pa || 6 apud om. M | Thraces L | semper
om. Pb || 7 habent M | ut om. Pb || 8 spirantis Pb | frigore L |
chauri MPa uenti L brume Pb || 9 Thraces L || 11 facere
obsitam L || 12 a libero patre Pb || 13 uinum suum (om. ut) Pa |
tradere Pa || 14 dedisset Pb || 15 esse L | tentas Pb | & Icarum
L | perimerunt MPa | cuius] alisb Pa || 16 erigione Pb || 18 lo-
cuntur Pa locantur L | inter L | Erigione M erigonem Pb ||
19 stellam Bootae LP || 20 ut LPb | haud MPa || 21 sarraca L
saraca Pb | bootē M boeten Pa || 22 cursus Pb || 23 PROMOVET
om. Pb || 24 circūdat' M | ubi Pa umbris L || 25 agitant LP
agitant M

MATERNA MOENIA id est ad Thebas, quia exinde fuit Cadmi filia Semele, mater Liberi.

658 LYNCEs Triptolemus beneficio Cereris cum fruges per omnes spargeret gentes, ad Lycum, Scythiae regem, uenit ibique paene deceptus est. uolens enim Lycus id, 5 quod hospes attulerat, fuisse suum monstrare Triptoleum insidiis finire conatus est. at ille periculo cognito stricto gladio Lycum persequi coepit. ille in feram sui nominis uersus mo-^{nd. p. 153}rum suorum colore distinctus est. ut Virgilius <georg. III 264>: 'quid lynces Bacchi uariae?' 10

659 ARMENTALIA non armentaria. ut Virgilius <Aen. XI 571>: 'armentalis equae mammis et lacte ferino'.

660 MIMALLONES VERSAS lingua Macedonum Bacchae. hinc Persius <I 99>: 'torua Mimalloneis implerunt cornua bombis'. 15

661 NEC COMITATVS INERS SVNT ILLIC IRA FVRORQVE ET METVS ET VIRTVS ET NVNQVAM SOBRIVS ARDOR quae omnia nascuntur ex uino. ut Virgilius <georg. II 455>: 'Bacchus et ad culpam causas dedit'.

663 SVCCIDVIQVE GRADVS ebrietate titubantes. 20

668 AERAQVE TYMPANAQVE Virgilius <Aen. IX 619>: 'tympana uos buxusque uocant'.

672 ARGOS masculini generis in plurali tantum numero esse Virgilius docet <Aen. II 95>: 'si patrios unquam remeassem uictor ad Argos', in singulari uero saeuum 25 Argos notandum neutri generis ciuitatem Argos dictam.

1 id est *om.* P^b | ad *om.* P | inde P^b || 3 treptolemus M^{Pa} | cum *post* LYNCEs *posuit* L || 4 Siciliae L squacie *superscr.* spucicie M quisne P^a squitie P^b || 5 et ibi L ibi P^a || 6 et tulerat *corr. in ac tulerat* M || 7 conatibus (*om. est*) P^b | illo L || 8 prosequi concepit P^a || 10 linges P^a || 11 equi non L | armenta L¹ P^a armentaria M armentitia P^b | ut *om.* M^{Pa} || 12 equi L^{Pa} || 13 VERSAS L ursos P^b | macedonium P^a || 14 mimaloniis P^b || 15 bobus P^a || 16 NEC . . . ILLIC *om.* L || 18 ut *om.* L^{Pa} || 19 cupam L ceopam P^a culpas P^b || 22 uox M^P | buxosque P^a usque P^b || 23 mascim gn̄ns M | in plurali numero masculini tantum generis L | numero tantum (*esse om.*) P^b || 24 umquam M^{Pa} || 25 Saenos L || 26 neutri . . . Horatius *om.* P

nam et Horatius neutro genere posuit <carm. I 7, 9>: 'aptum equis Argos'.

673 CINERI DATA MATER INIQVO illud dicit tempus, quo fraude Iunonis Semele mater optauit Iouem eo cultu uidere, quo cum Iunone concumberet. quod cum ferre non potuisset, diuino igni apud Thebas consumpta est. merito ergo eam ciuitatem matris sepulcrum Liber appellat.

674 SENSI ad exaggerationem materni supplicii dicit etiam se in utero constitutum sensisse uim fulminum.

677 NECTAM FRAUDE MORAS nectam: iniciam. dis enim solum conceditur, ut contra fata moram faciant. ut Virgilius <Aen. VII 315>: 'at trahere atque moras tantis licet addere rebus'. in opinione ergo multorum est multa fieri extra legem fatorum. nam si in hoc, quod fixum est et ineluctabile, dilatio uel mora habetur, fides decreti uiolatur et quasi uincitur fatum. unde Cicero <Philipp. I 10>: 'multa fiunt praeter naturam praeterque fatum'.

ILLVM ILLVM TENDITE CAMPVM deest 'in'.

678 HYRCANAE id est Scythicae tigrides. ut Virgilius <Aen. IV 367>: 'Hyrcanaeque admorunt ubera tigres'.

679 DICTO PRIVS Virgilius <Aen. I 142>: 'dicto citius tumida aequora placat'.

681 TOLLIT ANHELA DIES anhele id est aestuosa, quando sol in Cancro est. et necesse est, quando sol in medio caelo est, omnia illustret.

1 et om. L | in neutro L || 2 aptum dicit *Horatius* | equos corr. in equis M || 5 (cum om.) ferri P || 6 igni corr. in igne M || 7 sepulchrum LM || 9 enim se Pb | in utero matris L om. Pa | fulminis Pb (om. uim) fulmina L || 10 MORAS om. Pb | iniciam Pb | diis LPb || 12 at] haec L hac Pa | ac Pb || 14 quod iam fixum Pb || 15 uel] & L | habentur L | derecti Pa de certi Pb || 16 unde] ut Pb || 17 cf. not. II 191 || 18 ILLVM om. LMPa || 19 id . . . tigrides om. Pb | id est om. L | Scythiae L quitice MPa || 21 Virgilius om. L || 22 aequorum L || 23 tolat Pb | DIES . . . sol om. Pa | anhele om. Pb | id est om. M || 24 est in cancro Pb | est om. Pb | in om. LMPa || 25 est in medio celo ut Pb | illustris Pa illustrari *Bamb.*

683 MEDIVSQUE SILENTVM cum silerent Nymphae, quibus conuocatis medius ipse constiterat.

md. p. 154 684 AGRESTES FLVVIORVM oratio | Liberi apud Nymphas, ut cuncta siti exhausta siccarent. numina autem fluuiorum sunt Nymphae. a fontibus enim originem ducunt. ut 5 Virgilius <Aen. VIII 71>: 'Nymphae, Laurentes Nymphae, genus amnibus unde est'.

685 ET NOSTRI PARS MAGNA GREGIS nostri comitatus maxima portio.

687 RIVOS id est tanta uis sit siccitatis, ut riuorum 10 aluei puluere impleantur.

688 NEMES paludis nomen, unde erant Argiui. ex qua et campum significat, quo aduentat Argiuis exercitus.

689 EX ALTO FVGIAT LIQVOR penitus imperat, ut humor ex alto in profundum discedat. 15

690 ADHVC SVMMO quia medio caeli spatio uolentior terris ardor solis infunditur, per quem unda siccatur. ut Virgilius <georg. IV 426sq.>: 'et medium sol igneus orbem hauserat; arebant herbae, et caua flumina siccis faucibus ad limum radii tepefacta coquebant'. et sensus 20 hic est: nisi uestra uoluntas cesset, summo limite indulgent astra uim coeptis.

691 MEAEQVE ERIGONES SPVMAT CANIS id est: quam ego uindicaui, id est Erigone. singulis enim mensibus aliorum siderum ortus ingreditur. canicularem ergo dicit 25 stellam. quae ideo inter sidera recepta est, quia seruauit

1 Mediūq; M | silentiū MPa | siderent Pa || 2 conuocatis corr. ex uocatis M || 3 ad LPb || 4 siccaret P | autem] enim Pb | sunt fluuiorum L || 5 dicunt Pa | unde L || 6 Nymphae¹ om. L || 8 ET NOSTRI om. MP || 10 uis tanta LPb || 12 Nemen P | ex q̄ M propono ex quo || 13 etiam Pb | exercitus Argiuis L | argi' M || 14 FVGAT LM || 15 descendat Pb || 16 quia om. superscr. M || 17 solis ardor L | ardor om. in marg. add. M | ut om. Pa || 19 uerba, quae secuntur post orbem, sing. literis indicantur, quarum partem om. L || 21 Cesset uestra uoluntas nisi L | nisi] si P || 23 MEAE L | id est] uel Pa || 24 iudicaui Pb | erigones Pa | similis enim Pb || 26 in sidera Pa | q̄ Pa

cadauer Icarum interempti, aut quia ipsa Erigonae nuntiauit
interitum domini. et bene ait 'meae' et propter Icarum
patrem. hodieque enim sacra Libero dantur in Erigones
honorem. Virgilius <georg. II 389>: 'oscilla ex alta
5 suspendunt mollia pinu'.

695 LICENTVM CORNIPEDVM licenter facientium Panum,
nam solent Nymphas ad usum libidinis rapere. etiam
Faunos sumpto uino in uenerem constat esse petulantes.
constat etiam Liberum eundem et Apollinem esse et Solem.
10 ideo iuuenes omnes imberbes, quia ignis non senescit.

698 VIRIDISQVE COMIS ad imitationem radorum, qui
luce sua funduntur. ergo aut ipse Liber a se cepit
ardorem aut uelociter, quod petierat, impetrauit, ut uirides
uuae situ caloris horrescerent.

699 PROTINVS INACHIOS Graecus exercitus iam describitur. Lind. p. 155
Inachus autem campus Argiuis. ut <Aen. VII 286>
'Inachiis sese referebat ab Argis'.

702 AEGRA SOLO MACIES aegra arida, quasi macilenta.
ut Virgilius <Aen. III 142>: 'et uictum seges aegra
20 negabat'.

704 SIC VBI SE MAGNIS Ouidius libro primo <met. I
422—428>:

'sic ubi deseruit madidos septemfluus agros
Nilus et antiquo sua flumina reddidit alueo,
25 aethereoque recens exarsit sidere limus,
plurima cultores uersis animalia glebis

1 Learci L | q̄ Pa | ipse MPa | Erigone LMP || 2 ait om. add.
M | meaeque L | et om. LPb del. M || 3 Liberi L liber Pa | in hono-
rem Erigones L | erigonis MPb || 4 honore MP | alto LMP ||
6 LICENTER L || 7 nam Fauni solent L || 9 eundem om. L || 10 adeo
P | omnis P | inberbes MPa || 11 VIRIDISQVE om. Pa et omnes
MPb | comat MP | immutationem Pb || 12 origo Pa quia ergo L |
coepit L cocepit Pa || 13 qui Pa quod ipse M | inpetraui Pa ||
14 uine Pa | coloris Pa || 15 descēditur Pa || 16 argiuos corr. in
argiuus M | ut Iuno Inachiis L || 18 arida om. L || 19 egrā Pa ||
20 negabat om. L(Pa) negabat Pb tulit M || 21 libro om. Pb ||
24 reddit L || 25 Aethereoque L & erio P

inueniunt et in his quaedam modo coepta per ipsum nascendi spatium, quaedam imperfecta suisque trunca vident numeris?

705 BRVMAE illo tempore, quo bruma apud Aegyptum esse creditur. Eoae autem liquentia: Aegypti liquore 5 nascentia. ergo hoc facit Nilus, quod apud alias gentes bruma id est imbres. ut Lucanus <X 300>: 'atque hiemes afferre suas'.

707 HIULCA AEGYPTVS calore fissa. ut Virgilius <georg. II 353>: 'aut ubi hiulca siti findit Canis aestifer arua'. 10

709 MAGNVMQVE INDVCAT MESSIBVS ANNVM Lucanus <III 70>: 'effusis magnum Libye tulit imbris annum'.

712 AVDAX ERASINVS qui ripis suis se contineri non patitur. et idcirco dixit audacem id est grauiter sonantem.

713 ASTERION Erasino contrarius fluuio. nam cum sit 15 ille populator aruorum, hic fructibus est aequus. et haec flumina in Nemea silua sunt omnia.

715 IVSSV NVMINIS ipsius Liberi. bona uero oeconomia. nam si ea Langia defecisset, perissent Argiui, et non esset bellum, quod fataliter debebatur. 20

717 LANGIA fons est, qui postea uocatus est Archemorus. et huic consecratus est fons et Nympha, cuius famam postea Argiui accepto beneficio extulerunt, quia non perdiderat aquam. iuxta hunc fontem agon celebratur

1 quemadmodum MP | sub ipsum Ouidius || 2 imperfecta M | suisque . . . numeris om. MP || 3 humeris L || 5 eo aut Pa Et AROAE L | liquenti MPa linquenti Pb | liquorē M || 6 hoc om. Pa | apud om. MP | alibi Pb | gentes . . . atque om. Pb || 7 id est] uel Pa || 8 adferre Pa | tuas Lucanus || 9 AEGYPTOS L | fixa Pb | ut om. MP || 10 aut] hoc Vergilius | fundit Pb fūde Pa | ara Pa ira Pb || 11 Magnum Pa | m̄sib' M || 12 Libyae L || 13 continere P || 14 idcirco L | id est om. Pb || 15 fluuius L || 16 illae L | ille sit Pb | arborum LMP aruorum Gudian. | est fructibus L | fluctibus Statius || 18 uero om. Pb || 19 ea Gudian. ei LMPa om. Pb | periissent L || 20 dicebatur Pb debatur superscr. ba M || 21 inuocatus Pb | est om. Pa || 22 eius Pa || 23 abstulerunt P || 24 non om. Pb | celebratur superscr. ba M

in honorem Archemori consecratus et in Nymphae beneficium. Archemorus est Lycurgi filius Graeci, quem Hypsipyle acceperat nutriendum. quae dum sitientibus Graecis Langian fontem demonstrat, regium puerum ictu serpentis
 5 amisit. idem puer Opheltes, qui post Archemorus est dictus. nomen enim lacrimabile significat Archemorus ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τῆς μόλας, eo quod primus occisus est. nomen gloriam uel famam.

721 HYSIPYLEN Lemnias fuit. quodam tempore dum
 10 Lemniadum uiri in Thracia pugnantes triennio tenerentur, indignatae desiderio decem feminae aduersus omnes coniurauerunt, ut omnes perimerent. inter quas sola Hypsipyle Thoanti patri pepercit. ex quo in se armauit ceterarum furorem. quae dum fugeret, capta ad Lycurgum
 15 regem ducta est Graeciae. in cuius seruitio cum filium eius Ophelten nutritet, puer dracone periit. qua orbitate rex iratus cum in Hypsipyle ius dominii exercere uellet eamque filio inferias mittere, a Graecis prohibitus est, quibus fontem sitientibus demonstraui. Graecis uero postea
 20 responsum est non prius eos ad Thebas peruenire, nisi clacassent manes Archemori. pro qua re illi ludos funebres pondiderunt, de quibus ipse poeta plenius loquitur.

723 ERGO NEC ARDENTES CLIPEOS VECTARE NEC ARTOS Lind. p. 156

1 honore Pb | etiam in Pb | beneficij Pa || 2 Graeci *secludendum esse puto* || 3 quē Pa | dū gr̄ci sitirent Pb | sentientibus *corr. in sitientibus M* || 4 fontem demonstrat Langiam L || 5 idem Archemorus² om. Pb | idē Pa Is est L || 6 signat M || 7 ἀπὸ μόλας *Kohlm. in Philol. XXXIII p. 137 ἀπὸ ΘΑΡΧΝCINCΕΙΡΑC L ΑΥΡΩΘΑΡΧHCINC Ο-C IPAC M λ. II. ω. o. ca. p. x. n. ci. N. L. Ο-C. Pac. Pa om. spat. rel. Pb* | qui M || 8 fama uel gloria L famam uel gloriam P || 9 Hysipyle L hisiphile Pb || 11 indignato M indignanter Pb | X femine M fæminae necem L || 13 armauit caeterarum in se L || 15 Graeciae ducta est L | in heuius Pa | filio Pa || 16 eius om. L | offeltē M || 17 in cm. P | Hypsipylen L (h)i(p)siphile MP | dūi M || 18 inferiu' Pa | est om. P om. *superscr. man. 2 M* || 19 sitientibus fontem L | mōstrauit Pb || 20 est om. Pb | uenire M | ni M nisi prius Pb || 21 placuissent Pa | re om. Pb | illi om. Pa || 22 constituerunt L || 23 PORTARE L | ARCTOS . . . arcti LPb

THORACVM NEXVS quia arti et angusti efficiebantur per anhelitum hominum. nam anhelitu solet corpus intumescere.

731 CATENATAS frenatas.

735 AMYMONES ab Amymone, Danaï filia, nuncupatus 5
fons. CAECIS latentibus, quia ignorabantur.

736 SEDENT quia, quod incenditur, sedet et deprimitur.

737 FLAVAM LIBYEN Iuppiter Epaphum, quem procreauerat, in Aegypto oppida communire ibique regnare iussit. oppidum Memphim et alia plura constituit et ex 10
Cassiopa uxore suscepit filiam Libyen, quae postea in Africa regnum possedit. cuius ex nomine terra Libyes est appellata.

738 SYENEN ciuitas, quae ab Aegypto Aethiopiam diuidit. quia ibi nunquam pluit, ideo nulla nube umbratam dicit.

740 SVBITAM PVLCHRO IN MAERORE TVENTVR cum septem duces Thebas oppugnatum uenissent et aquam quaerent, Adrastus deuenit ad Hypsipylen, Thoantis filiam, cuius alumnus Archemorus periit. et ludos funebres instituerunt. 20
quibus ludis Hypsipyle cum duobus filiis ex Iasone intererat. qui et ipsi matrem quaerentes currendo uicerunt. quorum nomina praeco cum pronuntiasset, Iasonis et Hypsipyles filios esse mater eos cognouit. qui ab rege impetrarunt, ut matrem recuperatam Lemnum reuocarent. 25

2 inclitu solet Pa || 7 quia quod] quaque LPa | sedet om. L di Pa || 8 Frauā libiē M | quem . . . oppidum om. Pa | quem scripsi qui LM om. Pb | procreauerat Pb ////creauerat M hoc petiuerat L || 9 in Aegyptum LMPb | an scribendumst in Aegyptum ire et tale quid? || 10 Memphin L memphum Pa | italia M (= item alia?) | et om. Pb || 11 Cassiopeia Myth. cassiopan MPa casiopan Pb | uxorem Pb | librē Pa lybiē Pb || 12 africanam Pb | ex om L | est] .i. Pa || 14 Sienen corr. in Sienem M | Aethiopiam ab Aegypto LP || 17 TVENTVR om. L || 20 infuerunt Pa || 21 ludib' M | cum om. LP om. add. M | duos filios LP | ex iasonis Pa | intererat om. P exceptit L || 22 quia Pb || 23 ipiphile Pa || 24 agnouit LP | a LPb | impetrauerunt Pb

742 PROLES INFAVSTA LYCVRGI Lycurgi duo fuerunt Thrax et Nemeus, de quo loquitur poeta. ille in mari praecipitatus dicitur, quia primum aquis uina permiscuit et rem in haustu sinceram pluribus uenenis infecit. infausta
5 ideo, quia peritura.

748 SEV TE LATONIA CASTO siue te, inquit, Diana de Lind. p. 157 grege suo alicui uxorem dedit, siue te deus aliquis suo amore dignatus est. nam posse hoc fieri Iouis docemur exemplis, qui multas Graeciae feminas amauit.

10 749 TRANSMISIT THALAMIS hoc est in matrimonium collocauit. hoc ideo, quia uidet illam infantem ferre.

750 NON HVMLIS FECVNDAT AMOR id est a numine compressa peperisti. non humilis, quia non patitur iniuriam numen, si tecum id est cum Argiua concubat.

15 751 ARBITER ARGOLIDVM THALAMIS NOVVS quasi qui consueuerit cum Argolicis matribus saepe concumbere. an quia Inachi Argiui filiam amauit et Danaen item Acrisi Argiui filiam? ergo uerisimile est et hanc Iouis paruisse complexibus, quia frequenter Iuppiter est Argiuarum con-
20 cubitu delectatus.

754 CARPIT consumit. ut <georg. III 215 sq.> 'carpit enim uires paulatim uritque uidendo femina'.

756 SEV TIBI FOEDA PALVS caenosa sordibus. unde Lucanus <IV 312sq.>: 'moriensque recepit, quas nollet
25 uicturus, aquas'.

762 NVMERVMQVE REPENDAM id est omnis te plebs uenerabitur, ut pro numero exercitus de Thebanis gregibus

1 Lycurgi om. Pa | duo filii? || 2 Thracius L | Nemeaeus? | de om. Pb || 3 qui Pa | primum . . . sin- om. Pb | permiscuit M || 4 in augustu Pa || 5 quia] et M dicit quia L || 6 si uere inquit Pb || 7 uxorem dedit alicui L | te deus] tydeus M || 10 in om. MPa || 11 quod Pa || 13 op(p)ressa P | non humilis . . . numen om. Pb | non humilis om. in marg. add. M | que Pa || 14 id (om. est) Pa | concubet Pa concubet Pb concubet M || 15 ARGOLIDVM LMP | qui om. Pb || 16 consueuit L consueuerat Pa consueuerunt Pb || 17 acrisii P || 19 que Pa | Iuppiter frequenter L || 22 uritque . . . femina om. MP || 23 ceu M | ut Pb || 24 Lucanus] hic Pa | morientibus Pa || 26 rependit M

tot tibi uictimas immolemus. perseuerat in opinione, qua coepit, ut tot hostias de grege Thebano numeret, quantus fuerit plebis numerus nominatus.

Lind. p. 158

764 MEDIA INTER ANHELITVS inter media uerba rapit. an melius sic: media uerba interrumpit? 5

765 CVRSV ANIMAE spiritu uitae.

766 SOLVTI patuli ad auras capiendas. egent enim humore uitali. ideo aerem expetunt.

768 ETSI CAELESTIS ORIGO EST nam pater eius Thoas Liberi patris fuisse filius dicitur. ergo ista neptis Liberi fuit. 10

770 ORBAM haec cum Iasone aliquando in Lemno concubuit. ex quo enixa est geminos, quorum alter Thoas, alter Euneus dictus est. quos fugiens reliquit in Lemno. et quia, uiuant, ignara est, orbam se pignoris esse confessa est. 15

771 AN QVIS SINVS id est: si meis filiis adhuc est nutrix.

773 DEMOROR VNDIS uoluit dicere de suis liberis et pudore reuocata est. noluit enim pandere, quod uidebatur sine pudore fecisse. aut ideo in media oratione conticuit, 20 cum illi magis desiderio audiendi succederentur.

776 ICARIJ ASTRJ Canem Sirium dicit. qui cum Erigonae patris eius corpus ostendit, in siderum numerum Liberi est beneficio collocatus.

778 ALVMNVM Archemorum, Lycurgi filium, quem 25 draco interemit. cui proprium nomen Opheltes est.

1 quam L || 2 tot ... quantus om. Pb || 3 fuerat L || 4 MEDIAM L || 5 sit Pb | interrumpit MP || 6 cursum Pb | spiritum Pb || 7 Spiritus uitae flatusque soluti. PATVLI L || 10 filius fuisse LP || 11 nec M | in Lemno aliquando L || 12 nixa Pa | est enixa L | alter Thoas om. Pb || 13 ennius P euneus corr. ex eneus M || 14 que Pa | uiuerent L | ignara est om. L | orbam pignoris se L || 16 Antiquis P | si] scilicet Pb | essem LPb || 18 unde Pb uñ Pa | sed L || 19 uocata Pa | est om. L | eum L || 20 fuisse L audisse Pa | ideo om. L || 21 illis Pb | succederent P succiderent M | estne scribendum hauriendi quam audiendi an (magis omisso) hauriendi succiderent? || 23 Erigone LMP | numero Pb || 24 beneficio collocatus est L || 26 est Opheltes L | est om. Pa

779 PONIQVE NEGANTIS ordo est: lacrimas poni negantis murmure consolatur et floribus. poni autem significat abici et conquiescere. legitur et 'ponit negantem' id est inuitum et reluctantem. expressit enim morem infantiae,
5 quia nolunt a nutricibus separari.

783 CVRETAS TREPIDOS aut ad naturam rettulit Curetum, quod sint celeres ac feroces, aut trepidos metu Saturni intellegamus uel quasi iam deum formidantes Iouem. PLAVDVNT ORGIA ad certationem plaudunt
10 hoc est feriunt. orgia id est tympana.

784 SED MAGNIS RESONAT VAGITIBVS IDE postquam Ops Iouem ex Saturno peperit, Nymphis commendasse dicitur in Ida monte, ne a Saturno interiret propter exclusionem regni, quod Proteus edixerat. itaque cum Opem rogasset,
15 ubi esset, quod pepererat, illa lapidem ei inuolutum ueste monstrauit. quem Saturnus uorauit. Amalthea nutrix, ne uagitus pueri audiretur, Corybantes posuit, qui Curetes Latine lares familiares appellantur.

787 NITENS pronus reptans.

20 788 RENIDENS labia contrahens.

789 VERBA ILLVCTANTIA LABRIS quia infanti quasi quoddam est inter uerba et labra certamen. nam dum conatur uerba proferre, impeditur a labris immaturis.

795 ORTYGIAE LATVS Iuppiter cum Asterien, Titani
25 filiam, amaret et illa eum contemneret, in auem Ortygiam Lind. p. 159
conuersa est, quam nos coturnicem dicimus, eamque in

1 PONITQVE NEGANTEM L | negant L || 2 significatur Pb ||
3 abici Pb abuti (ante significat) L | et conquiescere legitur
om. L || 4 recusantem L || 5 qui Pa || 6 curentes Pb || 7 aut quod
sint M | feroces ac celeres sit Pb || 8 intelligamus LPa | uel om.
M || 9 ad . . . orgia om. P || 11 SED om. L | IDE om. P | opis
MPa uel opis Pb || 12 e Pa | Nymphis om. LMP || 13 monte om. M |
a om. Pa || 14 dixerat Pb || 17 Quia L || 18 latine curetes Pb ||
20 labra L || 21 inluctantia MPa | infantibus (om. quasi) Pb ||
22 et labra . . . uerba om. P || 23 impedita labris Pb | in-
maturis M || 24 LATVS om. L | asteriem Pb || 25 contenderet Pb |
in nauem P || 26 uersa Pb | est quam . . . Ortygia om. Pa

mare deiecit. unde insula Ortygia est dicta. postea ibi Latone enixa est Apollinem et Dianam. quibus natis insula Delos nominata est. INCLINABAT suo scilicet pondere.

803 ARGVS AQVAE hic vexillum portabat et, ut erat 5 in armis positus, exclamavit 'aquae, aquae sunt hic'. cui tota multitudo respondit exercitus: 'aquae'. ut Virgilius <Aen. III 523sq.>: 'Italiam primus conclamat Achates, Italiam laeto socii clamore salutant'.

804 SIC AMBRACII PONTI ciuitas Epiri, de qua mare 10 nomen accepit. Lucanus <V 651sq.>: 'oraeque malignos Ambraciae portus'.

807 LEVCADA PANDIT APOLLO hoc est: facit uideri montem ipsum id est Leucada, promunturium Epirotici maris. 15

810 AEQVA SITIS ut omnibus aequa sitis fuerat, ita omnibus aequam fecerat dignitatem. IN CVRRIBVS pro 'in currus impliciti', ut biberent.

816 DIRIPITVR populatur, bibentibus siccantur tori riparum. 20

Ind. p. 160

824 SILVARVM NEMEE LONGE REGINA V. memor sui poeta laudat Nemeam siluam, quae inter Thebas et Argos est, quod in ea Iuppiter colitur, cuius sacerdos erat Lycurgus rex, pater Archemori.

832 CANA REPOSTAS flumina enim, quae ex niuibus 25 uel imbribus sumunt uires, possunt siccari. uel hoc

1 dicta est Pb || 2 Latona LPb | est om. Pb || 3 delèos insula M | est nominata LP || 6 aquae om. LPa | sunt . . . aquae om. Pa | hec Pb || 7 respondet L respond M | exercitus respondit Pb || 8 Italiam Italiam L | cūclamat Pa clamans Pb || 10 sic om. MP | mare om. M re Pa || 11 (h)oraeque MP || 12 ambrachia M || 13 APOLLO om. MP || 14 id est om. L | id est . . . biberent om. Lm || 16 fuerit Pb || 17 IN om. Pa || 18 in currus scripsi cum curribus L cū currus M eo currus Pa currus Pb || 21 NEMEA L | REGINA om. L | v. om. L ut P || 22 Poeta memor sui L | argos corr. ex argiuos M || 23 quā superscr. qđ M | colitur . . . pater om. Pa | colitur om. M || 25 cane P | repostas MP REPORTAT L

intellegendum: non interim effunduntur, niues cum uerticibus montium solis calore licuntur.

836 APOLLINEVS LADON siue qui lauros habeat circa ripas suas, quae in tutela sunt ipsius, siue propter Daphnen, cuius hic fluuius pater est. XANTHVS VTERQVE quia Lyciae et Troiae est.

837 SPERCHIVS Thessaliae fluuius Centauris uicinus.

LYCORMAS qui et Euenos, quem Centaureum dixit, quod in eo Herculis sagittis Nessus Centaurus sit interemptus. ut Lucanus <VI 365sq.>: 'et Meleagream maculatus sanguine Nessi Euenos Calydonia secat'. Centaureum ideo, quia hunc Nessus Centaurus custodiebat. Herculis uero fabula cunctis notissima est.

840 AB IOVE PRIMVS HONOS post Iouem tu secundus inuocabere. sic Horatius <car. I 12, 51sq.>: 'tu secundo Caesare regnes'.

COMMENTARIVS IN LIBRVM V.

Descriptio alacris exercitus. allocutio Adrasti ad Lind. p. 16
Hypsipylen petentis, ut sibi narret, quo esset genere procreata uel quemadmodum nunc seruiat. illius responsio, quemadmodum coniurauerint Lemniades mulieres ira Veneris

1 intelligendum LP | niues cum] niuentium L || 2 cum Solis L | liquantur L | liquntur M | liquuntur Pa | liquntur Pb || 3 quod LP | apollini lauros ht Pb | habeant LMPa || 4 sunt om. M | ipsius] Apollinis Pb | siue inserui | danem Pb || 5 est om. Pa || 7 fluuius om. P | centauri M || 8 Lacrimas P | qui et om. L | Thebanus fluuius L | thebenos M | hebenos Pa | ebenos Pb || 9 Centaurus Nessus L | sit centaurus Pb || 10 ut . . . custodiebat om. Pb || 11 evenos Pa | etuenos M | om. L | Calydonia secat om. L || 13 omnibus est notissima L || 14 A IOVE L | Statius a brioue Pa | ambiove Pb | honor M || Explicit lib' IIII. Incipit liber quintus Pa || INCIPIT QVINTVS L. M || 19 hisphile Pb || 20 nunc . . . quemadmodum om. P | serui& M

hortante Polyxo, ut omnem uirilem necarent sexum, et quomodo ipsa Thoanti pepercerit patri eumque praenio Libero patre, cuius filius fuerat, imposuerit naui et ipsa acceperit regnum. aduentus Argonautarum et eorum labor tam contra tempestatem quam contra Lemniadas, quae eos 5 bellis lacescebant. pacis petitio ab Iasone. quomodo suscepti sint hospitio Argonautae et in consortium etiam cubilis admissi. quomodo ipsa ab Iasone decepta, ut eius matrimonio consentiret. Argonautarum discessio. fama, quod uiueret Thoas. fuga Hypsipyles et captiuitas et 10 uenditio Lycurgo facta. pueri Archemori descriptio et draconis terrigenae. exsecutio occidentis Archemorum. ipsius draconis a Capaneo interitus. planctus Hypsipyles supra Archemori cadauer. Lycurgi aduentus uolentis occidere Hypsipylen. defensio Argiuorum. iniuriosa militis 15 indignatio circa Lycurgum pro Hypsipyle. interuentus Amphiarai pacem facientis. aduentus filiorum Hypsipyles de Iasone susceptorum. Amphiarai allocutio suadentis, ut consecratur Archemorus.

Lind. p. 162

1 PVLSA SITIS FLVUIO POPVLATAQVE GVRGITIS ALVVM 20
hunc librum poeta extra ordinem carminis fecit, excessit enim oeconomiam suam. in quo libro ludi funebres sanciantur Archemoro, qui primus in hoc bello, ut Protesilaus in Iliaco, expertus est mortem. POPVLATA hic agentis est, non patientis. 25

1 Polixone L polixo *corr. ex polipxo* M polipo *Mon.* polix ipso Pa || 2 prelio P || 3 erat LPb | inposuerat Pa imposuit Pb || 4 accepit Pa acceperat Pb | aduentum LPb | earum Pb | laboratā M laborata Pa || 5 tam *om.* Pb | lēniades Pb || 6 potio Pa | iasione Pa | qm̄ M || 7 sunt P | et *om.* Pb || 8 quoniam Pb | ab] a LPa est Pb || 9 matrimonio consentiret *om.* Pb | famaꝫ uiuere Pb || 10 hipsiphilē M | captiuū P || 11 et *om.* Pb || 12 terigenarum Pb & Erigones L || 13 ipsiphilē M(Pa) || 17 Amphiarai . . aduentus *om.* L | hipsiphile M(Pa) || 19 consecratur Pb || 20 PVLSA . . . FLVUIO *om.* MP | altum P | *post ALVVM in MP sequitur* hic . . . patientis || 21 fecit . . . suam *om.* Pa || 22 enim *om.* M | in quo . . . mortem *in LP leguntur post schol.* 2 . . . ad bellum || 24 in Iliaco L ilico M illico Pa iliaco Pb | est *om.* Pa | POPVLATA *om.* MP || 25 hoc Pb huius *del. superscr.* hoc M | agentis hic L | patientis est P

2 LINQVEBANT postquam ductu Hypsipyles Argiuis exercitus sitis ardore succensus uires liquore et haustu recuperauit, rursus ordinatur ad bellum. AMNEMQVE MINOREM quem per potum minorem fecit exercitus.

5 3 ARMA quia uacuantur, cum exuuntur, et ubi corpus muniunt, implentur.

4 REDIERE ut Lucanus <IV 380sq.>: 'sic gurgite puro uita redit'.

6 HAVSISSENT BELLI uota belli, quae ante susceperant
10 aqua inuenienda.

7 LEGEMQVE SEVERI quem confundi militaris prohibet disciplina.

8 MONENTVR id est: unusquisque locum suum et dignitatem post potum recipit.

15 10 CRESCIT quia, dum erigitur puluis, crescit terra in altitudinem.

11 PHARIIS Aegyptiis. Pharos enim ciuitas est Aegypti. Lind. p. 163

12 RAUCA PARAETONIO laetitiae congrua comparatio. sic Argiui post sitim laeti erant et alacres ut redeuntes
20 grues ex Aegypto in Thraciam, quando fugiunt notum, qui in Aegypto calorem aeris tempore auget aestatis.

13 CVM FERA PONIT HIEMS desinit. ut Virgilius <Aen. VII 27>: 'cum uenti posuere'.

14 VMBRA FRETIS ARVISQVE VOLANT ut sint umbrae
25 fretis et aruis, quasi ipsae grues umbra fretis sint, uolens multitudinem designare. omne enim spatium pennarum

1 liquebant Pb om. LPa | postquam . . . exercitus om. Pa | hi(p)siphile MPb || 2 succensus est P | uire P corr. in uires M || 5 ARMA scripsi ANIMQVE LMP | uagantur Pa uacuant Pb || 6 muniuit P || 7 REDIERE inserui. an huc quadrat ANIMQVE illud? | ut om. M | sic] sed Lucan. || 9 belli om. L | quod Pb || 10 pro aqua LPb || 11 quam L || 13 MONENTVR L || 14 post potum om. Pa ante locum posuit L | et dignitatem om. Pa | recipit om. MPa || 15 schol. 10 om. Pa || 17 pharus enim egyptus est ciuitas Pb || 18 PARETRONIO L pethenio Pa parathenio Pb || 19 & alacres erant L || 20 fugiunt notum, quod Aegyptus L || 21 aeri P add. s M || 24 ARVISQVE om. MP | uolat ut sic Pb || 25 qua Pa | umbrae Pb umbrā Pa | freti P || 26 enim om. L

densitate, qua praeteruolant, inumbratur. AVIVS AETHER
hominibus scilicet.

16 ET NVDO sine honore siluarum. Haemus est autem
mons Thraciae. et bene nudo. uestiuntur enim arboribus.
ut Sallustius <Iug. 48, 3>: 'uestitus oleastro ac myrtetis 5
aliisque generibus arborum'.

18 DVX TALAIONIDES Adrastus, Talai et Eurynomes
filius.

20 CVI GLORIA TANTA quasi ad gloriam Hypsipyles
pertinet, quod saluti sit restitutus exercitus. 10

21 DEBERE COHORTES sensus: quia nostram uitam tibi
debemus. ut pro salute, quam tot cohortibus dederat,
eosdem habeat debitores.

23 QVANDO pro 'quoniam'. ut Virgilius <Aen. I 261>:
'quando haec te cura remordet'. 15

24 QVAE DOMVS cuius regionis esset aut unde originem
duceret.

25 ET ILLE PATER emphasis est. ut <Aen. I 606>:
'qui tanti talem genuere parentes?'

26 TRANSIERIT FORTVNA LICET id est quamuis a te 20
felicitas emigrarit. fortunam autem dixit felicitatem.

Lind. p. 164

29 LEMNIAS ORSA Lemniades cum diis omnibus decimas
frugum annis soluerent singulis, solam Venerem prae-
termittendam esse duxerunt. quae irata his odorem misit
hircinum. quas mariti exsecrantes deserta Lemno odio 25
coniugum Thracas petiuerunt eorumque sibi filias ascuiere

1 qua praeteruolant *post omne posuit* L | *q̄ corr. in qd̄* M |
praeteruolat P | inumbrantes L || 3 ET *om.* L | ET . . . Thraciae
om. Pa | HAEMVS. mons Thraciae *post arborum praebet* L ||
5 Vestit M || 7 Adrastus *om.* MP | talagete urimes Pa tala-
gentes urimones Pb talai & e urinones M || 10 quod P quia L
qui M || 11 et debere Pb | quasi Pb || 12 dedimus L dederimus
Pb || 13 habeam Pa || 14 pro *om.* Pb | ut *om.* LPa || 18 est *om.*
Pa || 19 tanta Pa te L || 20 a te fortuna L fortuna a te Pb ||
21 fortuna Pa || 23 singulis annis decimas soluerent frugum Pb |
singulis annis soluerent L || 24 esse praetermittendam L | duxer
corr. ex dixer M | eis Pa | odorem *om.* Pa | inmisit LPa ||
26 filias sibi Pb | *asciueŕ* M *adsciuerunt* Pb

coniugio. quod ubi Lemniadibus compertum est, stimu-
lante Venere in omne genus uirile coniurant remeantesque
ex Thracia uiros omnes interimunt. inter quas Hypsipyle
patri Thoanti sola subuenit, ut non solum parceret, uerum
5 etiam fugientem prosequeretur ad litus. tunc Thoanti
Liber occurrit eumque ad insulam Chion prospera nauiga-
tione perduxit. Lemnon Argonautae uenerunt. quos
Lemniades suscipientes hospitio cum his concubuerunt.
Hypsipyle ex Iasone duos filios procreauit Euneum et
10 Thoantem. cum plurimis diebus detenti essent, ab Hercule
obiurgati discesserunt. Lemniades autem postquam in-
tellexerunt Hypsipylen patrem suum seruasse, interficere
eam conatae sunt. illa dum fugit, a praedonibus capta
Nemeam deportata est et Lycurgo, regionis eius regi, in
15 seruitutem distracta.

30 INTEGRARE implere uel renouare. ut Virgilius
<georg. IV 514sq.>: 'miserabile carmen integrat'.

31 INSERTA inducta. ut Virgilius <Aen. II 671sq.>:
'clipecoque sinistram insertabam aptans'. ita, inquit, fuimus
20 furore mutatae, ut nostro scelere sexus omnis uirilis oc-
cumberet.

33 FVROR ADDITVS bene additus, cum libido iam esset
in furia uel quasi naturaliter haberent furorem.

34 ILLA EGO NAM PVDEAT NE SENSUS: ne uos pudeat,
25 quod me benignam fortuna fecerit, non uoluntas. hospitem

1 coopertum Pa | coptum Pb || 2 in] etiam Pb | remeantes
Pb || 3 peremerunt L | perimerunt Pb | post quas in Pa legitur:
l. c. u., in Pb: l. u. e. || 4 sed etiam Pb || 5 persequeretur L |
littus LP | nunc Pb || 6 ad] in L || 7 produxit Pb | lennum Pb
lemn̄ superscr. ov M | peruenerunt LPb || 8 susceperunt . . . et
cum iis Pb || 9 Oeneum LMPb | eoneum Pa || 10 pluribus LPa ||
11 obiuranti Pa || 12 suum om. Pb || 13 ea Pb | illam L | fugeret
Pb || 14 et om. Pb | regionis eius om. Pb | in seruitute regi Pa ||
18 ut om. M || 20 scelere MPb | foedere LPa || 22 etiam M ||
23 quasi om. M | naturalem LPb || 24 ILLA om. Pb | ergo Pa |
NAM] SVM L | non P | NE om. MP | sensus est L | nec LP | nos
Pa || 25 qui add. a M | fortunā M | faceret Pa

autem se dixit. id est: ego illa sum, quae non fortuna suadente bene feci, sed sponte ocului patrem. ordo: illa, quae raptum sola parentem ocului. ne se tamquam par- ricidam audientes horrerent.

41 PARQVE OPERI TANTO beneficio. quae tantum merito 5
seruaret exercitum. Lucanus <IX 1029 sq.>: 'tu nomina tanto inuenies operi'.

44 NEC FACILIS NEMEE explicare tantam multitudinem. id est: angusta uia est, per quam omnes transire non possumus. ergo, dum mora est in transitu, narrandi 10
spatium habes.

Lind. p. 165

53 THRACVM FATALIA NOBIS id est uicinitas Thraciae in nos suum transtulit nefas. nam quemadmodum illic Procne filium necauit, ita et nos in Lemno maritos pere- mimus. — uel quia exemplum de caede maritorum petium 15
est a crudelitate Tydei, qui fuit ex Thracia.

56 SPVMIFER ASSILIT AEGON mare Aegaeum, quod in- sulas plurimas habet, dictum ab Aegeo, Thesei patre. et eleganter insulam insulis comparauit. assilit insulas id est circumfluit. 20

59 NVLLA DEAE SEDES quia adulterium Veneris in honorem Vulcani damnauerant, inde nulla Veneris sedes in Lemno est. unde iratum numen immisit odorem feminis hircinum. ob quam causam horruisse uiri dicuntur uxores. igitur pergentes ad Thraciam eorum filias sortiti sunt. 25

Lind. p. 166

quo dolore commotae Lemniades reuersos uiros | uniuersos peremerunt. sed hanc ueritatem poeta declinauit. alii

1 ergo Pa || 2 benefici Pa *corr. in bene feci* M | quae illa Pb || 3 tanquam LPa || 5 PARQVE *om.* MP | tanto Pb || 7 tanta Pb || 8 NEMEE L || 9 id est *om.* Pb | augustia (*om.* uia) Pa || 12 tracies mos suum transeundit Pb || 13 illic *om.* L || 14 progne P | et *om.* Pb | necauimus Pb || 17 SPVMIFER *om.* MP || 18 Thesei . . . com- *om.* P | patre Thesei L || 19 parauit P | assilit. insilit M | insulis Pb *corr. ut uidetur ex insulas* M | id est *om.* Pb || 20 affluit M || 21 qui Pa | in ore Pa || 22 dānauerat MPb || 23 est *om.* MPb | iratum] ipsum Pb | nomen Pa | immisit *post* hircinum posuit LPb inmisit MPb *om.* Pa | olorem Pa calorem M || 26 uni- uerse Pb *superscr.* OS M

dicunt templum Veneris fuisse in Lemno Graecorum opinione celebratum. diuersa est odii causa. nam hoc alii asserunt, quod adulterium eius in hac insula uidetur esse detectum. ut ipsa Venus <Theb. III 274>: 'hoc mihi Lemniacae de te meruere catenae'. ideo etiam illas ineptas Solis filias acriter persecuta est. **QUONDAM** interdum. ut <Aen. II 367>: 'quondam etiam uictis redit in praecordia uirtus'.

60 **LENTO AGMINE** id est incessu et impetu. id est tarde ueniunt Poenae. ut Horatius <car. III 2, 31 sq.>: 'raro antecedentem scelestum deseruit pede poena claudo.'

62 **PRIOR SOLVISSE IVGALEM CESTON** id est sui dissimilis, omnibus deliciarum signis amotis, quoniam ira molles abicit habitus. ceston est uinculum ornamenti, quo circumdatur Venus, omnibus illecebris nuptiarumque
15 cupiditatibus elaborato, quo matrimonia dicitur alligare. declinatur autem haec cestos ut Delos, Lemnos. specialiter tamen ceston zonam Veneris debemus accipere, quae non rutilo auro gemmisque sit, sed pelle, ut probentur corporeae uoluptates. ceston autem uocatur, quia copulae
20 ex matrimonio uis est, quia adeo, quae adulterio perpetrantur, incesta dicuntur, quasi, quod non uinctum fuerit, sit incestum.

63 **ABLEGASSE VOLVCRES IDALIAS** epitheton de numinis sede, quod sint Veneri consecratae columbae.

1 decorum opinione Pa || 2 diuerso Pa | alii dixerunt M || 3 quia MPb qui Pa || 4 de te lemniace MP (leniande Pb) || 5 illas] om. M illas quas P | ineptas opinione Pa inepta opinione Pb | filias Solis L solis filias finxit P || 6 acriter] aerū Pa | prosecuta L || 7 uinctis Pb || 8 id est¹ om. LPa || 11 PRIOR om. MP | id est] uel Pa || 12 omnium Pb || 13 proiicit LPb prohic Pa || 15 elaboratum L elaboratio Pa | matrimonio P | dicitur P corr. in dicitur M | in MP post alligare inseritur ceston subligetur, quod Vollmer. corrigi iubet in CESTON subligar || 16 declinetur Pb | Lemnos Delos L || 17 tantum Pb | ceston om. LPb | zonam] omnia P || 18 sed om. Pa | impelle Pb || 19 autem om. MPb | uocantur Pb catur Pa dicitur L | quod L qua Pa || 20 et LMPb | sit L | qui P | pro adulterio Pb || 21 fuerit uinctum Pb || 23 ABL. VOL. om. M | id est, Columbas. Epitheton L || 24 columbae hoc loco om. L id est columbe P

65 IGNIS habet enim Venus ignes nunc cupiditatis, nunc odii secundum fidem sacrorum uel precessionum Veneris Verticordiae praecipue, quae rogatur, ut amores iniciat, rursum, ut auferat. si enim potestas est dandi, nihilo minus ius est tollendi. et amore sublato aut naturaliter 5 odium residet aut immittitur. ut Virgilius <Aen. IV 479>: 'quae mihi reddat eum uel eo me soluat amantem'.

66 TARTAREAS sunt qui dicerent Venerem se cum Furiis uidisse. et bene philosophice prope se obscure hic poeta tetigit furias amori esse coniunctas secundum Vir- 10 gilium <georg. III 244>: 'in furias ignemque ruunt'. talia enim per amorem committuntur, qualia per furorem solent. quid est enim uoluptas Veneris nisi mera insania? ideo Venus ignis dicitur, ideo Vulcani et Martis coniunx id est ignis et furoris. idcirco et Furiae ignis facibus 15 distinguuntur armatae.

69 NEC FIDI POPVLVM MISERATA MARITI ideo fidi, quia et post adulterium dilexit uxorem. dixerat enim supra <V 50>: 'ubi ignifera fessus respirat ab Aetna'. dicuntur spiramina ignis in hac insula esse, quae constat efflari 20 semper.

82 ANNIQVE TEGVNT defendunt id est separabant a tali consilio. siue tegunt: a curis defendunt. ut Virgilius <Aen. X 50>: 'hunc tegere et dirae ualeam subducere pugnae'. 25

1 Venus *om.* M | nunc *om.* MP | cupiditates non Pb ||
 2 odiis M || 3 uerecundie praecipue Pb | iniciat LPb || 4 est *om.* M ||
 est potestas Pb || 5 est ius colendi Pb | more *corr.* in amore M ||
 6 remanet Pb | immittitur MPa | ut *om.* M || 7 qui MPb || 9 ui-
 disse] coniunxisse L | philosophi LPa | prope se] quod L ||
 10 coniunctas esse dixerunt L | qui iunctas Pb nō iunctus Pa ||
 12 pro amore L | committunt L | mitantur Pa | pro furore Pa ||
 13 quidem (*om.* est) MPa | enim *om.* Pb || 14 coniuxta Pb | id
 est] I. L. *om.* MP || 15 et² *om.* L || 16 distinguuntur LMP || 17 POPVLVM
 FIDI L | MARITI *om.* Pb | et quia M || 18 et *om.* LPa | ut supra
 Pa || 19 ubi] tibi M *om.* Pa | suspirat Pb || 20 afflari LPa ||
 22 ANNIQVE LPa | separant L | itali (*om.* a) M || 23 teguntur Pb |
 ut *om.* M || 24 due ualeant Pb

86 CEV STARET EQVOS quia meridie cursus solis uide- Lind. p. 10
 tur stare. QVATER AXE SERENO INTONVIT de numero
 tonitruum ratio est. nam omnis impar numerus prospera
 significat et uiuis ascribitur. id uero, quod par est, exit
 5 infectum. quia ergo nihil agit, defunctorum est. ut Vir-
 gilius <ecl. VIII 75>: 'numero deus impare gaudet'. et
 ubique mortuis geminum hoc est parem ascribit numerum
 uel dualem: quattuor iuencos inferis Orphei immolat,
 quattuor dis tauros inferis mactat. ideo etiam hic quattuor,
 10 quia aduersum tonat. et nitide obseruauit, ut senae horae
 eo tempore diuiderentur a sole, ut par numerus, qui est
 uiuis contrarius, poneretur. dicitur autem hic impar
 numerus a Pythagora repertus et masculinae uirtutis et
 deorum superum propter trinam regulam diuinae rationis.
 15 ergo huiusmodi signa contigerant ut <Aen. II 242sq.>:
 'quater ipso in limine portae substitit atque utero sonitum
 quater arma dedere'. nam occulte Virgilius de numero
 actus equi infernam infaustamque rem id est mortem
 pronuntiari praedicebat.

20 88 EXERVERE APICES flammaram scilicet. ut <Aen. II
 682sq.>: 'de uertice uisus Iuli fundere lumen apex'.

AEGON promunturium Lemni est, id est mare Aegaeum.

91 INSVETA hoc est: praeter solitum tollitur in furorem.

92 TEVMESIA THYIAS Teumesia Boeotia. Teumesus

1 CEV *om.* L | merides Pa | uidebatur Pb || 2 INTONVIT *om.*
 MP || 4 est *om.* L (parem Pb partē Pa) | extra P || 5 *post* in-
 infectum Pa *praebet*: al' mortuis uero geminus id est par, Pb:
 alter uero genis id est par | quod LP | ut] Et P || 7 adscribit
 L || 8 iuencas Pb || 9 dies Pa *om.* LPb | tauros . . . etiam *om.*
 Pb | etiam *om.* L et in Pa | quattuo hic Pa | quater L *om.* Pb ||
 10 quia *om.* L que Pa | auersum Pb || 11 diuiderent Pb | quia L ||
 14 superum *om.* Pb || 15 hui'////cmodi M | contingerant P con-
 tingerat M || 16 ipse MP | subsistit Pb | atque] aut MPb || 17 dedere
 M | (nam *om.*) p occulto M || 18 coactus Pa | inferna Pa *om.* Pb |
 infaustam Pa infausta Pb || 19 p̄nuntiari Pb || 20 exercuere Pa ||
 22 est¹ *om.* L || 23 p̄pt̄ M | in furore Pa || 24 THYIAS Thyas LPa
 thias M tias Pb

enim campus est iuxta Thebas prope Cithaeronem. thyias Baccha ἀπὸ θύειν βαχῶν id est bacchari. INSANO DEO insanum Liberum dicit, qui cultores suos faciat insanos.

95 TREMENTI SANGVINE instabili furore.

98 INFELIX COMITATVS quia eos primum occisura est, 5
ut fidem faciat sceleris ceteris suadere.

100 SVMMASQVE AD PALLADOS ARCES opportune in templo uirginis deae in maritorum interitum feminae uniuersae coniurant. haec enim dea uidetur damnasse matrimonium uirginitate contenta. 10

Lind. p. 168

104 REM SVMMAM quam merito habemus in uiros. instinctu enim superiorum, non humano errore paramus ista committere. et est ordo: rem summam sancire paro.

105 O VIDVAE uiduas maritas uidetur incongrue posuisse, sed ad explicandum dolorem muliebrem dixit. 15
hoc est: quae, cum habeatis uiros, illis longe a nobis positis uiduarum uiuitis more. bene ergo nomen uiduitatis apposuit, quo uocabulo iam de coniugibus desperarent et ut quasi alienos sine affectu uideantur occidere. SEXVM non dixit 'sexum perditē' id est naturam immutate, quod 20
fieri nulla poterat ratione, sed: pulsa feminea imbecillitate uiriles ad facinus arripite animos.

107 AETERNVM sic ait, quasi semper desint mariti. ut Virgilius <Aen. IV 32>: 'solane perpetua maerens car-

1 est om. MP | Cithaeron L cithaeron est P | Thyas est L ||
2 Baccha om. Pb bac̄lā Pa | ἀνοευσὶ κἀκρήμι L ΑΡΟΕΥCΙΝ-
ΚΙCΘ-CΑNI M no: e. y. cu. n. k. ac. 3-C. a. vj. Pa om. Pb
ἀνοευσὶ INKδCΘ-CΑNI Bamb. ἀνοευσὶ INKδCΘ-CΑNI Gud. ἀνοευσὶ
INKCΘ-CΑNIJ Mon. ἀπὸ θύειν Woelfflinus in Philol. XXIV
p. 157 | deum insano libero Pb || 3 quia Pb | facit Pb || 6 ut
fidem om. M | sceleris om. L || 7 Palladis MPb || 8 interitu P ||
9 coniurant uniuersae L | conuerse Pa || 10 c̄tēpta M || 11 qua P
¶ M | meritum P || 12 enim] eorum Pa || 13 et om. LPa | Ordo
est L || 14 maritatas LPa || 15 muliebrem dolorem M || 16 est
om. Pa | quae om. L | illos Pa || 17 uiduitatis nomen L || 18 op-
posuit MP | desperarē M || 19 effectu MP || 20 prodite P
¶ pdite M pellite L | mutata L inmutata Pb || 21 inbecillitate M ||
24 ut om. M

pere inuenta?' **IVVENTAE FLORE** ideo posuit iuuentae, ne spes sit ulterius neuue malum sit temporale.

108 **SITVM** uetustatem, quae turpis est in iuene. ut Virgilius <Aen. VII 452>: 'en ego uicta situ'.

5 110 **RENOVANDA VENVS** Venerem hic pro maritis posuit. id est: ut inueniamus alios uiros.

112 **CVI CONVIBIALIA VINCLA** interrogatiue, id est: cui uestrum thalami honos secretus fuit?

113 **CVI CONIVGE PECTVS INTEPVIT** cuius pectus in-
10 tepuit blandientis mariti complexu?

114 **LVCINA LABORES** ab inutilibus maritis argumentatur et docet, quid habeant utilitatis, si uoluerint consilia mutare.

116 **VOTA TVMENT** metaphora ab inclusis, qui pulsant,
15 ut aperiat. et hic partus inclusus est. non uota tument, sed crescentibus mensibus uterus tumet. propter quem, partu ut detumescat, uota suscipiuntur.

117 **GRAVIS** Danaum dicit, qui quinquaginta filiabus suasit, ut sponso suos eadem nocte, qua fuerant coniugatae,
20 perimerent. quarum omnes sponsi filii Aegypti, fratris Danai, fuerunt. et totum hoc ab exemplis posuit.

120 **QVOD SI PROPIORIBVS ACTIS** a recentis exemplo, ut ad tempus referatur. recentiore enim exemplo id est
... siue quia prope erat Thraciae, in qua Procne, Pan-
25 dionis filia, Terei uxor, in ultionem suam, quod maritus

2 spex (*om. sit*) Pa spexit Pb || 3 ut *om. M* || 4 en] nec MP non L | ergo Pa || 6 uiros *om. Pa* || 7 **CONVIBIALIA** LPb | interrogatiue *om. Pb* | hoc est LP || 8 honos thalami L | secretos Pa secretis Pb | fuit *post* uestrum *pos. LP* || 9 Que coniuge MP | **PECT. INT.** *om. MP* | cui Pa || 10 blandientis MP | marito cō-plexū M || 12 et] ut M | quod MPa | habent Pa | uelint Pb || 13 mutare consilia LP || 15 est *om. M* || 16 tumet uterus L || 17 artu M partum LPb | ut *om. M* | detumescant LP *corr. ex* detumescat M | suscipiantur MP || 18 **GRAIS VIRGINIBVS** L | q̄ M || 19 fuerint M | coniunctae L || 20 Aegisti LMP *cf. schol. I 324* || 22 properantibus Pb | recenti L || 23 recentiori Pb | *aliquid excidisse apparet* || 24 que Pa | trache M tratia Pb | progne MP || 25 uxor therei Pb | quidem Pb q̄ M

cum Philomela concubisset, Ityn filium, quem de Tereo susceperat, interemit; siue propter Harpalycen. quam cum pater amasset et compressisset, illa filium ex incesto natum patri apposuit comedendum; quam opinionem secutus Virgilius ait (Aen. IV 602): 'patriisque epulandum 5 ponere mensis'. — praeterquam quod aptum uideatur exemplum, maior necessitas persuasionis est, cum etiam uicinum docetur. nam Thracia, quae Lemno uicina est, duobus maxime exemplis id est Procnes et Harpalyces Lemniades matres ad perficiendum nefas hortatur. de 10 duabus ergo historiis similibus quaeuis ad rem aptari potest et aptata hortatur ad facinus. nam sicut bona suasio bonis debet suscitari et asseri exemplis, sic et mala malis. nullae enim rei argumenta desunt. et est in utroque pugna: bona bonis, ut Virgilius (Aen. VI 121): 15 'si fratrem Pollux alterna morte redemit', mala malis, ut Lucanus (I 94sq.): 'nec longe fatorum exempla petantur: fraterno primi maduerunt sanguine muri'.

121 RHODOPEIA CONIVNX hoc historia non habet, quod Procne pariter cum Tereo filium comedisset. sed ut 20 Lemniadum animos hoc scelere magis accenderet, Procnen quoque pariter epulatam pro loco persuasionis suae necessario mentita est.

123 SECVRAVE COGO nec uos ideo ego hortor ad scelus,

1 Philomena LPb | utin M itim Pb || 2 arpalicem Pb | quē M qua Pa || 3 cum om. Pa | incestu Pb || 5 Virgil. secutus L | patrisque L || 6 apponere LMPa || 7 erat Pb erit L || 8 dicitur L || 9 maximis LMPb maximus Pa | prognos Pb progne MPa | et om. P t M | arpalice MP || 10 proficiendum Pa | nefas | opus Pb || 11 duobus Pb | similibusque uis LPa | quā uis M. quē uix Pb || 12 sic Pb || 13 suscitari corr. in excitari M | adseri Pa corr. in asseri M || 14 nullae (pro nulli) sumpsit ex M nulla LP | desunt] potest Pb || 15 dei utraque Pb | pugno Vollmer. | bona om. M | ut om. Pb || 16 sic LMPa | redimit Pa || 17 ne MPa || 20 theseo MPa || 21 magis om. Pa | prognem M progne Pb || 22 queque Pa q̄q̄ M q̄ Pb | prosuasionis Pb | necessario L necessarie MP || 23 ante mentita libri praebent fuisse, quod post epulatam inseras || 24 SECVRA NE L | ergo MPa om. Pb

quod minime orbitate plena mihi sit domus filiis. et est
 figura antiphora: ne ideo uideatur hoc ipsa persuadere,
 quia non habet ipsa, quos perimat. sudorem autem dixit
 filiorum multiplicem partum, in quo dolore nimium labo- Lind. p. 169
 5 ratur. siue sudorem occidendorum quattuor posuit filiorum,
 siue sudorem dixit liberos: quos parturiendo et educando
 sudaui.

126 LACRIMISQVE ut ostenderet grandi necessitate ad
 tale compelli facinus, quo crudelior fiat, sentire se dicit
 10 affectum.

128 PATREMQUE SVPER SPIRANTIBVS ADDAM ut Virgilius
 <Aen. IV 605 sq.>: 'natumque patremque cum genere ex-
 stinxem'.

132 FORTVNAM occasionem temporis. ut Virgilius Lind. p. 170
 15 <Aen. IX 240>: 'si fortuna permittitis uti'. nata persua-
 sionis occasio est reuertentium uirorum. dicit enim
 deorum nutu factum esse, ut eo tempore coniuges ad-
 uenirent, quo de eorum caede tractatum est. probabili
 argumento agendi uirtute necessarium fecit dicendo: 'deus,
 20 hos deus ultor in iras . . .' SVPERISNE VOLENTIBVS
 VLTRO DESVMVS ut Virgilius <Aen. IV 45>: 'dis equidem
 auspibus reor et Iunone secunda'.

134 NEC IMAGO QUIETIS confirmat audaciam suam
 deos adiuuare somnii expositione. et est ratio philoso-
 25 phica: cur, quae futura sint, miseris mortalibus praesagiis
 somniorum demonstrantur? sed de multis paululum dicam.
 natura rerum, ex qua homines mixti sunt, effectus suos

1 mihi om. Pb || 2 antiphora LMP || 3 que Pa | quod ipsa
 L | quod P q superscr. os M || 5 dolorem M || 7 sudaui L corr.
 ex sudaui M || 10 affectumq; Pb || 11 SVPER] si q M || 12 ex-
 tinguiam L || 14 ut om. Pb || 15 nota M | persuasio est (om.
 occasio) LM || 16 occasiōe Pa fortasse sic scribendumst: nata
 persuasio est occasione || 17 cū ciuges uenirent M || 18 de deorum
 Pb deorum Pa | caede om. Pa | tractum Pa | probabile argu-
 mentum Gud. ex probabili argumento Vollmer. || 19 facit LPa ||
 20 VOCANTIBVS L Statius || 21 VLTRO DESVMVS om. L | diis LPb ||
 24 somni LPa || 26 demonstrantur L || 27 mixti sunt] de somnio
 Pa | affectus LPa | suos om. Pa

silere non patitur. et cur per ipsam essentiam corporis sentire permittat? est animae diuina prouidentia, quae, quamuis caeco carcere ac tenebris clausa tenetur, quid e contrario natura factura sit, somniorum uaticinatione denuntiet.

135 VANA MEAE id est: nec somnium meum uanum 5 est, sed uerum. ergo debet perfici, quoniam somnium ueritatis imago est. ut Virgilius <Aen. V 636sq. >: 'nam mihi per somnum Cassandrae uatis imago ardentis dare uisa faces' et alibi <Aen. III 173 >: 'nec sopor illud erat'.

136 QUID PERDITIS AEVVM iuuentutem uestram quid 10 perditis maritis orbatae?

137 AVERSIS animo inimicis. consideranda est persuasio, in qua primum est beneficium, quod mala tollit, deinde quod optima pollicetur. auersos autem dicit: qui a uobis auersi sunt et qui uos neglegunt. ut Virgilius 15 <georg. III 499 >: 'fontesque auertitur'.

139 DIXIT hoc loco poeta dicta factaque complexus est.

140 DVM TEMPVS AGI REM id est: dum opportunitas agenda rei est. ut Virgilius <Aen. V 638 >: 'iam tempus 20 agi rem'.

142 BISTONIDES illecebrosa sic fuit. dixerat enim supra mulieres omnes hoc dolere, quia omnes Lemni iuuenes

1 sententiam Pb *Mon.* sentiam Pa || 2 permittat LPa | est] cum Pb || 3 ac] & L | qđ ē M qđē Pa | contraria Pb || 4 futura Pb fictū Pa | sint Pb | denuntiat LPb || 5 MEAE om. Pb | nec id est Pb || 6 profici Pa || 8 Cassandrae . . . faces om. M | Cassandrae per somnum *Vergil.* | ardentis om. Pa ac. Pb | d. u. r. s. talibus Pb || 9 alibus Pa || 10 Qđ M | qđ *superscr.* o M || 11 maritis orba- om. Pb || 12 aduersis P ADVERSIS THALAMIS L | animo om. L | considerandi Pa | est om. Pb || 14 predicetur Pb | aduersos P aduersis L || 15 auersi *superscr.* a uobis M uobis aduersi Pb uero ausi Pa non reuersi L | nos LMP | negligunt LP || 16 fortesq; Pa frontesq; Pb | auertitur LPb || 17 Dicit M | dictaque Pb || 18 agit L | oportunitatibus Pb || 19 est agenda rei L | iam tempus om. Pb || 20 agit L | 'res *Vergil.* || 21 illecebrosa sic fuit *corr. Vollmer.* Thraciae L | In leucosa roo sic fuit M | In leucos arco sic fuit Pa | in leucos acresis fuit Pb | In leucosa roa sic fuit *Gud.* | superius L || 22 dolore P | qui Pa | Lemni L lemnū Pa

odio odoris uxorum sunt in Thraciam profecti siue in eodem loco coniugiis copulati. et Bistonides femininum genus posuit. si de uiris diceret, 'Bistonii' dixisset, ideo additum propter societatem coniugii. nam maritos earum
5 uenire notissimum est.

145 LVNATVM peltatum. quod scuta Amazonarum, quae peltas appellant, in modum lunae formata sint. ut Virgilius <Aen. I 490 sq.>: 'ducit Amazonidum lunatis agmina peltis Penthesilea furens' et <Aen. XI 663>
10 'feminea exsultant lunatis agmina peltis'.

146 INDVLGET PATER pater aut secundum consuetudinem poetarum dixit, qui solent deos patres uocare, ut Virgilius <Aen. V 14>: 'quidue, pater Neptune, paras?', aut pater id est Mars, quia Penthesileae siue omnium
15 Amazonum proprie Gradivus dicitur pater.

149 SOLARE DOMOS uastare id est solas facere. compositium 'desolare'. ut est <Aen. XI 545> 'solorum nemorum'.
16 IUVENVMQVE SENVMQVE id est indiscrete omnes occidere.

20 150 PLENISQVE AFFRANGERE PARVOS VBERIBVS id est uiolenter necare et ipsis uberibus appositos enecare. et hoc incongrue poeta posuit. cum tanto tempore dicat earum maritos abfuisse, unde Lemniadibus lactantes filios? purgatur obiectio, si dicatur etiam trimos infantes lactare
25 posse. ait enim superius <u. 112>: 'tertia canet hiems; cui conubialia uincla ...?'

151 OMNES EXIRE PER ANNOS id est nullam in necando

1 sunt in M in L exin Pa exim Pb | siue M s. siue Pa sunt siue Pb sunt L || 2 copulatos M copulato Pa | et om. L | bistoneas Pb bistonos Pa || 3 Bisthones L bisthonis Pa || 4 marito seruū MP || 6 qui M | Amazonum LPb || 7 quas LMPa | formata sp. u. r. om. Pb || 8 ducit ... furens et om. MP || 9 et ... peltis om. L | et ... exsultant om. Pb || 11 pater aut om. Pb || 14 quia] que Pa | pentesilie Pa penthaphileę Pb | (siue om.) omnium-que Pb || 15 Grad.] Mars L || 16 domus Pa | compositum Pb || 18 IUVEN. ... occidere om. Pb || 20 adfrangere Pa affrangere corr. in affringere M || 21 necare om. L || 23 lactantibus LPb | filii L || 24 trinos etiam Pb || 26 cū P || 27 id est] uel Pa

aetatem excipere. ut Lucanus <II 108sq.>: 'crimine quo parui caedem potuere mereri? sed satis est iam posse mori'.

152 IVGA CELSA templa Mineruae sunt.

153 PROPTER OPACAT HVVM vicini agri spatia inumbrat. NIGER umbrosus.

154 ET GEMINA PEREVNT CALIGINE SOLES gemina duplici hoc est montis et nemoris.

155 SANXERE FIDEM fidem in scelus firmare.

ENYO Bellona, soror Martis. ideo Martiam dixit, quae aui pro actu ipso nomen accepit, quasi Bello nata.

156 ATQVE INFERNA CERES Proserpina.

158 MIXTA VENVS quicquid agitur, quicquid nefarie cogitatur, Venus urget infensa. et cum hoc poeticum videatur, est tamen vera ratio. cuncta enim mala, quae geruntur, per Venerem fiunt, cui omnes propemodum mortales student.

159 NEC DE MORE CRVOR non sacrificium secundum immolantium ritum factum est: pecudum aut suum cruore, sed humano sanguine a matribus iuratur in scelus et futura crudelitas parricidii crudelitate sancitur. Sallustius, cum Catilinam parricidium patriae cum coniuratis sancire monstraret, ait plenum humani sanguinis poculum circumtulisse et hinc omnes contra salutem patriae degustasse.

NEC DE MORE CRVOR in sacris enim Liberi consuetudo talis est, ut occiso capro omnes sacratum sanguinem eius

2 caedem parui L | mereri] mori Pa || 3 mori om. L || 4 hoc est quae iuga celsa ante templa inser. P || 5 uicina om. in marg. add. M || 8 duplicia P | montis om. Pa || 10 quia Pb || 11 a ui? | nomen pro actu ipso L || 13 quicquid agitur om. Pb || 14 urget Pa | hoc om. Pb || 15 tamen vera est L tamen vera Pa ē est vera Pb || 19 ritum Lc meritum LMP | suadum MP(!) || 21 futuri L | parricidii crudelitas L | crudelitate om. L || 22 Catil. XXII 1 | catelina cum coniuratis paricidiis patrie Pb | cum om. L || 23 monstraret sancire L || 24 hic L | degustasse contra salutem patriae Pb || 26 est om. Pa om. superscr. M erat Pb | sacrati LP superscr. v̄ M | sacrati omnes sanguineei cohiberēt Pb

bibant. est enim animal vitibus eius infensum. unde Virgilius <georg. II 380sq.>: 'non aliam ob culpam Baccho caper omnibus aris caeditur'. hoc sane animal contrarium est Libero, ut etiam aliis diuersis diis. et pecus, quod hic uult deus mactari sibi, alius non uult. ut Venus <Aen. I 335>: 'haud equidem tali me dignor honore'.

160 ET MIRANTIA id est admiratione digna et quae, nisi a talibus matribus, uiolare ferro nullus auderet.

162 IN SANGVINE VIVO recenti uel adhuc tepido aut certe, quo uita firmatur. ergo cum adhuc non esset puer emortuus, ostendere uolens poeta furoris insaniam, uix passae emori filios in sanguine semiuui coniurant.

163 CIRCVMVOLAT VMBRA et hoc poetice. ut Euripides Virgilius <Aen. IV 386>: 'omnibus umbra locis adero. dabis, improbe, poenas'.

165 QVALIS CVM CERVA comparatio non secundum artem poeticam. CIRCVMVENTA nefariam matrem in uindictam sui recens mactati filii umbra.

168 SVSPENSA sollicita. ut est <Aen. II 728 sq.> 'sonus excitat omnis suspensum'. aut uelocitate corporis pendens. ut Virgilius <Aen. VII 810sq.>: 'uel mare per medium fluctu suspensa tumentis ferret iter'.

169 CONCVRRERE MORSVS ut Virgilius <Aen. XII 755>: 'increpuit malis morsuque elusus inani est'.

1 biberent Pa | eius vitibus L | unde] ut Pb || 2 ob causam L om. Pb || 3 creditur Pb || 4 deis L | quod pecus Pb || 5 hic deus uult Pb | sibi mactari L || 6 aut Pb haut M nam Pa || 7 id est om. Pb uel Pa || 8 uisi M uisse Pa | a om. Pa | uideret LPa || 10 feratur Pb (an recte?) | ē superscr. ēēt M || 12 passi Pa passa Pb | mori M || 13 VMBRA om. MP | Euripidis locum restituere non potui, in libris leguntur haec: Syrseen operu L siy seeno. psu M sir seen (corr. ex senen) opsū Pa sp. u. r. om. Pb surse enopersu Gud. || 15 inprobe M || 17 circumuentia Pb | post circvmv. aliquid excidisse puto uelut circumuolat | nefaria Pa || 18 sui om. Pa || 19 est om. P || 20 sonus . . . ut om. Pa | suspensos Pb | corporis om. M || 21 pendens om. MPb | uel om. LPa || 22 fluctus Pb || 23 ut] unde P om. M || 24 in crepulis MPa intrepidum Pb | malis om. MP | elisus Pa | inanem Pb | est om. LP

175 NIGER OMNIBVS ARIS hic enim color conuenit morituris. unde Virgilius, quoniam peritura Dido erat, quae sacrificium faciebat, ait <Aen IV 454>: 'latices nigrescere sacros'.

176 SPIRAT DEVS INTEGER EXTIS est quoddam in extis 5 signum, quod deus appellatur. quod si integrum apparuerit, propitium numen ostendit, sin uero dimidium, iratum significat numen aut certe non praesens.

177 TARDIUS HVMENTI Lucanus <VII 1>: 'segnior Oceano, quam lex aeterna uocaret . . .' 10

178 ET VERSVM AETHERA iuxta rationem: qua antipodes feruntur. Virgilius <georg. I 250sq.>: 'nosque ubi primus equis Oriens afflauit anhelis, illic sera rubens accendit lumina Vesper'. ordo ergo talis est: et uersum aethera miti cura sustinuit. uersum aethera, quia nox 15 a quibusdam axis conuersione fit. ut Virgilius <Aen. II 250>: 'uertitur interea caelum et ruit Oceano nox'. miti cura id est: benigna mente diem tardauit et cursus

Lind. p. 173 aeris, | quo solem Iuppiter retineret, longiores effecit imminetia cupiens nefariae noctis facta tardasse. 20

183 LATET OBRUTA CAELO LEMNOS id est: cum astris relucetibus aliae insulae cernerentur, immanitate sceleris futuri obruta sola Lemnos latebat.

186 IAM DOMIBVS FVSI id est in somnum demissi. ut Virgilius <Aen. V 837>: 'sub remis fusi per dura sedilia 25 nautae'.

188 AUREVM IMMANE id est aureas pateras. ut Virgilius <Aen. I 728sq.>: 'grauem gemmis auroque poposcit impleuitque mero pateram'. dicit ergo hos grauibus poculis ebrios factos, ut merito crederentur a feminis inter- 30

2 unde om. L ut Pb | quia L | peritura om. LPa | erat dido Pb || 5 SPIRAT om. MPb | EXTIS om. MP || 6 propellatur P | nisi Pb | integrum om. Pb | apparuit L || 11 ET om. L || 12 noxque L nos quoque Pb || 14 ergo ordo L origo Pb | et . . . sustinuit om. Pb || 15 que Pa || 18 id est om. LPb || 19 Iuppiter solem L | retinet Pb | fecit L || 20 tardasset Pa || 22 lucentibus Pb | futuri sceleris LP || 25 sub . . . 188 . . . Virgilius om. Pa

empti. PER STRYMONA per Thraciam. Strymon enim
 fluuius Thraciae est. Rhodope et Haemus montes eius-
 dem prouinciae. dum ergo in Rhodope com-
 memorant', quem laborem pertulerint apud fluuium Stry-
 5 monem uel apud montem Haemum.

192 MITES CYTHEREA SVPREMA et hic obscure illud
 poeta tangit, quod foetoris causam hircini, quem dudum
 Venus Lemniadibus miserat, nunc dulci odore lenisset.

194 PERITVRO non longo tempore duraturo.

10 196 DECRESCVNT MVRMVRA paulatim uigiliae hominum
 deficiunt, ut ab omnibus eatur in somnum.

200 SECERNITQVE VIROS quos, ut letifero sopore per-
 funderet, separauit.

204 HYRCANAE Hyrcania Indiae regio, in qua tigrides
 15 generantur. EXIGIT ORTV id est euocat incipiente die.
 exigit proprie est Graeca annotatione signatum: quasi
 ex eo agit.

207 TEMERARIA GORGE improba uel audax: quae prima Lind. p. 178
 cedit ad scelus.

20 210 RIMATVR quaerit, scrutatur.

215 TANGERET tunc enim credidit se peremisse, si
 tam diu transfigeret dormientem, donec adactum ferrum
 ipsa sentiret.

217 INDIGNO non indigno collo, sed indignae uxoris.
 25 nam amplexus eam fuerat auxilium petens.

2 & fl' thratie Pb | est om. L || 3 locus corruptus est | in
 rodope Gud. in rhopen M in rhodopen Mon. i rodopen deo Pa
 in rhodopen deo Pb om. L | commemorarent Pb || 4 pertulerunt
 LPa || 6 mit(t)is MP | SVPREMA om. MP || 7 quod P q^{ia} M et L |
 causa MP || 8 dolorē M | linisse Pb || 9 durato M || 10 uigiliae
 hominibus L || 11 omnibus corr. in hominibus Pb | in insaniam
 L insanum Pa || 12 Secernit M | confunderet LPb || 14 indiane
 Pb | in om. LP || 15 ueniente Pb || 16 proprie] prime Pb | est
 om. LPa || 17 eo om. M (ἐξάγει Vollm.) || 18 prima] propria Pb ||
 19 cedit scripsi c(a)epit LMPa textit Pb | id scelus L || 21 tangere
 LM || 22 tandiu MPb | transiret Pa transiret Pb || 23 ipse P ||
 24 Indigna P | indigna colla Pb

219 PROPRIA DE STIRPE cognationis meae scelera referam.

220 QVOD TE FLAVE CYDON quod te, Crenaeae, uidi lapsare. hos sibi dicit et lactis alimentis et affinitate fuisse coniunctos. Gyan uidi lapsare, quem fortem desponsata metuebam, quia uirtus pueri formidanda puellis est.

222 OBLICVMQVE A PATRE GENVS quia collactaneus meus fuerat et patris mei nothus. oblicum ergo dicit ex concubina progenitum. ut Lucanus <VIII 286sq.>: 'obliquo maculat qui sanguine regnum et Numidas contingit auos'.

228 FINXERAT composuerat.

234 INCIDIT ordo: incidit collapsa id est a matre compulsa.

Lind. p. 174

236 IN MVRMVRVRE adhuc murmurantis.

15

237 EGENTEM SANGVINIS quia senem occiderat et gladium cruore non tinxerat.

239 MEVS ILLE THOAS hic Thoas, Hypsipyles pater, rex Lemnius fuit.

242 ETSI LATA RECESSIT dicit occasionem ab urbe disiunctae domus opportunitatem liberandi patris dedisse.

243 QVINAM STREPITVS ordo: ille quidem dudum agit uersans secum, quinam strepitus, quae murmura noctis. ceterum illae duae sententiae per parenthesin interpositae sunt: una, quae generaliter dicit non esse quietos regnantibus somnos, altera, in qua domus remota a ciuitate fuisse monstratur.

1 PROPRIA *om.* MP || 3 QVID L quo Pb | FLAVA L | quo te crine uidi lassare Pb || 4 quem . . . puellis est *ante hos leguntur in Pb* | et² *om.* M || 5 gion Pb Cydon L cyon Pa | lassare Pb | forte Pb fortiter M || 7 OBLIQQVMQVE L obliquumque Pb | PARTE L | q̄ M | conlactaneus Pa collactanei Pb | meus *om.* P || 8 fuimus Pb | obliquum L obliquum Pb || 9 ut Lucanus *om.* Pb || 10 qui maculat Pb | contigit MP || 13 conlapsa M || 16 et *om.* Pa (!) || 19 fuit Lemnius L || 21 distincte *superscr.* disiuncte M || 22 ordo . . . strepitus *om.* Pb | dudum *om.* M || 23 secum agit versans L || 24 sententiae *om.* Pa || 25 qua LPa || 26 (a *om.*) euitate Pa | monstratur fuisse remota a ciuitate Pb

247 ET MECVM FORTASSE CADES bene de periculo suo dubitauit, quia de sexu muliebri non coniurauerant occidendo Lemniades. perimenda enim haec fuerat ut proditrix coniurationis.

5 250 CRVDELIS VESPERA eo quod nox ueniens eos somno prostrauerat. inter uesper et uespera hoc interest: Vesper est stella, uespera tempus, quo nox ingreditur, quod hoc loco poeta describit.

252 HIC IMPRESSA TORIS ORA hic pro 'ibi'. impressa
10 implicita ora ad lectum.

261 GELIDA NON SAEVIVS OSSA Centauri, Ixionis et nubis filii, quam pro se Iuno mutauit. qui cum in nuptiis Pirithoi ebrietate caluissent et uellent puellae nubentis irrupere thalamum, a Lapithis, quorum rex Pirithous
15 fuit, interempti sunt.

Lind. p. 175

263 NVBIGENAE Herculis fabulam tangit. qui cum in hospitio ad Dexamenum regem uenisset, Deianiram filiam eius corrumpit et fidem dedit se eam uxorem esse ducturum. post eius discessum Eurytion Ixionis filius Centaurus uxorem
20 Deianiram petiit. quam pater uim timens Eurytioni promisit, qui constituto die cum fratribus ad nuptias uenit. eo forte die, quo nuptiae celebrantur, superueniens Alcides Centauros interfecit, Deianiramque insperate suo matrimonio copulauit. [item aliter: Centauri, cum in matri-
25 monium Pirithous Hippodamiam duceret, uino pleni Lapitharum uxores conati sunt rapere. qui omnes a Lapithis occisi sunt. unde Virgilius <georg. II 455 sqq.>:

2 curauerant M comunicauera Pa || 3 hec om. superscr. M || 6 uesperam LPb || 7 Vesper est stella om. P | ingreditur nox LP || 9 inpressa Pa || 12 p se Pb || 13 calcauissent Pa || 14 fuit Perithous L || 16 in om. L || 17 Dexaminum L exanimū M exanimum Pa exantinum Pb cf. not. ad myth. II 162 || 18 corrumpit P | uxorem esse om. Pb || 19 eius om. LP | decessum Pa | e//uritiūs M | Iouis L | uxorem om. Pa || 20 petit P corr. ex petiit M petiuit L | cuius pater L || 21 cum fratribus . . . die om. P || 22 celebrarentur Pb celebrantur superscr. ba M | superuenit Pb || 23 suo matrimonio insperato Pb || 27 unde] ut Pa

‘Bacchus et ad culpam causas dedit; ille furentes
Centauros leto domuit, Rhoetumque Pholumque
et magno Hylaeum Lapithis cratere minantem’.]

VIX MOX.

265 THYONEVS sic Thyoneus, quomodo Semeleius. 5
Liberi enim patris mater Thyone dicta est, quae et Semele
appellatur. et in hoc colore Virgilium poeta secutus est.
nam ille in perturbatione Troiani excidii dicit Aeneae
Venerem subuenisse, iste Thoanti Liberum patrem.

267 ET MVLTÀ SVBITVS CVM LVCE quotienscumque se 10
numina mortalibus ingerunt, multo se luminis splendore
perfundunt.

270 NVBILVS tristis. pro calamitate propriae ciuitatis.

275 QVAE PLVRIMA FVDI ex eo, quod dicitur, factum
intellegitur. 15

277 INFANDVM NATAE id est Veneri. nihil ergo sine
Iouis nutu numinibus conceditur facere. ut Virgilius
<Aen. VII 305sq.>: ‘concessit in iram ipse deum antiquam
genitor Calydonā Dianae’. uides ergo sine iussu Iouis ne
numinibus quidem licere suas iniurias uindicare. ut Horatius 20
<carm. IV 6, 21 sqq.>: ‘ni tuis uictus Venerisque gratiae
uocibus diuum pater annuisset rebus Aeneae potiore ductos
alite muros’.

282 MAVORTIA DIVAE pudicae Veneri. exclamatio 25
cum admiratione Liberi patris, sed iucunda et uere poetica.
cum sciamus Venerem semper lasciuam et delicatam,

1 Bacchus . . . Pholumque *om.* MP || 3 Lapithis *om.* Pb |
minantēs Pb || 5 Thoneus M Prothioneus P | prothioneus P |
quoniam Pb | Semeleus L o semelei Pa ob semelem Pb || 6 liber
liberi (enim *om.*) Pb | etiam semelle Pb || 7 uirgilius Pb || 8 in
om. Pa | *Aen. II 588sqq.* || 9 Venerem Aeneae L || 11 numina se
L semina M | luminis se L || 12 *post* perfundunt in P *haec*
leguntur: et rem temporis transtulit ad personam quod saepe
(semp Pb) maro fecit (facit Pb). *quae spectare uidentur ad*
SVBITVS || 14 fundi M fuit Pa || 15 intelligitur LP || 18 iras
Verg. || 19 uidens LMPa || 21 uictus *om.* LMP || 23 muros o. M ||
24 pudiae Pa p. diue MPb || 25 iocunda Pb || 26 cum] ut Pb |
semper *om.* Pb

mirandum, unde in delicato pectore tam repentina crudelitas.

285 ARCENTIBVS VMBRIS id est quamquam arcentibus. et est anacoluthon, ut sit: quamquam arcentibus umbris
5 tamen iter clarauit limite longae flammae. longae autem dixit stellae tractu. clarauit ergo pro 'clarum fecit'.

287 CVRVO ROBORE CLAVSVM fluuiali nauigio, quod sinu roboris incauatur. et ideo clausum: quasi in angusto roboris collocatum.

10 289 AMPLEXO participium est. hoc est: huic Aegaeoni Cycladas amplexo — pro 'amplectenti' — patrem commendo.

296 PVDIBVNDATA nomen est, non participium. nam tempore caret, patiendi significatione priuatur. et indicat non pudentem, sed pudenti similem, quae erubescit ad
15 missum facinus temporis alieni et lucem, etiamsi nollet nocturnae caedis crudelitate foedari.

297 IVBAR ostendit poeta generis neutri esse. et Ouidius <met. I 767sq.> hoc genere declinavit: 'per iubar hoc . . . iuro'. DECLINIA quae declinarent et fugerent.
20 opposita enim nube ante uultus suos Lemniadum crimine declinauerat sol.

298 IVGA pro equis. REFERT referit. fugit enim sol crudelitatem. aut refert 'deflectit' melius intellegamus.

300 HABITVS RVBOR quamquam inter similes rubor
25 non habetur, tamen noui criminis conscientia se inuicem formidabant.

305 INSVLA DIVES AGRIS uerba plangentis et ideo pro- Lind. p. 177
nuntiatione sensus est adiuuandus.

3 arcentibus umbris: & est L || 5 claruit LPb l'ruit Pa || 6 tractau Pa ductu L || 9 collatum M || 10 est¹ om. L | hoc] et Pa || 11 ciclades P | commendo om. Pb || 12 nam . . . pudentem om. Pb || 13 caret & L || 14 qui L quod Pb q3 Pa q̄ M || 15 etsi Pb || 16 nocturna L || 17 esse neutri L neutri M || 20 ante om. L autem Pa | crimina MPa (!) || 22 pro equis posuit L | referit MPb refert Pa om. L | fugit enim om. Pb || 23 intelligamus LP || 25 non om. MP | habitus Pb ha Pa | conscientia noui criminis L || 27 AGRIS om. MP | pronuntiatio Pa pnuntiatio Pb

306 **NOTA SITV** temporis nobilis. **ET GETICO**
TRIVMPHO Thracico bello, ex quo redeuntes uictores Lemniadibus multas in triumpho contulerunt opes.

307 **NON MARIS INCVRSV** id est: non naufragio, non bello, non pestilentia perierunt. 5

309 **NON ARVA VIRI** officia uirorum cessasse dicit, quibus fuerat Lemnos orbata.

314 **SCEPTEVM SVPER ARMAQVE** sceptrum ad regni ornamenta, arma rettulit ad uirtutem.

325 **SINE CONIVGE LEMNON** id est sine uiris. aut sine 10
 culmine dignitatis.

326 **VIGILES** epitheton commune: uigil sensus, aut quia maritorum desiderio nocte fortius cogitatur.

327 **INUISA POLYXO** quae persuaserat scelus.

332 **MASSYLO SVB HOSTE** sub leone Mauro. 15

Lind. p. 178

335 **ECCE AVTEM** aduentum Argonautarum describit ad Lemnon, qui missi erant a Pelia rege ad Colchos ad Phrixiei arietis pellem auream deferendam.

336 **PELIAS PINVS** Argo nauem dicit, quae in Pelio monte Thessaliae fabricata est. Cicero <de Fato 35>: 20
 'utinam in nemore Pelio caesae securibus ad terram cecidissent abiegnae trabes'. siue Pelion, unum de numero Argonautarum, significat Phthium (cuius ciuitas est Phthia,

1 corporis L || 2 **TRIVMPHO** om. M | thaco Pa taico Pb tracho
 add. i M | Lemniadum LP corr. in leniadib? M || 3 in triumphum
 Pb | contulerant LP ctulef M || 4 id est om. Pb | non¹ om. M ||
 6 arma LmMP | officii M || 8 Sceptrumque MPb | SVPER om. MP |
 ARMA L || 9 ornamentu Pb | arma om. M | retulerit M | ad uirtu-
 tem rettulit Pb || 10 LEMNOS L || 11 uirginitatis P || 14 suaserat
 L || 15 SVB HOSTE om. MP | Mauro leone L || 17 Lemnum L |
 Pelia L oeta MP (= Aeeta . fabula plane peruersa esse uidetur)
 ad² inserui || 18 defendendam P del. superscr. deferendam M ||
 19 PINVS PELIAS L | nauim L || 21 'Ex hoc genere illud est Ennii:
 Vtinam ne in nemore Pelio securibus caesa cecidisset abiegna
 ad terram trabes!' Cicero | pelion (= Pelio ne?) MPa om. Pb ||
 22 siue] si uero Pa | Peleum! | unum . . . meminit om. in
 marg. super. add. M | de] e L om. P | numero om. Pb || 23 phi-
 tium Pb filium LMPa | cuius om. P | thia M phitia P

cuius Virgilius <Aen. I 284> meminit: 'Phthiam clarasque Mycenae') aut certe Pelion, Neptuni filium, qui Iolci summam obtinebat. hic enim responsum acceperat, ut ab eo spoliaretur arce, qui altero ei nudo pede occurrisset. 5 quapropter hoc uelocius sustinuit, quo euitare captauit. Iason quidem natus ex Aesone, fratre regis, occursurus sacris, quae Neptuno is faciebat, dum per Anaurum flumen transit, detentum limo alterum pedis calciamentum reliquit atque ita fato agente peruenit ad Peliam. qui in illo 10 timens, quidquid ab oraculo fuerat dictum, sub specie gloriae eum misit ad Colchos ad auferendam auream arietis pellem. ergo Pelias pinus Argo nauem dicit, quae in Pelio monte Thessaliae fabricata est. HOSPITA quasi prima. INTACTI PONTI quia ante Argo nauem 15 inuiolatus fuit.

337 AGVNT MINYAE Minyae Thessali, a Minya rege Thessalorum, a cuius nomine omnes Argonautae Minyae nominati sunt. CANET spumat. id est dextra laeuaque reuulsi fluctus cano litore feruebant.

340 TONSIS remis.

341 MITIOR ET SENIBVS CYGNIS Ouidius <met. XIV 429 sq.>:

'uerba sono tenui maerens fundebat, ut olim carmina iam moriens canit exsequialia cygnus'.

1 meminerat uirgilius Pb | Phthiam om. M || 2 Peliam | qui om. P | Iolci M illius loci LP || 3 summa P | optinebat M Pa | huic L | acceperat] fuit L || 4 in arce ἀρχὴν latere puto | qui] ut M | altero nudo pede ei Pb || 5 quo magis? | tentauit L captauit M captauit Pa || 6 equidem Pb siquidem L quod Pa | essone Pb eo Pa | occusurū Pa occursum Pb || 7 sacris om. Pb | faciebat is neptuno Pb | anaurum corr. ex anarum M annarum Pb Euhenum L || 8 religit Pa negligit L || 9 perueniunt Pb deuenit L | pelion quia qui Pb || 10 ab om. MP || 11 eum om. L Pa | aurea . . . pelle Pa || 12 HOSPITA . . . fuit in P post abiignae trabes leguntur || 14 quia ante] que non Pa || 16 AGVNT om. MP | Mimiae. minse. thessalimine a rege M similia P | Minyae om. L || 17 thebanorum Pb thessaliborum M || 18 appellati L | dextera Pa corr. in dextra M | laeua dextraque L || 19 litore L || 21 segnibus M | agnis Pb

343 ACCEDUNT consentiunt, ut tranquilla subdant. sic Terentius in *Adelphis* <u. 350>: 'accedo, ut melius dicas'. aut accedunt, ut audiant. quasi sensum recipientia. sed melius 'consentiunt'.

344 ORPHEVS quemadmodum in^a naue caneret, dicit. 5 cuius dulcedinem morientis cygni comparat cantilenae. dicuntur enim cygni mortis tempore dulcius solito canere.

345 NESCIRE LABORES id est cantus dulcedine laborem sentire non sinit.

346 ORAQVE PRIMI Symplegadas, ut asserit Euripides. 10

347 CYANEIS MARIS Cyane Nympha in Sicilia est. Venus indignata, quod Proserpina suum numen contemneret coniugia spernens, Plutoni, qui territus uiribus Typhoei euomentis Aetnam, cui subiectus erat, cum ab inferis emersisset, intulit amorem, ut Proserpinam circa cacumen 15 Aetnae flores legentem eriperet. qua compressa cum properaret curru fugere, Cyane Nympha, quam dilexerat Anapus amnis, intercedente tardatus est. at ille incensus ira morae, intercedentem, ut rumperet, sceptro percussit. praecepsque in inferna demersa est et in liquorem con- 20 uersa. cuius lacus contiguus est Arethusae. NOS THRACIA VISV nos putamus Thraces in ultionem uenire nauigio, qui uicti a uiris fuerant Lemniadum.

355 SOLVTO molli aut muliebri.

357 ADVERSO utrum situ aduersum posuit id est 25 positione loci an aduerso inimico, quippe Mars Lemnum merito oderat, quia in ea insula a Vulcano cum Venere fuerat deprehensus?

361 CORTYNIA tantum, inquit, a portu aberat nauis,

1 *schol.* 343 et 344 inuerso ordine leguntur in LMP || 2 cedo Terentius || 3 accedant M || 5 Orpheum M | in nau LP | canerent L || 6 dulcedine P || 8 *schol.* 345 om. Pa || 9 non sentire sinit Pb || 10 PRIMVM L Primi ex correctura M | riplegadas M | Medea 1 sq. || 11 Cyonei MP | est om. L || 12 numen om. Pb || 13 Plutoni inserui ex myth. (II 93) || 16 quam compressam Pb || 17 curruque L cursu Pa | fugeret LPa fingere Pb || 20 in¹ om. Pb || 22 non Pa | putamus superscr. ui M || 26 merito Lemnum LPb || 27 que P | in illa L || 28 deprehensus Pb || 29 ab portu M

quantum Cretensium sagittarum iactus exprimitur. Cortynia enim dixit Cretensia.

363 PELASGAE Graecae nauis id est Argo.

364 HORROR obscuritas.

5 365 SOLE DIES pro 'ab omni die raptus est sol'. noue dictum.

367 REDIT HVMIDA TELLVS arenae funditus auulsae impetu iactantur aquarum.

372 TRITONA puppim. solet enim omnis nauis pictura
10 quacumque signari. ut Virgilius <Aen. X 209>: 'hunc uehit immanis Triton'.

373 INSANA ARBOR uel magna uel instabilis. nimis poetice dixit 'insana arbor'. accipimus enim mobilem, ut hi, qui insani sunt, loco stare non possunt.

15 377 DVM LABOR ILLE VIRIS dum Argonautae tempestate Lind. p. 180 iactantur.

378 FLVITANTIA ordo: inualidis lacertis fluitantia tela spargimus. et bene inualidis utpote femineis. fluitantia incerta.

20 379 QUID NON AVSA MANVS quod non post scelus ausae sumus? nam cum occidissemus uiros, etiam semideos bello attractare tentauimus.

382 AEQVORA FVNDO EGERERE hoc est sentinam proici facere. Ouidius <met. XI 488>: 'egerit hic fluctus
25 aequorque refundit in aequor'.

384 CARENT CONAMINE VIRES Lucanus <III 692 sq.>: 'incertasque manus ictu languente per undas exercent'. omne enim corpus, quod motu rei alterius commouetur,

5 post DIES hiperbaton inser. P | raptus est om. M (recte ut uidetur) | post sol denuo praebent pro ab omni die P || 7 Regit P | harenae LPa || 9 TRITONIA L | PVPPI L | nauī M || 11 inmanis MPb || 13 accipiam Pb || 14 sunt om. LM (insanis = insani sunt Pa) || 20 non potest scelus P corr. in non post scelus M scelus non L | ausus Pa || 21 odissemus superscr. occidissemus M | etiam] et Pb || 22 tempestauius Pb || 23 AEQVORA om. MP | EGERERE om. MP | proicere Pa proici corr. in proiici Pb om. LM || 24 hic om. L hi Pa i Pb || 25 aequore fluctus L || 28 enim om. M | alterius rei L

ad iaciendum stabilem non habet firmitatem. sicut Salustius: 'imbecilla est fortitudo, dum pendet'.

385 FERREA NIMBIS iaculorum pluuiam describit. ut Virgilius <Aen. XII 284>: 'ac ferreus ingruit imber'.

387 CRINITVM MISSILE lanceis per stuppam insertum ⁵ ignem demonstrat. nam quando flammam aliquis quatit, ut iaciat, quosdam crines facit. ut Virgilius <Aen. V 528>: 'crinemque uolantia sidera ducunt'.

389 ET AB IUNCTIS REGEMVNT TABVLATA ab iunctis ¹⁰ ergo hyphen noli accipere. operta autem pinus pellibus, ut mos est. abiunctis quidam hyphen legunt: diuisis. sic in Olympio: 'abiungere luna iunices'. cui contrarium est iungere.

ind. p. 181

390 HYPERBOREA NIVE Scythica. Hyperborei enim montes trans aquilonem sunt. et est uocabulum Graecum. ¹⁵ ὑπερ enim Graece, Latine 'ultra' dicitur. βορέας aquilo nuncupatur.

392 AMARO NOXIO. unicuique enim res, quae nocet, amara est. ut Virgilius <georg. II 247>: 'tristia tantum sensu torquebit amaror'.

397 ARMA ALIENA non maritorum suorum arma dicit, sed arma aliena id est sexus alterius. nam cum per timorem uisorum Argonautarum reuocamur ad sexum, reperit uires suas natura, cum alienas non potuisset implere.

398 AEACIDAS Telamonem et Peleum, filios Aeaci. ²⁵

399 ANCAEVVM Lycurgi filium a Salamina.

401 ALTERNVS eleganter alternus: ne in uno latere

1 iaciendum MPb iecendum Pa || 2 Maurenbrecher II p. 204 | inbecilla MP || 5 CRINITVM MISSILE *iterau.* P || 6 ignem insertum L || 8 dicunt MP || 9 REGEMVNT TABVLATA L ab illa regemunt MPb ab illa re regemunt Pa | adiunctis MP || 11 adiunctis MPa || 12 ad 'Olympio' cf. II 58 | cuius Pb || 13 coniungere L || 14 enim om. Pb || 16 dicitur om. Pb | βορέας L || 18 rei res P || 19 temptatum Pa temp . . . Pb te tantū M || 20 sensuz Pa | torquebat L | amaro LMPb amoror Pa || 23 uisorum om. P | argonautorum Pa | ad secum P || 25 eacides id est peloum et thelamonem Pb | Aeaci filios LP || 26 Angeum P | & Salaminae L || 27 ne] est Pb ut *superscr.* ne M

forte consistens mole corporis aut uirtutis uerteret nauem. alternus ergo nunc hic nunc illic, in utraque parte consistens.

403 AT LEVIS utrum hoc epitheton ad discretionem
5 Herculis dicitur, quia ille grauis, an ad animi mobilitatem, quia nullam Iason firmo amore possedit uxorem? deserta enim Hypsipyle Medeam duxit, relicta Medea Glaucon sortitus est uxorem. hoc ideo dixit, quia cum Argonautae Lemnum fuissent ingressi, hanc Iason suo matrimonio
10 sociauit, quam utero grauem reliquit. ex quo conceptu geminos edidit Hypsipyle.

405 OENIDEN Meleagrum significat.

412 AUDIRE NEGANTEM non obtemperantem dextrae. Lucanus <III 593sq.>: 'qua nullam melius pelago turbante
15 carinae audiuere manum'. audire et nauis dicitur et currus. ut Virgilius <georg. I 514>: 'neque audit currus habenas'. hic ergo Tiphys gubernator nauis Argo.

413 MUTAT IMPERIA mutare imperia est modo huc modo illuc nauem conuertere.

417 MOPSI GESTAMINA quia Mopsus tamquam uates
Argonautarum olea fuerat coronatus. huic Mopso se Amphiarus ab Iasone praelatum fuisse iactauit. ait enim
<III 520sq.>: 'nec me uentura locuto saepius in dubiis auditus Iasone Mopsus'.

419 INVOLVERE PROCELLAE uox enim, quae aut in speluncam emittitur aut in antrum uel certe per litora ipsa, inuoluitur, quia aut caua loca sunt aut curua, quae uero in libero aere iactatur, late fusa respondet.

2 huc L | in neutra LP || 4 LEVIS leuis L lenis lenis Pa || 5 an ad imbecillitatem quia Pb || 6 deserta . . . uxorem om. M || 7 deserta medea Pb | glaucē Pa glaucem Pb || 9 fuiss. ingr.] uenissent M | iason corr. ex iaso M || 10 copulauit Pb || 12 oenidē MPa oearidem Pb || 14 quā nulla Pa | turbare L || 15 carinam L carina Pa carmina Pb | audire P | & currus dicitur L || 16 ut om. Pb unde L || 17 habenas om. Pb || 21 huic mopsus Pa | se om. Pb et Pa || 22 amphiarum Pb | a Pb || 24 a iasone Pb || 26 spelunca LPb speluncā M | antro LPb || 28 iactantur MPb | fusa] sua Pa | non respondet Vollmer.

Lind. p. 182 422 DE MORE contrarie poeta dixit 'de more', cum nemo nauigium ante temptasset. de more ergo hic ait de propria ipsorum consuetudine.

427 RVBENTVM quia iuxta mare rubrum sunt, siue quia uicinia solis ignita est. Aethiopus ergo hoc loco describit. Gigantes ab ipsis suscepti dicuntur hospitio. aut certe propter iustitiam a numinibus diliguntur. hoc etiam Homerus in primo libro signauit eo, quod Iuppiter cum his propter iustitiam et aequitatem morum deserto caelo frequenter epuletur. dicuntur enim iustissimi homines esse Aethiopes et ideo relicto orbe frequenter eos reuisunt caelicolae.

430 CAELIFER ATLAS Iuuenalis de raritate numinum ita dixit <XIII 46 sqq.>: 'nec turba deorum talis, ut est hodie, contentaque sidera paucis numinibus miserum urgebant Atlanta minori pondere'. quod hic de absentia numinum respirare dixit Atlantem.

431 AB ADSERTO MARATHONE Marathon ciuitas est, in qua Theseus nutritus est. quam cum Persae inuasissent, ab Atheniensibus Theseo duce caede magnorum uirorum liberati sunt. unde factum est, ut ita Athenienses iurent: *μὰ τοὺς ἐν Μαραθῶνι*. HIC ET AB ADSERTO Minos, Iouis et Europae filius, cum patri sacrificaturus ad aras accederet, orauit potentiam numinis, ut dignam aris suis hostiam ipse praeberet. itaque subito taurus apparuit

1 cum nemo . . . de more *om.* LPa || 4 recubentū M rubentū Pb | qui MPa || 5 uicina soli signata est MP uicina signata est soli L uicinia solis ignita est *Gud.* | hic loco Pa || 6 Gigantes M quia cum gigantes L quia P | haud Pb || 7 a numinibus . . . iustitiam *om.* Pb | hoc] hic *corr. in* hinc M || 8 imprimo Pa | libro *om.* LP | *Od. I 22sqq.* | significauit L || 10 epulentur Pb || 14 ita *om.* LPa | talis *om.* M || 16 Atalanta LMP | et hic de Pb || 17 Athalantem LMPa || 18 ASSERTO L | est *om.* LP || 19 est *om.* Pa | qua Pa || 21 est *om.* M | uiuerent M || 22 Marti et Marathoni LPb mā et maratoni Pa mat' & maratoni M | *ueram lectionem, quam iam Bodius restituit (cf. Philol. XXXIII p. 138), cod. Bamb. seruasse uidetur* | ASSERTO L | hi abserto Pb

nimio candore perfusus. quem admiratus Minos religionis oblitus armenti sui maluit esse ductorem. cuius ardore Pasiphae fertur arsisse. igitur contemptus a filio | Iuppiter Lind. p. 183 indignatus furorem tauro subiecit et Cretensium non solum 5 agros, sed etiam moenia uniuersa uastauit. hunc Hercules missus Eurysthei imperio superauit uictumque Argos usque perduxit. ibi consecratus est Iunoni ab Eurystheo. sed Iuno exosa munus, quod ad Herculis gloriam pertinebat, taurum in Atticam regionem expulit. ibique a monte 10 eius Marathonius appellatus est. quem postea Theseus, Aegei filius, interemit. quo facto aeternae gloriae sibi titulum comparauit.

432 ET ISMARIOS FRATRES Zetum et Calain dicit, Ismarii Aquilonis filios, id est Thraces a monte Ismaro, 15 cuius etiam Virgilius meminit <ecl. VI 30>: 'nec tantum Rhodope miratur et Ismarus Orphea'. et ideo pretiosiores dicuntur a nimietate frigoris uirides lapides, qui smaragdi nuncupantur.

434 NON INDIGNANTE PRIOREM bene non indignante, 20 quia Admeti pecus pauerat et obsequiis eius emeritis ei tamen fauebat, apud quem passus uidebatur iniuriam. quia iuxta Amphrysum fluuium pecus pauit — unde Virgilius <georg. III 1 sq.>: 'et te memorande canemus pastor ab Amphryso' — quod fabricatores fulminis sagitta per- 25 cusserat, quia Asclepius, Apollinis filius, fuerat fulminatus. rogatu enim Dianae Hippolytum ad auras superas re-

1 quem cum admiraretur Pb || 3 pasiphe MP | dicitur L | arsisse fertur Pb | a filio] *superscr.* i. minoe M || 5 unius Pa | huc *corr.* in hunc M || 6 corusce imperij Pa || 7 est *om.* LMPa || 8 ad *om.* Pb *add.* M || 9 ibi LPa || 10 theseus postea Pa || 11 aeternos sibi gloriae titulos LP || 12 titulū *corr.* ex titulo M || 13 ET *om.* L | HISMARIOS LPb samarios Pa | Calain L calim Pb || 14 Hismarii & L samaria Pa || 15 meminit *om.* Pb || 16 ideo MP inde L || 19 Indignantē M | indignantē Pa indigñ M || 20 que Pa | obsequi Pa | emeritus LM meritis Pb | ei] et Pa || 21 faciebat P | que Pa || 22 pauit pecus L | pecus *om.* Pa || 24 quia L | percussit M || 25 quoniam L que Pa | Aesculapius LPb || 26 ad superos (auras *om.*) reuocauerat Pb

uocarat. ut Virgilius <Aen. VII 769>: 'Paeoniis reuocatum herbis et amore Dianae'.

436 GENERVMQVE PROFVNDI generum Nereos Peleum significat, quia Thetidem, Nerei filiam, duxit uxorem, Achillis matrem.

438 OEALIDAE id est Castor et Pollux, qui Spartani fuisse dicuntur, quia Oebalia urbs Spartaest. CHLAMYS ARDET splendet. Virgilius <Aen. IV 262>: 'Tyrioque ardebat murice laena'.

443 VIX CVRSV TENER AEQVAT HYLAS Virgilium imitatus hoc loco poeta est dicendo <Aen. II 724>: 'sequiturque patrem non passibus aequis'. Hercules cum accessisset comes Argonautis, Hylam, Thiodamantis filium, secum duxit armigerum, admirandae pulchritudinis iuuenem. qui remum fregit in mari, cum pro suis remigat uiribus, cuius reparandi gratia Mysiam petens siluam fertur ingressus. Hylas uero cum aequatum perrexisset, conspectus a Nymphis raptus est. quem dum Hercules quaerit, relictus ab Argonautis in Mysia est. unde Virgilius <ecl. VI 43sq.>: 'nautae quo fonte relictum clamassent, ut litus Hyla, Hyla omne sonaret'.

445 ET TACITIS CORDA ASPERA FLAMMIS occultis. ut Virgilius <Aen. IV 67>: 'et tacitum uiuit sub pectore uulnus'. iterum, inquit, Lemniades coniungalia iura desiderant, et Argonautis idcirco iunguntur, ut, cum abire coeperint Argonautae, denuo suas derelictis Lemniadibus uideatur iniurias uindicare.

1 ut] unde L || 3 -qve om. Pb | PROFVNDI om. LPa | generum om. LP || 4 qui L que Pa || 5 patrem P || 6 oebalidem (om. id est) Pb | spartana nati P || 7 que Pa | urbs supratana Pb | CHLAMYS om. L || 8 splendet om. M | Tyrioque] om. Pb muriceque MPa || 10 ylas M ulas P | Virgilius Pb | in mutatur Pa mittatur Pb || 11 est om. Pb | scribere malim dicentem || 13 hilan Pb ylä M iliä Pa || 14 pulchritudinis Pa | qui ut remum M || 15 cuius om. Pb | recupandi Pb || 16 petere Pb || 19 q3 Pa || 20 ut om. MPb | litus L | Hyla Hyla om. Pa | Hyla om. M | clamaret Pb || 21 tacitis occultis Pb || 22 uoluit Pb || 23 ita Pa Ita L | descuerant L desuerant Pa || 24 et om. Pb | idcirco Argonautis L || 25 relictis L | derelictis denuo suis Pb || 26 uideantur L

446 REGIA IVNO Iuno, inquit, iniecit nobis mentem benignam, quia Argonautis fauebat propter Iasonem — qui eam fluuium transiecerat, cum se illa inanem simularet — ut eorum cupientissime thalamis iungeremur. et ideo hic 5 Iunonem uiros nitidos | effecisse subiunxit ut nuptiis. nam Lind. p. 184 adulterio, si hoc Venus efficeret, placuissent.

453 FATVM EXCVSABILE CVLPAE fatum nostrae culpae, quod uiros occideremus. minuit ergo amoris inuidiam, cum dicit culpae. ut Virgilius <Aen. IV 19>: 'huic uni 10 forsā potui succumbere culpae'.

456 BLANDVS IASON subaudimus 'erat'. Iason blandus dare uincla uirginibus nouis, id est: qui solitus sit mutare coniugia. cui sese postea addixit Medea, tertio Glaucen uel uxorem habuit uel dimisit.

15 458 PHASIN fluuius, quem ideo cruentum dicit, quod per eum Medea patrem fugiens insequentem interempti fratris dicitur membra iactasse. siue fluuius Scythiae Phasis est barbarorum caedibus cruentus assidue. COLCHI ciuitas gentis eiusdem, Medae patria. ALIOS AMORES 20 quia post Hypsipylum Medeam duxit uxorem.

462 NON SPERATIS ALVMNIS unde enim sperarent filios habere posse, quae uiros omnes occiderant?

464 ENITOR pario. unde et 'enixae' dicuntur, quae generant.

1 infecit P fecit L | mentem om. Pb || 2 que Pa | quia L || 3 transfecerat P | in anum illa L illa manum P | similaret L || 4 iungeretur LMPb || 5 fecisse Pb | ut nuptiis placerent? | nā M non LP || 6 sic Pb | placuissent corr. ex placuisset transpos. ante nā M || 7 Factum Pb | exuperabile P del. superscr. excusabile M | fatum . . . culpae^s om. Pb || 9 ut . . . culpae^s om. Pa || 11 IASON om. Pb | subaud M | erat om. Pa || 12 uincla P | solitum Pb | sit om. Pa || 13 coniuga Pa coniugium Pb | cui om. Pb tum MPa | tū sese del. M | addixit om. MP | medea MPa | Medea . . . per eum om. Pb | cogitauī de scribendo qui postea Medeam, tertio . . . || 16 fugiens patrem L | interempta Pa || 17 dicitur fratris L || 18 pedibus MP || 19 eiusdem gentis L | patriam Pb || 20 medea M || 21 speraret Pa || 22 occiderant corr. ex occiderent M || 23 et om. L || 24 generat Pb

466 QVATER QVINVENNIA uiginti annos ostendit, ex quo ediderat ex Iasone filios.

15 etiam nubila uincebantur, quasi et ipsa certarent. item Euri secuntur diuine dictum: dedit illis uotum uictoriae, sed ademit effectum.

289 (311) EURYSTHEA id est: ad quae Eurystheus eum Lind. p. 211 mittebat. Eurystheus enim rex fuit Graeciae, Persei genus, qui Iunonis instinctu imperabat Herculi, ut uaria monstra superaret, quibus posset perire. unde Virgilius durum eum uocat dicens <georg. III 4>: 'quis aut Eurysthea durum'. ideo durus, quia potuit ad complendum nouercae odium sufficere.

1 dependit Pb | Aegypti L egisti MP || 2 fratris om. Pb | filii danai egisti natas M || 3 matrimoniu MPb | consortium om. Pb || 4 occulta Pa oculo Pb | sponso Pa superscr. o M sponso suos L || 6 sola Hypermetra L | Lino L licto Pa | a quo] ac Pa || 7 fides oraculi Pb | ego superscr. r M om. Pa | in om. M || 8 dixit om. Pb | que P q̄ M || 9 pfecit Pa superscr. uenit M || 10 schol. 274 om. M | EQVIS . . . ARION om. Pa || 11 classis . . . Teucris L || 12 equus Pb || 13 pedes Pa || 14 EVRI L | SECVVTVR L om. M | celeritate Pb || 15 etiam om. M | uincebat/// superscr. n M | qui Pa om. Pb | ipse LP | certaret L | unde et nuri Pb || 16 sequuntur L | uictoriae uotum L || 18 schol. 289 post schol. 300 praeb. LP om. M | quem L || 19 fuit om. L | Persa L perse P || 21 eum appellat durum dicens Pb om. L || 23 durum uocat ideo L | qui P | ad nouercae odium complendum (om. sufficere) Pb

290 (312) ALTO PER GRAMINA SVLCO id est orbita illius currus, quem ducebat. ideo, quod sessoris pondere praegrauabatur, altius infigebantur terrae uestigia.

300 (322) ASTRA INSIDIOSA periculosa, ideo quod sunt signa terribilia uisu. monebat ergo Phaethontem Sol, ut non ageret currus per australem aut septentrionalem plagam. Lucanus de Phaethonte in libro, qui inscribitur Iliacon, ita:

'haud aliter raptum transuerso limite caeli
flammati Phaethonta poli uidere deique,
cum uice mutata totis in montibus ardens
terra dedit caelo lucem naturaue uersa'.

304 (326) OEBALIOS Laconicos.

305 (327) FVRTO adulterio furtim commisso.

306 (328) CYLLARE equi Castorum Cyllarus et Xanthus. aliter enim Virgilius <georg. III 89 sq.>: 'Pollucis habenis Cyllarus'. sed non indifferenter iunguntur uocabulo, qui sunt uitae permutatione coniuncti. et templum Castorum dicimus, cum sit duorum. et legimus: 'Castor uterque bonus'. constat autem hunc inter Argonautas Castorem fuisse et eum omisso equorum studio remigem factum, quo tempore occasio data est, ut Cyllarus uocaretur. sed potest proprie Castoris dici. fuit enim hoc studium huic, ut Homerus asserit <Il. III 237>: Κάστορά δ' ἐπιόδαμον καὶ πύξ ἀγαθὸν Πολυδεύκεια. Horatius <sat. II 1, 26 sq.> enim: 'Castor gaudet equis, ouo prognatus eodem pugnis'.

1 Alta P | svlco om. M || 2 cursus P | quia LP || 4 quia LP || 5 uisu terribilia LP | mouebat P *superscr.* n M || 6 aut M sed L et Pb om. Pa | septentrionalem MPb || 7 de Phaethonte om. M | scribitur MP || 8 illia con Pb | *uide Hosii edit. p. 330* || 9 aut M | alter Pb || 10 flammāti Pa | phetonti M | pili . . . denique Pa || 12 lucem om. L || 13 laconios Pb || 15 equis Pa | Castoris LPb || 17 q . . . coniuncta M || 18 Castoris LPb || 19 ubi? || 20 Castorem ante inter posuit L || 21 emisso *superscr.* o Pa || 22 ciliaris diceretur Pb || 23 potest MP debet L | prope Pa || 24 uersum om. P || 26 equi sono LP

310 (332) FELIX ADMETVS aut propter amicitiam Herculis aut propter receptam dictus uxorem.

313 (335) IN VIRES ADDVCTA VENVS cupido libidinis migrauit in vires.

5 316 (338) DE GREGE CASTALIO de Pegasi grege, qui fontem Hippocrenen Apollini et Musis dicatum ungula sua scalpsit. Neptunus enim pater quorundam equorum fertur: Pegasi ex Medusa, Arionis ex Cerere. ergo equae Admeti Persico colore fuerunt.

10 318 (340) ECCE ET IASONIDAE IUVENES de Iasone et Lind. p. 212 Hypsipyle duo nati sunt filii: Thoas et Euneos, quorum Thoas maternum animum nomine refert, Euneos uocatur alter ominis causa a patre nauigaturo. quorum nomina opportuno tempore poeta commemorat, hic uero, quia certaturi
15 noti esse debuerant. adeo fraterna contentio fuit, ut nec uictus doleat nec uictor insultet.

324 (346) IT CHROMIS Chromin dicit, Herculis filium, quem constat equos habuisse Thraces, quos Hercules extincto rege abduxerat, humanis carnibus uesci consuetos.
20 cum multi uero exitio hoc hospites interissent, hunc Hercules, ne ab eodem circumuentus periret, equorum suorum pabulum fecit. quos filio suo habendos concessit.

325 (347) ALTER AB OENOMAO Hippodamum dicit Oenomai currus regentem. eorum enim equorum non

1 aut *om.* L | prope P || 2 aut *om.* LP | prope Pa | deceptum Pa deceptus Pb | ductus *corr. in* dictus M || 4 aures Pa || 6 Hippocrenem L(MPb) ipocrene Pa | unguulas suas Pa | unguis suis Pb || 7 scalpsit MPc | produxit LPb | pduxit Pa | pater enim M || 8 persei MP | ex] et MPb | exercere MPb | exere Pa | quae LP neq̄ M || 9 Admeti regis L | perseo L | persi M | perse Pa | persici Pb | culoro M || 10 IUVENES *om.* MP | ex Iasone L || 11 Euneus L || 12 euneis Pa | Euneus L | uocatus L || 13 negaturo Pa | nauigatio Pb | nomina] in Pa || 14 tempore . . . contentio *om.* Pa | hic scripsi hi LM hii Pb | qui acceptaturi nothi Pb || 15 non esse L | adeo *om.* Pb | ut *om.* Pa || 17 hic L || 18 Thracas L | thracis *superscr.* e M | thracii Pa | traces Pb || 20 uero M | hoc LPb nō Pa | hoc *om.* LP | interiissent hospites L || 22 fecit pabulum L | suo *om.* Pb

dissimilis fama est exitio tot procorum. ideo ambigit poeta, quibus equis ab eo maior crudelitas ascribatur. ex utroque enim stabulo processit horrenda crudelitas.

326 (348) FRENA genus pro specie: equos enim significat. 5

Lind. p. 213

334 (356) MANVS INSERTVS insertas manus habens.

336 (358) PHLEGRAM regio est, in qua debellati Gigantes ignitis fulminibus perierunt. φλέγειν enim Graece ignire proprie dicitur.

337 (359) ANGVIS Pythonis. FRATRVMQVE HONORES 10
id est ea facta, quae reliqui dii gloria sua signant.

338 (360) QVIS SIDERA DVCAT SPIRITVS secta Platonica dicit omnia spiritu diuino gubernari. unde Virgilius <Aen. VI 724 sqq.>: 'principio caelum ac terras camposque liquentis lucentemque globum lunae Titaniaque astra 15 spiritus intus alit'. etenim illa anima, quae uinculum mundi nequit, mens et spiritus uocata est, quae dat mortalium animis cunctis species motumque et uitam. ut Virgilius <Aen. VI 727>: 'mens agitatur molem', quae Platone attestante firmat. sed huius tractatus secretae philo- 20 sophiae magna laus Persis debetur, quod apud eam gentem horum secretorum primum habita ratio est. [uel Perses scilicet ille magnus praeceptor huius philosophiae.]

340 (362) VIVAT MARE ostendit poeta uiuum et uiua posse dici ea, quae neque anima neque spiritu mouentur. 25

1 dissimili M | est fama L | ambiit M || 2 equis om. Pb | ascribit^r M scribatur Pa accusabatur Pb || 4 spicie corr. in spicit Pa spem Pb || 6 insertas MPb | ides ins. Pb | manus habens insertas L || 7 est om. Pb | debellati fuerunt gigantes quoniam ibi ignitis periere fulminibus Pb || 8 flexe MPa flegere Pb || 9 ignire om. spat. uac. rel. Pb || 10 fratrum Pa fratres Pb || 11 qui superscr. e M | signat P || 12 Quid P | platoniam M || 13 unde] ut Pa || 15 lucentemque . . . astra om. Pb || 18 animas Pa | cunctas L cuncta Pa | spēs P || 20 affirmatur L firmatur P corr. in firmat M | secretae om. Pb || 21 materna laus Pb | apud om. L || 22 ratio habita L | pse Pb spes Pa || 24 MARE om. Pa | po&e M | uiuā MP || 25 neque¹] nec M

QVAE VIA SOLES PRAECIPITET NOCTEM QVAE PORRIGAT
thesis philosophica: terra elementorum omnium ima sit
an suspensa, ut Lucretius, ergo utrum uoluatur caelum,
quod accidit, si media est terra, quod si in imo desinit,
5 caelum esse dicit immobile. sed tamen disputantium dis-
cordat opinio. uerum nobis dicet, si qui rite cognouit
originum causas. unde Virgilius <georg. II 490>: 'felix,
qui potuit rerum cognoscere causas'.

342 (364) MVNDO SVCCINCTA LATENTI latentem mun-
10 dum antipodas dicit. succincta autem pro pendenti,
quia, si media est, nulla stabilitate firmatur. sed de his
rebus, prout ingenio meo committere potui, ex libris in-
effabilis doctrinae Persei praeceptoris seorsum libellum
composui Caelius Firmianus Lactantius Placidus.

15 344 (366) DVMQVE CHELYN LAVRO citharoedorum disci-
plinam expressit, quibus mos est finito carmine coronam
detractam capiti citharae subligere.

345 (367) LIMBO zona seu fascia. limbus enim
proprie fascia picta dicitur, quae imis assuitur uestibus.
20 ut Virgilius <Aen. IV 137>: 'Sidoniam picto chlamydem
circumdata limbo'. [aliter: limbus est fascia, quae ambit
extremitatem uestium secundum anticum ritum, ut <Aen.
V 250 sq.> 'uictori chlamydem auratam, quam plurima
circum purpura'.]

25 347 (369) CERTAMINIS INSTAR speciem enim belli
quadriugum certamen adduxerat cupido uincendi.

353 (375) DICERE PELIACIS montem Pelion in Thessalia Lind. p. 214

2 ima] pene Pb || 3 uoluitur P || 4 desinat Pb || 5 caelum om.
L | dicit om. L | tamen Pb cum LMPa | disputanti P || 6 nobis]
ñ M non P | diē MP | sig superscr. is M || 7 unde . . . causas
om. Pb | ut Pa || 10 antipodis superscr. a M || 11 si . . . de his
om. Pb || 12 connectere L || 13 libelum seorsum Pb || 14 celius
MPb coelius Pa om. L | firmanus Pb om. L || 15 CHELYM LPb ||
16 mos est scripsi moris est L mox MP || 17 subligaret MP ||
20 ut om. Pb || 21 aliter . . . purpura om. M || 22 antiquum L
antiquum Pb || 23 uictoris L | quam (om. plurima) Pa habentem
L || 24 purpuram L || 27 Ducere Pb om. L

esse notissimum est, prope quem deus Apollo Admeti regis paut armenta. constat autem huius iniuriae hanc fuisse causam: fulminato Aesculapio, quod reuocare ad uitam ausus fuisset Hippolytum, pater Apollo, ubi se uidit orbatum, sagittis Cyclopas occidit, qui Iouis fulmina fabricare consueuerant. ob hoc mortalem indutus formam pecus Admeto iuxta fluuium paut Amphrysum.

356 (378) AT HIC TRIPODVM COMES Amphiarus scilicet. et notandum uarietatem nominum solis pronomibus separatam ille et huius. meritis tamen ille Admetus. 10

359 (381) ADMETO SERVMQVE MORI beneficio enim uxoris Alcestae Admetus distulerat mortem. cuius talis est fabula: Alceste Admeti uxor fuit. haec cum agnouisset uiro suo finem propinquare uitae, sese obtulit morti. quam cum extinctam Admetus impatienter doleret, Her- 15 culis laboribus ei reducta ab inferis dicitur. eleganter ergo poeta serum mori Admeto posuit, uidelicet pro quo alter concessit in fata. unde Iuuenalis <VI 652 sq.>: 'spectant subeuntem fata mariti Alcestim'.

361 (383) ET NOSTRAE PRIDEM CECINERE VOLVCRES 20 sensus: etiam auium nostrarum augurio moriturum te esse praeuidisti.

362 (384) ET OS FLETU noluit dare pathos mortale numini, philosophice potius quam poetice. Ouidius idem de Apolline Coronide occisa <met. II 617 sqq.>: 25

'collapsamque fouet seraque ope uincere fata
nititur et medicas exercet inaniter artes.

Lind. p. 215

2 hanc om. Pb hanc potissimum L || 3 fulminato ab Ioue L | qui LPa || 4 esset LPb | uidet LPa iubet Pb | turbatum MPb urbato Pa || 6 ab hoc P | inductus Pb || 7 Admeti L || 10 illic L | tantum Pb || 11 ADMETO] DATVR ORDO SENECTAE L | enim om. Pa || 12 Alceste L alchiste MP || 13 Alcestes L alchiste MP | uxor Admeti L | cum . . . quam om. Pa || 14 ottulit Pb || 17 ergo hic LPa ergo M hic Pb | posuit admeto Pb || 19 Alcesten L alchistin MPa al. Pb || 20 CECIN. VOL. om. MP || 21 nostrorum Pb | moriturus Pa || 23 noluit corr. in nolunt M nolūt Pa | mortali LP || 24 phisice potius Pb || 25 et coronide Pb || 26 clapsaq; M

quae postquam frustra temptata rogamque parari
vidit et arsuros supremis ignibus artus,
tum uero gemitus — neque enim caelestia tingui
ora licet lacrimis — alto de corde petitos
5 edidit’.

369 (391) DECORA AEQVA IVGALES propter metrum
‘co’ syllaba breuis accipitur.

370 (392) DIVVM VTRVMQVE GENVS quia equi et
auriga diuino oriuntur ex semine.

10 376 (398) VRITVR calidum fit siue calore atteritur.

378 (400) VESTIGIA MILLE quia illud uidebatur geri,
quod adhuc non coeperat. familiare enim generosorum
equorum est inquietudine pedum anticipare cursum, quo-
rum multa stans mutat uestigia. Virgilius <georg. III 84>:

15 ‘stare loco nescit’.

382 (404) TYRRHENVM MVRMVR tubam significat, quam
Maleus, Tyrrenorum imperator, primus inuenit, a qua
opinionem nec Virgilius discrepat, cum dicit <Aen. VIII 526>:
‘Tyrrenusque tubae mugire per aethera clangor’.

20 386 (408) TARDIUS ASTRA CADVNT parabola per hyper-
bolen, quae tunc adhibetur, cum nec illa quidem, quae
comparantur, ad exprimendam similitudinem posse sufficere
scriptor affirmat.

391 (413) VIX INTER SESE ordo: uix sese internoscunt
25 clamore aut nomine. aut enim confundit clamore sonum
spectantium multitudo, aut frequenter increpitat, cuius
fauor aduenit. utrumque autem turbationem facit.

1 quae . . . gemitus] &c. deinde Pb | temptantur obūq;
MPa || 2 uidet M sensit L || 3 tunc L | tingi LPb || 4 lachrymas
P | petita M petitas Pb petras Pa || 6 AEQVA IVGALES] alias
decorique, ut L || 7 quo Pa que Pb qo *superscr.* co M ea L |
accipiatur L || 10 siue *om.* Pa | adterit^v M || 13 equorum *om.*
Pb | quorum M quia LP || 17 Meleus L malteus Pa | *cf. IV 224* |
aq M || 20 hyperbolem Pb || 21 adhibebatur Pb || 24 inter sese
noscuntur Pb || 25 aut¹] & L | sonu Pa || 27 fautor Pa | autem]
enim Pb

392 (414) EVOLVERE GLOBVM id est primam metam transierunt.

396 (418) REPECTIT dispergit, dissoluit.

397 (419) ALBENTES NIMBOS spumas aut sudores.

401 (423) OLENIIS Olenium Arcadiae oppidum, unde 5

Oleniam capram fuisse uolunt, Iouis nutricem. haec cum filiis suis inter sidera recepta est, cuius sidus imbriferum

Lind. p. 216 dicitur. unde Virgilius <Aen. IX 668 sq.>: | 'quantus ab occasu ueniens pluuiaribus haedis uerberat imber humum'. est enim signum hiemale Aquarium sequens. dicit igitur 10 uerberum crebritate assiduos imbres posse superari.

Lind. p. 217 408 (430) CIRCUMSPICIT OMNI id est: pro omni campo circumspicendo facit huc atque illuc circumcurrendo.

414 (436) CHROMIS ASPER Herculis filius. Hippodamus Oenomai filius. 15

415 (437) SED MOLE TENENTVR ut Virgilius <Aen. V 153 sq.>: 'melior remis, sed pondere pinus tarda tenet'.

417 (439) INCENDITVR AVRA id est equorum afflatu.

424 (446) LAXO CVM TANDEM AB ORBE id est ab exteriori gyro. 20

425 (447) AEQVOREVS SONIPES Arionem dicit aequoreum. ait enim supra <uu. 280 sq.>: 'Neptunus equo, si certa priorum fama, pater'.

429 (451) LABDACIDES patronymicum significat Polynicem, cuius auus Laius Labdaci filius fuit. 25

432 (454) DEUIA CAMPI antiptosis est: dum in directa tendunt, in deuia obliquant.

436 (458) MORTEMQVE MINANTVR Virgilius <Aen. V 230>: 'uitamque uolunt pro laude pacisci'.

1 Auoluere Pa || 3 REPETIT LMPb || 4 Albentis P *superscr.*
e M | spuma aut sudore Pb || 5 OLENIIS om. Pa | Olenus Achaiae
Dubnerus || 6 uolunt fuisse L || 10 enim M ergo LP || 11 uerbo-
rum Pa umbrarum Pb | crebritatem LP | superare L || 12 id est |
t Pa || 16 SED om. LP || 17 sed] sub L || 19 Lasso Pb || 21 Ario-
nem ... LABDACIDES om. P || 24 patronomicum MPa || 25 Labdaci
LM | fuit filius L || 26 in re(c)ta P || 28 Mortem M

437 (459) MVLTAEQVE TRANSVERSA multa currentes faciunt per transversa camporum.

439 (461) PHOLOEN ADMETVS ET IRIN equarum nomina sunt. supra enim <u. 311> sic dixit: 'uix steriles com-
5 pescit equas'.

441 (463) CYGNVM de colore candenti nomen accepit. quia igneus fuit.

443 (465) IGNEVS AETHION iucunde Graeco nomini expositionem adiecit, quia Aethion dicitur de colore, unde
10 et Hyperion, quamvis alii patronymicum accipiant. utri-
que tamen recte.

460 (482) RIGENTIA TENDVNT quia prenum axem re- Lind. p. 218
uocauit et continuit illorum cursum. rigentia autem
dixit conatu tensa.

15 461 (483) TENET AESTVS licet uentus inflaret, tamen
aestu cogente ire non poterant.

464 (486) SED THRACES EQVI dixerat enim supra
Chromin, Herculis filium, equis usum Diomedis Thracis, —
non illius, qui in Troiae excidio militauit, — qui humanis
20 carnibus uescebantur.

468 (490) VICTVSQVE ET COLLAVDATVS ABISSET quia
praeosuit humanitatem gloriae, ne cruentam uictoriam
sortiretur, et uictus est cum fauore.

483 (505) PER TERGA VOLVTVS habenarum nexum,

1 Multa M || 3 et qua Pa || 4 sunt om. L | dicit Pb || 6 acce-
pit corr. ex accipit M || 7 quia . . . fuit *quadrant ad ea, quae
secuntur* || 8 AECHION L achion M chion Pa ethion Pb | iucunde
Pb man. 2 M | nomine MP || 9 Aechion L achion M chion Pa
echion Pb | calore L || 10 herion corr. in cheperion M iophion
Pa hicperion Pb | alii om. P | Potermenii L potmenii M *Gud.*
pat^mmei Pa pt memi Pb patronymice *Dubnerus* | utrumque
LP man. 2 M || 12 rigentia . . . tensa *initio scholii praeb.* P | rig.
TEND. om. P | q Pb om. Pa | prenum] as ut in Pa . . . suum
Pb || 16 urgente L | poterat M || 17 EQVI . . . filium om. Pb ||
18 usum om. M *post Thracis praeb.* L || 19 illū MPa || 20 uesce-
bant^r M || 21 victorqve L | colaudatus MPa cum laudatus Pb |
abiisset Pb | que Pa || 22 unitatem Pa || 23 sociaretur Pa ||
24 nexu Pb om. Pa

qui diu uolutus per terga fuerat, liberauit, ne curru loris implicitus traheretur.

484 (506) MODERAMINE LIBER id est a rectore, qui excussus curru uolebatur in puluere.

485 (507) PVTRI TELLVRE definitio pulueris. 5

486 (508) TAENARI CVRRVS Amphiarai scilicet.

Lind. p. 219 siue | ab equis. sic Virgilius duces nauium non suis nominibus, sed intellegendos fecit dicendo <Aen. V 156 sq.>: 'et nunc Pristis habet, nunc uictam praeterit ingens Centaurus' Sergestum significare uolens et Mnestheum.

HEROS LEMNVS unum de geminis Hypsipyles dicit, quorum alter, Thoas, iam ruerat, dum Admetum praeterire festinat.

Lind. p. 220 491 (513) QVIS MORTIS THEBANE LOCVS apostropha cum ecphonesi id est cum exclamatione, quasi crudelitate 15 fortunae ad parricidium seruaretur.

505 (527) SAEVA MINATVR Amphiarao scilicet, qui hiatu terrae recipiendus erat.

506 (528) ARIONE CYGNVS equus Amphiarai.

507 (529) HINC VICE IVSTA id est: quomodo iustus 20 ordo dictabat.

512 (534) SEV MARTE SOLEBAT multa enim bella Hercules per exercitum gessit, ut contra Eurystheum, contra Oechaliam, contra Troiam — unde Virgilius <Aen. VIII 291>: 'Troiamque Oechaliamque' — nec non etiam in 25

1 quo inuolutus L quod inuolutus P | curruum Pb fortasse recte || 3 a om. L || 6 scilicet om. Pb || 8 suis om. Pa || 9 ante intellegendos nauium excidisse puto | intelligendos L(Pa) || 10 Pistris LMPb pystix Pa | abet Pa abit Pb | nec L ni Pa | uictum L || 12 de om. Pa | ipsiphile MPa hisiphile Pb | equorum P || 13 ruant Pb reuerat M | festinant P || 14 apostropha . . . ecphonesi] uerba poetae L || 15 hec foneus in M et foneu fin Pa et pheni cum finiendus Pb | id est om. Pb | credulitate M || 16 futura L funera MP corr. Vollmer. | an scribendumst futurum ad parricidium ? || 19 ARIONE . . . dictabat om. Pa || 20 id est om. L | iussus L || 23 gessit] ergo sit P || 24 Echaliā L euchaliā MP | unde om. Pb || 25 Troiam M | Echaliāque L euchaliāque MP | etiam et MPa et Pb | in africam Pb

Africa teste Sallustio <Iug. XVIII 3> qui ait: 'postquam Hercules in Africa, sicut putant, interiit, exercitus eius uariis gentibus permixtus est'.

514 (536) TERRIBILE declamatio e contrario propter
5 *emphasin*, quia aurum naturaliter delectare solet. ut ipse
alibi: 'armaque in auro tristia'.

515 (537) SAXA FACES pugna Centaurorum et Lapi-
tharum in cratere picta erat, qui in conuiuio efferati furore
nec poculis pepercerunt. unde Virgilius <georg. II 457>:
10 'et magno Hylaeum Lapithis cratere minantem'.

517 (539) ET TORTA MOLITVR hoc declamationis genus
etiam alibi poeta seruauit id est laudando Adrasti pateram,
qua dicit impressum fuisse Perseum Gorgonae caput tenen-
tem, et, ut morientis Gorgonae expressius describeret uul-
15 tum, ait <Theb. I 546 sq.>: 'illa graues oculos languentia-
que ora paene mouet uiuoque etiam pallescit in auro'.

519 (541) REPETITA iterum picta. unde Lucanus
<X 123 sq.>: 'cuius pars maxima succo cocta diu uirus non
uno duxit aeno'.

20 520 (542) PHRIXEI AEQVORIS Hellesponti, ubi Helle,
Phrivi soror, in mare cecidit. dicit ergo Leandrum in
chlamyde pictum fuisse natantem.

521 (543) TRANSLVCET bene translucet, quia a per-
fectis ita pinguntur natantes, ut inter undas eorum membra
25 perluceant. Leandri autem fabula est Ouidio referente
notissima.

525 (547) SESTIAS IN SPECVLIS id est Hero, cuius poeta

1 teste . . . putant *om.* Pb || 2 in Hispania *Sallustius, uide locum* || 4 e] a LPa *om.* Pb | per *emphasim* Pb || 5 aurum *om.* P | solet *om.* Pb | ipsi M || 6 tristitia Pa || 10 cratera M || 12 et L | laudando scilicet L || 13 expressum L inpressum Pa || 14 ut . . . describeret] ait ex Pa | morientis . . . describeret] ex Pb || 16 petentem pene L pene pene Pa | (*etiam om.*) impallescit Pb || 17 iterum . . . PHRIXEI *om.* Pa || 18 quorum *Lucanus* | succo LPb || 20 Hellespontiaci L | (*h*)elles LMP || 22 lactentem Pb || 23 bene translucet *om.* Pb | qui Pa | (*a om.*) perfectius P || 24 amantes Pb || 25 autem *om.* Pb || 27 cui Pb

ex loci uocabulo nomen adiecit. Sestos enim in Propontidis litore locus est, de quo Lucanus <VI 55>: 'con- iungere Seston Abydo'. MORITVR exstinguitur.

CONSCIVS IGNIS lumen amoris, quod Hero solabatur lucendo[, uel quod tenebat ipsa in turri].

527 (549) AT GENERVM secutus Virgilium perditorum praemia poeta seruauit. ad consolandum enim generum Polynicen ei Adrastus famulam dedit, sicut ille Sergesto seruam. ut <Aen. V 284> 'olli serua datur'.

Lind. p. 221

528 (550) SOLLICITAT transacto curuli certamine. eos 10 poeta describit, quibus cursu certandum est.

529 (551) ET TENVISSIMA VIRTVS definitio, quid sit cursus. id est pars non satis admiranda uirtutis. et cum plenissime rem, quam coeperat, definiret, adiecit pacis opus. sunt etiam sacra, quae cursu celebrantur. et ut 15 agones declararet poeta non satis esse uirtuti, adiecit nec inutile bellis id est necessarium fugae, si uincere non cedatur.

532 (554) VMBRATVS TEMPORA RAMIS id est umbrata habens tempora ciuica corona. sicut Virgilius <Aen. VI 772>: 20 'atque umbrata tegens ciuili tempora quercu'.

534 (556) SICYONIVS ALCON Virgilius <georg. II 519>: 'teritur Sicyonia baca trapetis'.

535 (557) IN ISTHMIACA id est in agone, qui Isthmia uocatur, in honorem Leucothaeae et Palaemonis apud 25 Corinthum consecratus.

1 Seston L sesto Pa sexto Pb | enim om. L | Propontide LMP || 2 litore LPb | adiungere Lucanus || 4 post lucendo iter. MORITVR Pa || 5 uel . . . turri om. MP || 6 GENER L || 7 poeta premia Pb || 8 ei om. MPa | sic Pa sic sic Pb | segresta M || 9 illi corr. ex ille M || 13 pars . . . uirtutis om. Pa | non] modo Pb | est uirtus Pb | et om. Pb || 16 declar& Pb || 17 id om. Pa | aduenit uel necessarium Pb | fugae necessarium L | cum L si ei Pb || 18 datur LPb cidatur Pa cedatur add. man. 2 c̄ M || 19 RAMIS om. Pb || 21 gerens L tegens MPb regens Pa gerunt Vergilius || 24 id est om. Pb | istmiaca Pa in isthmia M in histimia Pb || 25 Leucothoae L

541 (563) QVIS MAENALIAE Atalantes confudit historiam. hanc enim Atalanten, Hippomenis uxorem, diximus filiam Schoenei fuisse, illam autem, quae cum procis cursu contendit, Oenomai filiam, uxorem Pelopis. sed parem 5 historiam posuit Virgilius. ille enim ait <georg. IV 15>: 'et manibus Procne pectus signata cruentis', cum hoc constet Philomelam fecisse. sed mutauit historiam.

548 (570) DIFFIBVLAT noue dixit.

550 (572) LAETITIA id est pulchritudo seu uenustas.

10 551 (573) DETERIORA GENIS uestitus pulcher uidebatur, sed pulchrior factus est nudus. latuit uultus comparatione membrorum. nudato enim corpore membrorum pulchritudo uenustatem uultus obnubit.

553 (575) PALLADIOS id est oleum.

15 561 (583) SEGNIOR deterior.

Lind. p. 323

562 (584) IUXTA aut talis aut iuxta.

563 (585) INDVXERE PALAESTRAE rem naturalem expressit. cito enim genae barbae lanugine uestiuntur ex calore palaestrae et exercitatio ipsa urget corpora.

20 564 (586) DESERPITQVE GENIS incipit a coma discedere.

1 Qui Pa om. L | Atalantae L atalantis M al'chabantis Pa atlantis Pb | confundit L | cf. schol. VII 267 || 2 Atalantem LMPa atlantem Pb || 3 Siconei L sichonei MPa sitonei Pb | qui L || 4 uxorem pelopis hippomenis M om. P || 5 posuit secutus MP || 6 Progne LMP || 7 philomenam MPb | post historiam Pb praeb. haec: nomen adiecit. fabula talis est. leander et hero abideus et sestius fuerunt inuicem se amantes sed leander et hero natu uenerunt consueuerant per fretum hellesponticum quod seston et abidon ciuitates interfluit de quo et h' dicit. cum ergo iuuenis oppsi tempestate ad puellam delatum cadauer fuisset illa se precipitauit turri. cf. schol. 525 et myth. II 218. Pa praebet initium schol. 525: Sextias . . . adiecit, deinde partem huius scholii posteriorem: cum ergo . . . e turre || 8 dissibilat Pb | dixit: proiecit a se L | post schol. 548 schol. 553 praeb. LMP || 9 siue Pb || 10 genus MP | pulchre M pulcer Pa pulchrer Pb || 11 pulcrier Pa | nudus om. Pb || 12 membrorum comparatione L | pulchritudo Pa || 13 obnubilat L || 14 Pallidios M(P) || 16 aut¹ . . . iuxta] non longe L || 18 et ex LMP || 19 exercitacione ipsa aggrauantur L ipsa exercitatio augurii & Pb | auget? || 20 comis MP GENIS L | coma MP genis L

sive deserpit: 'de' abundat. haec enim praepositio aut addit aut minuit aut mutat. FATETVR id est non apparet. quasi sub intonsa coma lateat genarum lanugo

565 (587) CITATOS ueloces.

567 (589) DOCTO non fortuito, sed per artem meditato. 5

570 (592) BREUEMQUE FVGAM breui fuga fiduciam uelocitatis explorant. NECOPINO FINE quia incerta meta est, immo nulla, cum crebro saltu excurritur. incertus enim modus currendi est, cum unusquisque saltus habita uoluntate praeludit. id est currebant cito redeuntes, quod 10 solent cursui se praeparantes facere. ut ipse de equis superius <378sq.> ait: 'pereunt uestigia mille ante fugam'.

574 (596) CYDONVM Cretensium.

578 (600) SIVE PVTANT ad maturitatem cernorum rettulit. 15

579 (601) CONGREGAT sic Virgilius <georg. III 369>: 'confertoque agmine cerui'.

Lind. p. 223

581 (603) MAENALIVS Parthenopaeus Arcas, quia Maenalis mons Arcadiae est. ut ipse inferius <585sq.>: 'a uertice crinis Arcados' id est Parthenopaei. 20

[588 (610) NEQVIQVAM quia moriturus.

589 (611) LIBER NEXV id est crinis, quia solutus est. crinis: subaudi Parthenopaei.]

596 (618) ARMA FREMVNT id est minantur.

600 (622) OCYLOSQUE MADENTES id est lacrimis plenos. 25

1 sine de Pa suam Pb | habundat M habunt Pa | hoc . . proposito Pb || 2 non om. Pb || 3 sub uiciosa coma Pb || 7 explorat LP | qua L || 8 nulla est Pb | excurrunt Pe || 9 est currendi L | habitus Pb a linea *Dubnerus* || 10 uoluntate om. Pa | praeludunt LP | cito redeuntes currebant L || 11 efficere MP | ut] ait M || 12 pereant M | nulla M || 13 Cidonum uero P || 14 PVTANT om. L | puritatem L || 15 rettulit MPa || 16 sicut Pb || 17 conferto MP || 18 Menelaus Pb | Parth. . . . Maen. om. Pb || 19 est Arcadiae L || 20 a . . . Arcados] crinis et arce (archa Pb) id est dici ipsius P (om. id est dici) M || 21 schol. 588 et 589 om. MP | NEQVICQVAM L || 25 schol. 600—632 om. Pa | id est om. M

ut Virgilius <Aen. V 343>: 'tutatur fauor Euryalum lacrimaeque decorae'.

603 (625) MERITAMQVE COMAM id est male sibi meritam, quae causam mortis exceptit. retentione enim sui
5 crinis Parthenopaei tardata uictoria est.

610 (632) TEGEAEVS Arcadius.

Lind. p. 224

611 (633) POTENS NEMORVM Dianam potentem nemorum dicit.

612 (634) INVRIA VOTO quia crinem tibi seruabam
10 consecratum intonsum.

617 (639) EXILIS PLANTIS INTERVENIT AER id est paene uolat et inter plantas ipsius et terram aer medius calcabatur.

618 (640) NON FRACTO hoc est non depresso.
15 PENDENT id est non signant uestigiis terram.

620 (642) SVSPIRIA PALMA id est anhelum laborem uictrici consolatus est palma.

622 (644) IMPROBVS IDAS propter fraudem retenti crinis.

20 626 (648) PTERELAS discum attulit, ad quem certarent. non tamen unus ex certantibus fuit.

628 (650) EXPENDVNT existimant.

629 (651) TVRBA RVVNT festinant.

632 (653) CAVEA STIMVLANTE id est hortantibus sociis,
25 qui prope ipsum spectabant.

634 (656) ORBEM discum.

636 (658) HVNC RAPITE raptim mittite. CUI NON
IACVLABILE interrogatiue cum despectu.

637 (659) NVLLO CONAMINE facile et sine labore.

30 639 (661) VIX VNVS ordo: uix promiserere manus. et

1 lacrimarūq, M || 5 crinis sui LPb | est uictoria L ||
6 Archadic' M archadeus Pb || 10 consecratā intonsā M || 11 Exilis in M || 12 et om. Pb | palamtam Pb || 14 (om. non) indrepresso Pb || 15 significat Pb || 18 retenti criminis M centi cippum Pb || 20 adtulit LM || 22 Et pendunt M | aestimant Kohlm. || 23 Turparunt Pb || 24 id est om. L || 27 nvnc L || 30 ordo est Pb | promiserere L prouisere Pb

notandum, quare 'unum' dixerit, cum alterius etiam nomen adiecisset. sed hoc secutus Virgilium fecit. ille enim ait <Aen. IX 544 sq.>: 'uix unus Helenor et Lycus elapsi'.

640 (662) MAGNI TENVERE PARENTES ne parentum suorum uiderentur minuisse uirtutem. 5

Lat. p. 225

644 (666) LVCE MALA PANGAEA FERIT terribilis splendoris ictu ferit. Pangaea mons est Thraciae. unde Lucanus <I 679 sq.>: 'uideo Pangaea ninosis cana iugis'.

645 (667) MVGIT clipeus scilicet.

647 (669) IN SE OCULOS populi uidelicet. 10

649 (671) ASPERAT ne, dum iaceret, laberetur.

VERSAT considerat. circumuersabat enim Phlegyas discum, ut celligeret, quam partem lateris eius haberet in digitos, quam brachio retentans alae subderet.

653 (675) SACRA id est agonem Iouis Olympici, qui 15 circa Alpheum fluuium Pisarum celebratur. cuius ripas solitus erat Phlegyas disco transire. secundum Alpheum autem Olympicum exerceri certamen etiam Virgilio teste cognouimus. ait enim <georg. III 19 sq.>: 'cuncta mihi Alpheum linquens lucosque Molorchi cursibus et crudo 20 decernet Graecia caestu'.

657 (679) SED CAELO DEXTRAM Phlegyas discum iaculatus est modo ostentationis gratia, non causa certaminis, et in altum uoluit potius quam in latitudinem iaculari.

658 (680) COLLECTO SANGVINE collecta uirtute. 25

660 (682) SIMILISQVE CADENTI ad uisum rettulit.

1 quasi Pb q̄ Pa | unus Pb | dixit LPb | alteri Pb || 2 adiecit L || 3 Helenus Pb || 4 nec Pa || 5 ipsorum Pb || 6 FERIT om. Pb | terribili splendore percutit Lm || 10 scilicet Pb || 11 ASPERAT asperum facit ne L || 12 enim om. Pa || 13 laboris Pb | digitis L || 14 brachia P | retentas M recentant Pa | sideret Pb || 16 pisa Pa | celebrabitur superscr. a M || 17 transire Pb transicere ? | autem Alpheum L || 18 autem om. MPb | olimpiacum M | exercet Pa | etiam om. L euā Pa euan Pb || 20 cursibus . . . caestu om. L c. e. c. d. g. c. M ee. ed. g. c. Pa et eius Pb || 22 CAELVM METITVE DEXTRA L | dextra P | iaculatus est discum tantummodo L || 24 in om. LPa | latum L | altitudinem LPb || 25 uarietate Pa

661 (683) CRESCIT IN ADVERSUM id est in altitudinem, quae ascendenti aduersa est disco, quia necesse est, ut omnes ascendentes res altitudinis nimietate lentescant.

EXHAUSTVS AB ALTO id est consumpto impetu, quo missus fuerat.

662 (684) IMMERGITVR ARVIS de grauitate casus altitudinis | mensura monstratur.

Lat. p. 226

664 (686) SOLIS OPACA SOROR sic sibi insana hominum et stulta persuasio uindicat, quod carminibus caelo luna eripiatur. quam opinionem Virgilius secutus ait <ecl. VIII 69>: 'carmina uel caelo possunt deducere lunam' et alibi <georg. III 391 sq.> significat eam inductam esse uelleribus dicendo: 'munere sic niueo lanae, si credere dignum est, Pan deus Arcadiae captam te, Luna, fefellit', si credi fas est de tanti numinis maiestate ad amorem Endymionis descendisse, quod lex sphaerae et cursus astrorum motusque non patitur.

PROCVL AVXILIANTIA ad opinionem hominum rettulit, quod arbitrentur auxiliari lunae deficienti, si aera percutiant.

667 (689) MOLLE TVENTI despicienti, contemnti. id est: quasi cum facile esset Phlegyam iactu superare.

668 (690) MAIORQVE MANVS SPERATVR IN AEQVO id est maiore uirtute opus esse in longitudinem quam in altitudinem iaculatio.

669 (691) ATQVE ILLI EXTEMPLO ordo: atque illi subito uenit Fortuna, cui dulce est fiduciam immodicae uirtutis auferre.

2 ascendenti . . . nimietate *om.* Pa | aduerso (*om.* est) M || 3 res ascendentes LPb || 4 sumpto Pb || 6 Immergitur M || 8 sibi igitur Pb | insania P || 9 lunam caelo L || 10 eripiant L eripiat Pa | executus Virg. L || 11 carminib. *corr. in* carmina M | possit Pb || 12 significauit Pb || 15 maiestatem Pb || 16 dindimionis Pa dindimoris *superscr.* † dindimionis M | Endymionis . . . opinionem *om.* Pb || 17 motusque astrorum L || 18 q *superscr.* i M | arbitrantur Pa opinantur Pb arbitrentur *superscr.* a M || 19 deficienti lunae auxiliari L || 20 contemnere P || 21 Phlegya LMPa flegra Pb | uictu M || 23 quam in altitudinem *om.* Pa || 25 ordo atque illi] id est LPa || 26 fortuna uenit L | immodice M

670 (692) FORTVNA VENIT nunc aduersa intellegendum.

672 (694) ET IAM LATVS OMNE REDIBAT iaculantem descripsit. mos enim est disco certantibus, ut nisi flexo toto corpore nequeant iaculari.

675 (697) RARISQVE EA VISA VOLVPTAS pauci ceperunt 5 de elusi casibus uoluptatem, quod discum Phlegyas muliebriter laudatus amiserat. sed quoniam in rebus quoque seriis risus emittitur, ideo paucos exstitisse dicit, quibus Phlegyae casus laetitiam suscitaret.

676 (698) TIMIDA ARTE *ὀπαλλογή* pro 'ipse timidus'. 10

678 (700) CASTIGAT PVLVERE LAPSVS corrigit, hoc est aspersione pulueris, ne ei laberetur, efficit.

681 (703) ET FIXA SIGNATVR quousque discus Menesthei uirtute fuerat missus. moris enim fuerat, ut locus cadentis disci fixa signaretur sagitta. 15

Lind. p. 227

684 (706) ET | FORTVNA MENESTHEI id est timor alterius uel imitatio fortunati.

685 (707) DEXTRAE GESTAMEN hoc est: quod consueuerat etiam aliis certaminibus iaculari.

688 (710) PER INANIA SALTV ut iactum uigor corporis 20 adiuuaret.

689 (711) SERVATQVE TENOREM manus, a qua fuerat missus.

690 (712) MENESTHEA VICTVM solet enim hoc certamine de uictoria dubitari. 25

692 (714) HVMEROS extremos colles, qui spatium theatri cingebant. ET OPACA THEATRI theatrum dicit

1 intelligendum LPa || 2 ET IAM om. MP || 3 describit LP | moris est enim LPb mons enim Pa | ntantibus corr. in ctantibus (= certantibus) corr. in iaētantibus (= iactantibus) M || 4 corpore toto corpore M || 5 EA om. Pb | pauci] patirrisu M

patirrisu sit Pa || 6 q̄ M | dictum MP | Phlegeas L flegeos M phliges Pa phlegros Pb || 7 seu L || 10 ARTE om. LPa || 11 corrigitur L || 12 ei] & M | elaberetur L | efficit LP || 13 ET om. L | mnestei MP || 17 mutatio Pb || 18 dextre add. e M | consueuerat Pa || 19 aliis om. Pa | tēptaminibus Pa || 22 a om. L || 23 post missus praeb. L: TENOREM. iaculū || 26 umeros M || 27 ET om. MP

utrimque deductum uallium prona et supina ascensu clementi arduo lenitatem opaca autem culmina, quia siluae summis montibus imminebant.

694 (716) POLYPHEMVS Homerum secutus est, qui dicit Cyclopem iecisse saxum in Vlyxis nauem, quia impediēte caecitate eam tenere non poterat.

696 (718) EXECIT transmisit.

697 (722) VICTORI TIGRIN simili modo etiam in primo libro <483 sq.> de pelle dixit: 'tergo uidet huius inanem impexis utrimque iubis horrere leonem'. et notandum, quia metri necessitate tigrin accusatiuum Graecum posuit pro 'tigrem'.

699 (724) MANSVEVERAT VNGVES praecisa summitate unguium extremitas, quae nocere poterat, fuerat auro uestiente mollita.

702 (727) AVXILIVMQVE PELASGI regis Graecorum. quia gladius hic ualidus et aureus fuit.

705 (730) ET FERRO PROXIMA VIRTVS quia et caestu homines occiduntur.

708 (733) NON MOLLIOR IPSE aequae durissimus, cuius cutis hominis erat durata in boum pelles.

712 (737) NEC MEA CRVDELIS subaudimus 'esset'. minatur enim se illum occisurum, qui contra steterit, et ideo, ut ueniret hostis, optabat.

714 (739) NVDA DE PLEBE LACONVM siue a more Lind. p. 228 ceromatis ad certamina praeparata uel forti.

1 deductum utrimque L(P) | utrisque Pa utrinque Pb | ascensus MP ascensu L | clementi superscr. t dem̄ti M om. L || 2 at Pa || 3 que Pa | imminebant Pa || 4 est om. MP | Od. IX 481 || 5 saxum om. LMP seruaui Pc | Vlyssis L | scribendum uidetur AVDTAE quia imp. caec. eam cernere n. p. | impediēte M || 6 potuit Pb || 8 tirin MPa tigrim Pb | etiam] est Pb || 10 impexis M || 11 quod LPb | metri causa Pb || 17 huic LP | et arcus M om. Pb || 18 et om. Pa | aestu P || 20 IPSE om. MP || 21 imbouum pelle Pb || 22 esse Pa || 23 enim] nō (= uero?) Pa | et om. L || 24 ut om. LMPb | uenire LPb uenerit MPa | hostes L hospitas superscr. hostis M || 26 fortia L

716 (741) SED SOCI FRETVM id est Lacones.
 POLLVCE MAGISTRO deus enim Pollux hoc exercitio, dum
 inter mortales esset, delectabatur. et hunc Alcidas
 induit.

719 (744) MATERIAE SVADEBAT AMOR ut doceret, quod 5
 delectabatur.

721 (746) NVDVMQVE AD PECTORA PRESSIT id est
 complexus est fouendo. poeta morem ceromatis exsecutus
 est describendo. nudum hic alii fortem intellegunt.

722 (747) RIDETQVE VOCANTEM prouocantem. 10

724 (749) LANGVIDA COLLA TVMESCUNT quae languida
 habebat. quoniam dedignabatur certamen.

726 (751) ORA RECESSV 'habent' subaudimus 'manibus
 implicatis'.

731 (756) PAVLO ANTE PVER Alcidas adulescens, 15
 qui aetatem corporis mole uincebat. id est: cuius uirtus
 aetatem uirilem praecesserat.

732 (757) TENER IMPETVS ANNOS id est: magna in eo
 ex impetu aetatis tenerae uirtutis futurae indoles cerne- 20
 batur.

733 (758) QVEM VINCI aliquem ipsorum. populus
 enim iunioribus solet fauere. ordo ergo talis est: neque
 quisquam malit aliquem uinci aut tingui saeuo sanguine.

734 (759) ERECTO VOTO suspensio fauore propter in- 25
 certum uictoriae exitum.

Lind. p. 229 735 (760) ET VTERQVE PRIOREM id est: utrique spera-
 bant, quod ab alterius manu certamen inciperet. unde

1 Set Pa om. L || 2 POLLVCE . . . induit in LMP post schol. 719
 secuntur || 3 Alcida LMP || 5 MATERIEM L Materia M | suadebat
 corr. ex debet M | doceret om. Pa | q corr. in quo M || 7 AD . . .
 PRESSIT om. MP | id est om. Pb || 8 (est om.) effouendo Pa || 9 in-
 telligi uolunt LP || 10 schol. 722 om. Pb || 11 LANGVIDA . . . habebat
 om. Pb | TVMESCUNT om. MPa | qui L || 12 quando P || 15 ad-
 olescens LMP || 16 etatis Pb || 18 TENER . . . tenerae om. Pb |
 magna meū corr. in magnanimū M | in eū Pa || 22 est talis Pb ||
 23 uinci om. P | tingi LPb | saeuo] seu Pa sub Pb || 26 ET om.
 MP | utrūque Pa | uterque sperabat Pb || 27 manus MPa

Lucanus <VII 462, 464>: 'inde manum spectant: tempus quo noscere possint, facturi, quae monstra forent'.

739 (764) HEBETANTQVE TERENDO uanis ictibus caestuum acumen obtundunt. [EXPLORANT considerant fortitudinem caestuum.]

740 (765) DOCTOR HIC Alcidas. DIFFERT ANIMVM spiritum seruat.

741 (766) VIRES DISPENSAT id est paulatim erogat.

AT ILLE NOCENDI Capaneus in aduersarii nee profusior.

743 (768) SINE LEGE sine artis lege. artis ipsius lex est, ut una manus reuersa alteram feriat. consumpsit ergo ambarum manuum ictum et perdidit.

744 (769) PROVIDVS ASTV sagacitate.

745 (770) HOS REICIT ICTVS refundit, eludit, euitat.

746 (771) INTERDVM NVTV CAPITISQVE CITATI ueloci capitis motu.

748 (773) INSTAT GRESSV ut caueret ictus certaminis, anteibat pede, facie recedebat. quod ipse ait supra <u. 726>: 'tuto procul ora recessu'.

749 (774) INIVSTIS non aequis, quia Capaneus erat fortior. ergo frequenter quamuis eum pateretur, tamen aliquando commotus attemptat.

750 (775) EXPERIENTIA ars experimento collecta.

753 (778) FRACTA diuisa.

759 (784) NESCIT quia ictum furore non senserat.

761 (786) ET SVMMO MACVLAS IN VELLERE VIDIT quia Lind. p. 230 laneos pentadactylos habent sub caestibus, qui eminent

2 possunt Pb possent *Luc.* | facturimq; corr. in fatorum quae M | monstri P | fuera(n)t P ferant LM || 3 cestiū MPa cestuq; Pb || 4 EXPLORANT . . . caestuum om. MP || 6 HIC DIFFERT ANIMVM L | animā superscr. ū M || 8 id est om. L || 9 profusior nece Pb || 11 artis² om. Pb || 14 ACTV L || 15 HOS om. MP | effundit MP | e(t)ludis P || 16 INT. om. MP | CAP. CIT. om. MP | uelocis LMP || 22 eum] enim LPa ei Pb | tamen om. Pa || 23 adte(m)ptat MPa || 26 non om. M || 27 ET om. L | MAC. . . . VIDIT om. MP || 28 pentodactylos LP pentodactil M

supra braccia. alii autem uolunt poetam de barba dixisse.

764 (789) PRAECIPITATQVE RETRO uerso gradu cogit aufugere.

766 (791) RAPIVNT CONAMINA VENTI excipiunt siue frustrantur. id est in uacuum minarum eius impetus perierunt.

768 (793) MORTES quasi singuli ictus Capanei singulas mortes afferrent.

770 (795) ADVERSVS FVGIT ita Alcidas aduersus 10 cedebat furori, ut nunquam fugiens uideretur. graue enim uiro forti crimen est terga dedisse certamini.

Lind. p. 231

775 (800) DE PVPE a gubernatore. nam pertica est quaedam in naui, quam hortator remigum tenet. quam si incusserit, remiges non desinunt; si deposuerit, quiescunt 15 a labore. hanc Plautus casteriam nominauit in *Asinaria* <u. 513>: 'quin pol si reposui remum, sola ego in casteria'.

776 (801) IAM VOX CITAT ALTERA REMOS quia primo signo cessatum fuerat a labore, uox sequens denuo remiges 20 excitauit.

777 (802) ECCE ITERVM postquam paululum quieuerunt, rursus ineunt pugnam. IMMODOICE uolenter, quasi qui excesserit modum. uenientem Capaneum eludit Alcidas.

EXIT euitat, declinat.

25

778 (803) EFFVNDITVR ILLE Capaneus.

779 (804) ALIO PVER IMPROBVS ICTV Alcidas. improbus magnus. alio ictu, quia iam illum supra percusserat.

1 brachia LMP | de parbara M || 5 con. v. om. MP || 8 Mortesque Pa || 9 afferrent M || 10 AVERSUS LPa | alcidama M alcidana Pa | auersus LPa || 14 quedam ē Pb || 15 desint *superscr.* u M || 16 casteriam Plautus L | casterinam MPa | asirinā M || 17 quando pol P || 19 IAM om. MP | CIET L || 22 paulum LPb || 23 incunt *corr. in* inciunt M | Inmodice MPa inmodicam Pb || 24 excusserit M | elidit L || 25 deuitat Pb || 27 IMPR. ICTV om. MP || 28 supra illum L

780 (805) IMPALLVIT IPSE SECVNDO etiam ipse est felici euentu perterritus, ne post secundum uulnus iratum Capaneum ferre non posset.

784 (809) ITE ORO SOCII separatim et suspense legenda sunt. quae locutio conuenit attonitis et iratis. attonitis, ut hoc loco, et Virgilius <Aen. II 733>: 'fuge, nate, propinquant'.

793 (818) RAMVM palmam. THORACA qui erat palmae praemium.

794 (819) LICEAT exclamatio irascentis indignatione permixta.

798 (823) ET VICISSE NEGANTEM ne ab intentione occidendi Alcidamam tardaretur, negat se uicisse Capaneus.

802 (827) ANGVNT stimulant.

804 (829) LABORES artis peritiam.

805 (830) VNCTA PALES palaestrae studium. bene addidit uncta ad discretionem pastoralium certaminum et luctationum naturalium. Virgilius <georg. II 531> de pale rusticorum: 'corporaque agresti nudant praedura palaestra', alibi <Aen. III 281 sq.> de artis palaestra: 'exercent patrias oleo labente palaestras nudati socii'.

808 (833) FELICESQVE DEO quia semper uictor exstitit. deo monstrante: Mercurio intellegimus. ipse enim deus huius artis inuentor est. ut Horatius <carm. I 10, 3 sq.>: 'et decorae more palaestrae'. felices palaestras peritas

1 Impalluit M || 4 schol. 784 om. M | ORO SOCII om. P || 5 adtonitis Pa || 6 et om. Pb | Euge L | nate fuge P || 8 que Pb || 10 ad indignationem Pb || 12 ET VICISSE om. MP || 13 Alcidamanta L | tanta daretur P | negat . . . LABORES om. Pb || 15 LABORIS LM || 16 PALES om. Pa || 17 addidit om. MPb || 18 luctationem LPa luctationes M luctantium Pb | naturalem L naturales M naturalis Pa naturalium Pb | de palaestra LPb || 20 de aeris palestras Pb de areis Pa om. L || 21 exercent . . . labente om. P | palaestras om. Pb | sociis P || 22 uictor semper L || 23 Mercurium L | intelligimus LMPb intelligamus Pa || 24 deus om. LP | fuit L | ut om. LPb || 25 perita Pa corr. in perite M om. L

dixit, ut Virgilius <Aen. IX 772 sq.>: 'quo non felicior alter unguere tela manu' id est peritior.

Lind. p. 232

811 (836) PATRIVMQUE | SVEM Calydonii apri pellem.
LEVAT spoliat.

812 (837) MEMBRA CLEONAEAE Cleonae ciuitas Corintho 5
uicina.

813 (838) NEC MOLE MINOR magnitudine corporis non
inferior.

814 (839) EXIT proceritate corporis humanam formam
uidebatur excedere. 10

815 (840) SED NON ILLE RIGOR Herculis scilicet.

816 (841) EFFVSAQVE MEMBRA plana, non torosa.

SANGVINE LAXO cutem enim fluentem mollior sanguis
efficit.

817 (842) INDE HAEC AVDAX FIDVNCIA quia proceritati 15
Agyllei nullum animi neque membrorum inerat robur.

820 (845) DIFFICILES duri, asperi.

824 (849) TVM MADIDOS infusos oleo, non sudore.

826 (851) VARA inflexa paululum crura seu foris ex-
tensa. ut Horatius <sat. I 3, 47>: 'hunc uarum distortis 20
cruribus'. quos uulgo uascos uocant. DEDVCIT IN
AEQVVM deflectit, ut sibi aequet. ASTV per artis
fiduciam.

828 (853) SVMMISSVS TERGO inclinans dorsum suum,
ut se Tydeus inflecteret. 25

830 (855) VRGENTES prementes.

832 (857) REDITVRA SVB AVRAS si uentorum flatus
admitterent.

1 ut om. Pa || 2 stringere L || 3 calidoni MP || 5 MEMBRA om.
MP | Cleoneus MP | eleona Pb || 7 non om. M || 9 EXIT] ex LPa |
fortunam L || 13 sanguis mollior Pb || 14 efficit LPb || 15 audax
hec M | proceritate M || 16 animi neque] aīeq3 Pa animę Pb |
membrorumq3 et erat Pb || 18 TVM om. MP | infuso sole MP ||
19 paululum flexa L || 22 AEQVAM L eqū/// M | deflectit ut s. c.
q. i. Pb | uastus M | per artis M sperantis LPa asperantis Pb ||
24 terga Pb || 25 nō flecteret Pa || 26 urgentes Pa || 28 amit-
teret P

835 (860) FRONTEMQVE HVMEROSQVE LATVSQVE poly-
syndeta sunt.

847 (872) CASTIGATA composita seu potius maculis *Lind. p. 233*
asperata. NON INTEGER ILLE Agylleus. et subaudiend-
5 dum 'uiribus non integer'.

848 (873) EFFETVS uiribus fatigatus.

849 (874) HARENAS quas in eum Tydeus ingesserat.

852 (877) NON VALVERE POTIRI id est: neuter ualuit
incepta perficere.

10 855 (880) CONDIDIT celauit, quia sub ingenti Agyllei
corpore exiguitas Tydei celata est.

857 (882) SVSPENSVS AGER definitio est speluncae.
siue ad naturam terrae rettulit, quae dicitur in medio
aere suspensa, siue quod intrinsecus uacuant terrae uenas,
15 qui metallum aliquod quaerunt.

860 (885) INDIGNANTEM ANIMAM dicunt philosophi in-
dignari animas, quia inuitae de hac luce discedant. unde
Virgilius <Aen. XI 831>: 'uitaque cum gemitu fugit in-
dignata sub umbras'. PROPRIIS NON REDDIDIT ASTRIS
20 ingens expositio est, quomodo uel quare animae ad astra
redeant, postquam exutae fuerint nefando corpusculo. et
non solum bene meritorum, sed etiam sontium illuc ferun-
tur, ut aut pro uitae pretio optima mercede lucis aeternae
donentur aut pro male commissis ab ipsis astris stellisque
25 puniantur atque consumantur, non quidem ut pereant, sed
ut affligantur. et ideo ab his puniuntur secundum Pytha-
goram, qui ait animas bonorum uirorum in stellas posse
reuerti. Virgilius <georg. IV 225 sqq.>:

1 FRONTEMQVE HVMEROSQVE *om. Pa* | LATVSQVE *om. LPa* | poli-
sintecta *corr. ex polisiniecta M* poly sy nt hetas (*om. sunt*)
Pa polisintentō (*om. sunt*) *Pb* || 3 potius *om. Pb* | musculis *Pb*
misculis *Pa* || 5 non] ut *Pa* | integris *L* || 6 effectus *P* || 7 Tydeus
in eum *L(Pb)* || 8 nec *Pb* | eualuere *Statius* | POTIRI *om. MP* |
neutri *Pb* || 11 est caelata *L* || 12 est *om. L* || 13 in *om. superscr.*
M || 14 que *M* || 15 aliquod *om. Pb* || 16 indignare *superscr. i M* ||
17 quod *LP* | ut *L* || 19 umbram *Pa* || 20 quomodo *om. Pa* ||
21 fuerunt *Pa* | et] ut *L* || 22 ferantur *L* || 23 aeternae lucis
LP || 26 ut *om. L* | ip̄is *Pa* || 27 uirorum *om. Pb*

'scilicet huc reddi deinde ac resoluta referri omnia, nec morti esse locum, sed uina uolare sideris in numerum atque sed succedere caelo'.

Lucanus in nono <8 sq.>:

'innocuos uita patientes aetheris imi
fecit et aeternos animam collegit in orbes' 5

Lind. p. 284 861 (886) ANIMISQVE ET PECTORE SVPRA EST licet
infra sit corpore.

862 (887) CVM VINCLIS ONERIQVE illius scilicet, qui
eum brachiiis alligarat. ELAPSVS INIQVO subductus 10
graui ponderi. iniquum enim graue dicimus. Virgilius
<georg. I 164>: 'et iniquo pondere ratri'.

864 (889) ET FIRMO ordo: mox latus firmo nexu im-
plicat genua premens ad ilia.

867 (892) IMPROBVS magnus, quia, cum esset parua 15
statura, magni ponderis alte sustulerat uirum. siue quod
se maiorem nexibus implicasset.

869 (894) TERRIGENAM SVDSASSE LIBYN Antaeum dicit,
quem Hercules apud Simithu, Africae ciuitatem, palaestrico
certamine superauit, quem cum nequiret elidere, medium 20
corripuens bracciorum suorum nexu confregit, quia Terrae
beneficio fortior cadendo surgebat.

881 (906) QVOD SI NON SANGVINIS HVIVS si non ex-
haustus fuisset uiribus in Thebano campo, in quo quin-
quaginta insidiantes uno relicto superstite occidit. 25

883 (908) THEBARVM ἐπεξήγησις. quod hae plagae
Thebana foedera.

1 scilicet om. Pb | hac MP || 5 imi] summi Pb || 6 et om. P
add. M || 7 schol. 861 om. Pb | ANIMISQVE om. MP || 9 CVM ...
eum om. Pb | ONERIQVE om. MP || 10 et brachiiis Pb | alligauerat
LPa || 11 enim] nō Pa || 12 et] sub Pb || 13 ET om. Pb | implicat
M || 15 Inprobos Pa || 16 magna M || 17 implicasset M || 18 LIBYN
om. MP || 19 Sumentum L sūmittū MPa summitum Pb || 20 cum
om. Pa || 21 nexū M || 23 Quid Statius || 26 Exegesis L efexegisis
M effixigestus ēgs sis Pa effegesi Pb | quod si L qd's MPa
qui deus Pb

884 (909) HAEC SIMVL subaudiendum 'cum diceret'.

PRAEMIA LAVDVM DAT SOCIIS uirtutis insignia.

885 (910) NEGLECTVS THORAX uetus.

887 (912) INSTRVCTI ARMIS modo sagittariorum uult Lind. p. 235

5 monstrare certamina id est iactum uelocium sagittarum.
sed iaculatores non exhiberi permisit. commemorationem
istius spectaculi dixit, sed ipsam non exhibuit uoluptatem.

EPIDAVRIVS Epidaurus ciuitas est Peloponnensis equis
nobilis. ut ipse in catalogo <IV 123>: 'qui rura domant
10 Epidauria'.

891 (916) SANGVINIS ADVERSI hostilis uel Thebani.

892 (917) CUI DESOLAVIMVS VRBES propter quem reliquimus patriam.

894 (919) ABIGANT HOC NVMINA ut, antequam proe-
15 lium committatur, moriaris.

896 (921) NE LAVDIS EGENS ne inhonoratus abiret.

906 (931) LEVES PHARETRAS non inanes, sed in quibus sagittae essent haud pinnatae.

909 (934) FLVERE uenire aut procedere. NEGET
20 OMINA CAVSIS incusat poeta eos, qui dicunt futura non portendi mortalibus.

910 (935) INSERVARE attendere auspicia. alii 'in-
seruire' legunt et est uerbum augurum de caelo seruatum.
dicit ergo: piget nos insistere, id est non quaerimus | futura, Lind. p. 236
25 et ideo perit uenturi fides promissa.

911 (936) SIC OMINA CASVM omina sunt rerum futu-
rarum signa siue bonarum siue malarum. casus autem

2 DAT SOCIIS *om.* MP || 5 iactum] latus Pb || 6 commemorationem Pa || 7 huius M || 8 EPIDAVRIVS *om.* M | est *om.* LMPa || 9 ut ipse *om.* Pa | domitant LPa dominant Pb || 11 SANGVINIS *om.* MP | uel *om.* Pa || 14 Ambigant MPa | hec Pb || 16 NEC LP | nec Pb | inhonorus Pa | abiret *superscr.* o M || 18 aut MP | pinnatę *corr. in* pennatę M || 19 aut] uel L || 20 incusant poetae MP | qui . . . mortalibus *om.* Pb || 22 alii *om.* L(Pa) | inseruire Pc inseruire MP *om.* L || 23 legunt *om.* LP | seruato? || 24 id est non *om.* MP || 25 et ideo *om.* M | uentura *superscr.* i M | permissa Pb || 26 OMNIA LPb | omnia Pb | sunt *om.* Pa | futura Pa

sunt subiti prouentus. cum enim non quaerimus, quae futura sunt, nec procuramus aduersa, cum neglectu nostro improuisa proueniunt. mala, quae accidunt, casui deputamus.

913 (938) FATALIS harundinem fatalem dixit, quae 5
futura monstraret.

915 (940) TENOREM cursum, impetum.

916 (941) ET NOTAE IVXTA RVIT ORA PHARETRAE ante
ora eius cecidit, qui pharetram tenebat. ut Ouidius <met.
VII 684> de telo: 'reuolat nullo referente cruentum'. 10

917 (942) ERRORE SERVNT disserunt, disputant.

921 (946) RECVRSVS soli Adrasto sagitta suum re-
ditum pollicetur.

COMMENTARIVS IN LIBRVM VII.

Lind. p. 237

Hic liber habet indignationem Iouis contra Martem, 15
quod bella Thebana lentius gererentur, missionem Mercurii
ab Ioue ad eum incitandum, descriptionem domus Martis
in Thracia cum omnibus ministris eius, allocutionem Mar-
tis ad Mercurium, allocutionem Adrasti regis ad tumultum
Archemori, immissionem timoris et nimiam augurii formi- 20
dinem pariterque cupiditatem ad bellum ocius properandi,
conquestionem Liberi apud Iouem pro Thebanis Iouisque
responsonem uindictam promittentis. sequitur descriptio
catalogi exercitus Thebanorum, interrogatio Antigones, re-

1 euentus L || 2 nec] non L | curamus Pa | negligenter uisui
nostro Pa || 3 improuisa MPa | casu Pa casibus Pb | depacamus
Pb || 5 arundine MPa || 8 ET ... RVIT] Ante MP || 9 uti Pa || 10 celo
P || 11 Errores MPb | SERVNT om. Pa | dixerunt Pa || 12 Recursos
M | Explicit liber sextus. Incipit liber septimus Pa || 15 est
indignatione Pb || 17 a ioue Pb || 18 eius ministris LP || 19 ad
mercurium om. superscr. M | adlocutionem M || 20 inmissionem
M || 21 praeparandum L properandum Pb praeparandi Pa ||
23 uindictam om. Pb

sponsio Phorbantis, allocutio Eteoclis animantis exercitum, instantis belli prodigia, aduentus Argiuorum ad Thebas collocatioque castrorum, egressus cum filiabus Iocastae ad Argiuorum castra, admissio et conquestio de bello, Tydei
 5 relatio, occisio tigrium mansuetarum, deinde ingruentis belli timoris descriptio, et hinc atque illinc uel singularia uel confusa certamina diuerso casu uariaque uictoria cum descriptione et allocutionibus exsultantium ducum. Amphiarai praecipue pugna describitur, circa quem Apollinis
 10 fauor et postea confessio cum dolore monstratur. responsum Amphiarai commendantis filiam et petentis per eum de uxore uindictam, hiatus terrae et Amphiarai cum armis et curru ad inferna descensio.

1 ATQVE EA CUNCTANTES describitur Iouis iracundia. Lind. p. 238
 15 allocutio apud Mercurium, ut Iouis minas nuntiet Marti et accuset eum, quod patiatur Graecos apud tumulum Archemori uoluptatibus occupari, et ut eos furoris stimulis Mars armet ad bellum. cunctantes morantes siue manentes.

20 4 CERVICIBVS dicit iracundia Iouis caelo pondus augeri et hoc Atlantem queri.

8 QVA PARRHASIS Arcas a gente dicta. unde fuit | Callisto Lycaonis filia, quae in ursam hoc est in septen- Lind. p. 239
 trionem dicitur uersa. Lucanus <II 237>: 'Parrhasis obli-
 25 quos Helice cum uerteret axes'. Callisto ergo ipsa est, quae Arctophylax dicitur ursa, quae nunquam oceano tingitur.

3 collocatio Pb || 4 eius questio Pb ea questio Pa || 6 et om. Pb | atque om. superscr. M | uel om. LP | singula iam Pb || 7 uel om. Pb || 8 allocutione M || 9 quam LPb q; Pa || 10 et om. Pb | responsio L || 11 et] Quis Pa | per eundem LPb || 12 uxoris (om. de) Pb | hiatus terrae om. Pb || 13 inferos L || 14 EA om. Pb | cunctantes MP || 15 adlocutio M | ad L | Iouis om. MPb | minas om. Pa || 16 tumulum om. M || 18 armaret Pb || 20 dicit om. Pa | iracundiã M || 22 schol. 8 P praeb. hoc ordine: OCEANO id est Callisto quae . . . uersa. QVA PARRHASIS IGNEM Arcas . . . filia. Lucanus . . . || 23 in^a om. L || 26 in oceano Pa || 27 tingitur LPb

9 ET NOSTRO PASCITVR IMBRI id est caelesti liquore, non marino ut cetera sidera. nam et sol et astra cetera aquis pascuntur oceani. nam ut ostenderet Lucanus ignes solis aquis nutrirī, ait <VII 5>: 'non pabula flammis'.

15 ISTHMIVS VMBO Isthmus est terra inter duo maria 5 in longum porrecta. haec enim duo maria orientem occidentemque discriminant: Ionium ab oriente, Aegaeum ab occidente diuiditur. omne ergo quod Isthmius umbo distinet — id est Achaïam, in cuius parte Pelops regnauit — duo maria circumdant, adeo ut insulam facerent, 10 nisi utrumque pelagus interiecta terra diuideret. ideo autem umbonem montis dixit, quia eius pars erectior imminet mari.

16 MALEAE Malea promunturium est Graeciae, quod intrat mare et per quinquaginta milia introrsus extenditur. 15 ubi unda ita saeua est, ut nauigantes persequi uideatur. unde Virgilius <Aen. V 193>: 'Maleaeque sequacibus undis'. hoc autem promunturium a Maleo, Graeciae rege, nomen accepit: et quidquid intra se Peloponnesus 20 includit ac tenet.

17 ILLI VIX MVROS id est fines patriae. figura. qui sunt illi? id est iuuentus Argiua. Graeci, inquit, sic litant, quasi iam uictores reuertantur ad patriam.

19 OFFENSIVQVE SEDENT irati, quod eorum gratia perisset Archemorus. siue offensi occupati nouo sermone 25 dixit. SEPVLORI Archemori, cui ludos funebres celebrant.

1 ET] Q, Pa E M || 2 et¹ om. Pa | cetera om. Pb || 3 pasci Pa | solis ignem aquis nutrirī Lucan. Pa || 4 ante pabula flammās Pb || 5 Isthmus *superscr.* Isthmos M | Isthmos LP | est om. M || 6 longinquum Pb || 7 ab om. LMPb | orientem M | ab om. LMPb || 8 diuidit[✓] M || 9 destinet M detinente Pb | i. qđ achaiā M || 10 faciant Pb || 11 diuidet[✓] Pa || 14 Malea Pa | est om. LP || 15 intra Pb | et om. Pb | miliaria L || 16 et . . . uidetur *corr. in* ut . . . uideatur M | uideatur persequi L || 18 malio rege grēcie Pb || 19 accipit M | *aliquid excidisse uidetur* | (et om.) quod L quicquid MP | intra se om. *superscr.* M || 20 inclaudit Pb || 21 qđ M | qui sunt figura illi Pb || 23 ibant Pa || 24 sedet ira M | periisset L || 25 nouo] mutus Pa || 26 celebrantur Pb

20 SONAT ORBE RECVSSSO furore tuo haec, Gradiue, fecisti certamina, ut aut disco certarent aut caestibus?

21 OEBALII Pollucis. ut supra <VI 797> 'Oebalio donem lugere magistro?'

5 22 INSANA VOLVPTAS deest 'fuerit'.

26 NVNC LENIS quasi ideo nunc Mars lenis sit, nec nostra iracundia flectitur.

29 NIL EQVIDEM CRVDELE MINOR nil illi minor, quod crudele sit, id est Marti, sed bonum et mite numen
10 efficiam. minatur Iuppiter se mitem Martem efficere, quod scit cruento numini esse contrarium, ut mores illi, qui infreni esse consueuerant, otii languore torpescant et sit numen eius mite. graue enim malum est facientem bonum a suo instituto traducere.

15 32 IVS ERIT humani sanguinis aut ius aut auspicium non erit: ius potestas, auspicium frequentia.

33 OGY|GIO Thebano. una enim porta ex septem Lind. p. 240 Ogygia nuncupatur. SAT ERIT ad excindendas Thebas.

35 LABENTEM intrantem portas septentrionis.

30 36 PRAETENTA circumfusa, adiacentia.

37 AGMINA NIMBORVM infinitus numerus nubium.

HIATVS principium flatu, quia uenti pinguntur hiantes.

39 PROTEGIT praetegit, tuetur. GALERI pilei.

40 HIC STERILES ἐπεξήγησις: qui deus sterilis siluae.

25 DELVBRA MAVORTIA NOTAT aspiciunt auium more, quae nolando aspiciunt uel notant, quibus insideant locis.

41 MILLE FVRORIBVS mille ministeriis Martis.

42 CINGITVR muratur. IMMANSVETA inrequieta | ac Lind. p. 241 sine quiete.

2 de cestibus Pa || 3 poliniciis Pb om. Pa || 6 Hec nunc lenis Pa || 8 minor illi L || 9 et om. MP || 10 Martem mitē L || 12 infrenes Pb | torpescunt P || 13 facit enim LMP corr. Vollm. || 14 bonum om. Pb || 17 e M || 18 exercendas Pb excindendas superscr. n M || 23 pretigit Pa om. L ptegit del. M | pilei LPb || 24 ephexegesis est L | deus] dr M | steriles MPb | syluae del. superscr. siue M || 26 aspiciunt in notam Pa | in quibus L | insidant? || 28 multatur L mirat M muratur Pb | IRREQUIETA. immansueta L eodem ordine MP | inmansueta MPa | ac om. L || 29 quiete . . . domus¹ om. Pa

43 LATERVM parietum id est: ab ea parte, qua murata est.

44 TECTA domus. ad descriptionem cruentae domus adiecit omnia ferro fuisse constructa, ut, ubicumque aspiceres, mortalem domum ex ipsius aedificii fabricatione cognosceres. cuius terroris speciem ut Virgilius explicaret, ait <Aen. VI 552>: 'porta aduersa ingens solidoque adamante columnae'.

45 LAEDITVR ADVERSVM PHOEBI IVBAR offuscatur. Phoebi iubar id est solis splendor. laeditur id est splendore ferri repercutitur.

47 IMPETVS AMENS singulis ministeriis Martis epitheta nomina aptando coniunxit et finxit officiorum diuersitates, ut omnia Martis ministeriis conuenirent.

50 GEMINVMQVE TENENS DISCORDIA FERRVM mirum. geminum dixit ferrum tenere Discordiam, quae semper solet duorum inimicitia uel mortibus gratulari, siue propter fratres, quia in hoc bello maxime fratrum discordia proeliatur.

51 INNVMERIS mire numerum infinitum finxit, quippe pro peccatorum genere iam minatur supplicia diuersorum.

TRISTISSIMA VIRTVS non religionis aut pietatis causa commota. sed ideo in hoc bello tristem dixit esse Virtutem, quia parricidiis militauit.

53 MORS ARMATA SEDET quia semper eripit uitam.

56 INSIGNIBANT ornabant siue insignia faciebant.

59 PAENE ETIAM GEMITVS egregie, ut in cruenta domo omnia ingemiscentia cernerentur.

60 VBIQVE IPSVM subaudis 'Martem putares ubique simulatum', nusquam tamen hilariore uultu conspicitur.

1 q mirata *superscr.* u M || 4 adspiceres L || 5 Martialem ? || 9 & uersū MPa | PHOEBI IVBAR *om.* MP || 12 Inpetus Pa || 13 adaptando Pb apta Pc | diuersitatem LPa || 15 murum Pb nimirum *Barth.* || 16 teneri M | tenere . . . mortibus *om.* Pb || 18 maxima Pb || 19 infinitum numerum L || 20 minamur MPb || 21 commota causa P || 23 quia *om.* Pb || 25 siue *om.* P | insigne faciebant templum P || 26 Pone P || 28 subaudē M subaudi Pb || 29 simulat L simulatū M simula Pa similia Pb simul adest *Barth.* | nunquam Pb | (h)ilariori MP | uultu *om.* Pb

62 NONDVM RADIIS quaestionem, quae poterat commo-
 ueri, quare adultero Marti Vulcanum habitaculum funda-
 uisset, argutissime diuinus hoc loco poeta dissoluit. dicit
 enim ante domum Marti aedificasse Vulcanum, quam in-
 5 iuriam pateretur. radiis, quia sol radiis suis magnifici
 flagitii detector fuisse narratur. sed si ideo res male
 commissa displicuit, superest, ut inueniatur carissimum
 numen.

63 FOEDA CATENATO haec, inquit, limina prius Vulca-
 10 nus exstruxit, quam Martis et Veneris de Solis indicio
 adulterium cognouisset. quo comperto utrumque subti-
 lissimis deuinxit catenis atque in conuentum numinum
 adulteros adduxit.

65 TREMIT ECCE SOLVM adueniente Marte terra con- Lind. p. 242
 15 cussa est.

66 QVOD PECVS VTILE BELLIS equi Martis.

70 SVBIT CVRRV ingreditur seu aduenit. ASPERGINE
 aspergo gutta est terrae cruenta permixta.

71 MVTAT AGROS sanguine inficit, maculat, uariat siue
 20 distinguit. FLENTESQVE CATERVAE scilicet captiuorum.

72 NIX ALTA LOCVM adueniente deo omnia, quae in
 medio sunt, locum dare necesse est.

76 NEC TALIA MANDET si aduentum Martis talem iuxta
 Iouem casus afferret, multa de ira sua et mandatorum
 25 acerbitate minuisset.

1 potest L pote Pa | moueri quia Pb || 2 adulterio L corr.
 in adultero M adulter Pa | fundasset L || 3 diuinis superscr. u
 M | (poeta om.) dissoluitur dicitur Pb || 4 Vulcanum aedificasse
 L || 5 radiis¹ inserui | q Pa | suis om. Pb || 6 narrabatur Pb | sed
 sudores Pa || 7 conmissa Pa | restat ut Pb || 8 munū Pa | dubito,
 num locus corruptus sit || 10 instruxit Pb | qui L q M | et Vene-
 ris om. Pa | de] dū M dei P || 12 deuinxit om. Pb || 13 adduxit
 adulteros L || 14 Tremuit Pa | OMNE SOLVM L | cfussa superscr.
 c M || 16 PECVS om. Pb || 17 Sub add. aud M | CVRRVM L | seu]
 aut Pb || 18 cruore L cruenta Klotz. | promixta Pb || 19 MVT.
 AGB. om. Pb | inficit Pb || 20 id est captiuorum Pb captiuorum
 scilicet L || 21 ALTA om. Pb || 23 MANDAT L Pa || 24 ioui M Pa iouis
 Pb | afferet M

77 QVOD IOVIS IMPERIVM allocutio Martis interrogantis Mercurium, qualia ad se Iouis mandata portaret.

78 OCCVPAT ARMIPOTENS interrogando Mars praeuenit.

80 MAENALA Maenalus et Lycaeus montes Arcadiae amoenissimi. 5

81 MORATVS nulla mora discit patris praecepta.

82 SICVT ANHELABANT de bello Scythico remeantes.

IVNCTO SVDORE iterato: prioris et sequentis laboris.

86 RVIT cadit uel desinit flare.

87 PAX IPSA TVMET ipsa tranquillitas inquieta. 10

88 EXANIMIS sine uento. id est: reliquiae tempestatis, licet sine flatu uentorum, tamen adhuc exagitant mare.

90 INERMES ut supra <VI 227 sq.> ludicras: 'pugnas uisendi uulgos inermes fama uocat'.

92 CINEREM PLACABAT ADRASTVS diis enim inferis et 15 manibus. ut hoc inter triennium haec tibi sacra celebrentur frequentius.

93 TRIETERIDE MVLTa trieterica sacra sunt, quae intermissa triennio redeunte celebrantur.

94 NEC SAVCIVS ARCADAS ARAS Pelops scilicet, qui a 20 Lind. p. 243 patre Tantalo numinibus est epulandus | appositus.

95 ELEAQVE PVLSET Elea id est Graeciae, ubi ludi funebres et Olympicus institutus est agon, in quo certamine oleastro uictores coronari consueuerunt. EBVRNA MANV ut <georg. III 7> 'humeroque Pelops insignis 25 eburno'.

96 NEC CASTALIS Pythici agonis. Apollinem dicit, in

6 Moratur MPb | dixit P || 7 sicvt om. P || 8 iteratio L | priori M || 11 reliq̄ M || 12 licet sint sine L | tamen] domum Pb || 14 uincendo P | uulgos M || 15 PACABAT LPa | ADRASTVS om. MP | enim om. Pa || 16 hoc, ut L hoc uti Pa hec uti Pb | ante ut DA uel tale quid excidisse puto | tibi] ter L | celebrantur Pa || 18 TRIETERIDE MVLTa om. Pb | trieterica corr. ex trieteride M | intermisso (om. redeunte) L || 19 redeunt add. e M || 20 ARCADES L Archados M | ARAS om. MP || 21 epulandus est L || 22 e(l)lee P adēē M | gōe M | ludi om. Pa || 23 agon institutus est Pb || 27 phitici M Pythii LP | dicit om. P

cuius honorem extincto serpente agon Pythicus celebratur, cuius uictores lauro coronantur.

97 VMBRA LECHAEO licet alibi 'undam' legamus, tamen melius 'umbram' accipimus propter Melicertem, qui se de Lechaeo monte praecipitavit in mare, in cuius honorem agon celebratur Isthmiacus, cuius uictores pinu coronantur.

98 INFITIAMVR AVERNO id est: cum deum colimus, infitiamur te mortuum id est mentimur uel negamus. Auerno inferis, lugenti infernali.

10 99 IVNGIMVS ludos tuos caelestium agonibus conferimus.

102 PER VRBES NVMINA promittit Adrastus se numen Archemori omnibus Graeciae ciuitatibus indicaturum, non solum liberis, uerum etiam bello uictis.

106 ACROCORINTHVS mons est circa Corinthum im- mensae altitudinis, cuius umbra utrumque mare tegi poeta describit.

112 BONVS OMNIA CREDI ad omnia credenda idoneus auctor est timor. quo faciente interdum etiam impossibilia credimus. nihil est enim, quod credere homines non sua- deat timor.

113 LYMPHARE furiare.

116 VIDISSE PVTANT ad augendam credulitatem nouarum rerum ita dicta confirmant, ut, quae timore mentiuntur, se uidisse confirmant. TVNC ACRE NOVABAT si deorum aliquis mentiatur, facile potest falsa suadere mortalibus.

1 extracto Pb | celebratur Pythius L | pythius P phitius M || 3 LYCAEO L licheo M lieeo Pa letheo Pb || 4 pp̄ M | Melicerten L Pa melicertam Pb || 5 Lycaeo L liceo MP || 6 pino Pa || 7 autū̄rno . . . autumnno Pb || 9 lugentū Pa | infernali MPb || 10 conferamus Pa | post conferimus P praeb.: ut te superis comparemus || 11 nimiā Pa om. L || 12 indicaturus Pa indicat[✓] in marg. add. corr. turū M || 13 et Pb || 14 immense M || 15 poeta tegi M || 18 est auctor L | etiam om. M || 19 credamus M | hominem L || 21 schol. 113 om. P || 22 PAVENT L | augendū Pa | crudelitātē M || 23 confirmauit M | quem P | timorem MPb || 24 uidet Pa | confirmant P corr. in confirmant M

123 NI FALLIMVR AVRE SED VNDE aure hic pro auditu posuit et oratio est populi se inuicem interrogantis. ni fallimur aure hoc est: nisi decipimur auditu. et uidentur interposita uerba Pauoris esse quasi respondentis, ut

Lind. p. 244 docet ipsa commatica pronuntiatio. de'nique conclusit: 5
'haec Pavor attonitis'.

126 ET BVSTA COLAMVS ironia, quasi propter remissionem animi et occupationem ludorum sint ab hoste contempti.

127 VARIOSQVE PER AGMINA VVLTVS ut manifestius, quae uelit, Timor affirmet, diuersarum gentium indutus uultibus 10 se exercitibus miscet.

129 NVNC PYLIVS Horatius primo <carm. I 15, 22>: 'Nestora Pylum'.

130 ADIVRAT iure iurando confirmat.

131 NIL FALSVM Argiuis nil falsum omnia credentibus 15 uidebatur.

132 FASTIGIA VALLIS in qua sacra fuerant celebrata in honorem Archemori.

135 INSANI fortes. NVLLO MORE RAPIT raptim facit inuadere praeter consuetudinem. 20

139 PRAECIPITANT festinant, accelerant, ut tarditatis moras celeritate compensent.

140 INCIPIENTE FREMVNT uociferatione praeparantium nauigium perstrepunt litora.

141 VELA FLVVNT sola descendunt. 25

Lind. p. 245 145 GLOMERARE COHORTES praeter ordinem festinanter impingere.

1 auris P | et Pa om. Pb | VNDE om. Pb' | aurem Pb | hic om. Pb . i. Pa | posuit pro auditu L | pro om. M || 2 ut P | et oratio LP | populi om. LP | interrogans Pa || 3 aure om. L | id est L | decipiamur auditu Pa | et om. Pb || 4 esse] et LPa || 5 cōmatia M | concludit Pb || 7 Vt Pb | per LPa || 8 contenti Pa || 9 VVLTVS om. MP || 12 NVNC om. MP | post PYLIVS praeb. L: ex illa ciuitate | primo om. L || 13 Pylum Nestora Horat. | Pylus LMP || 15 omnia credentibus nil falsum L || 18 in honore M || 19 Rapuit M || 20 pp Pa || 21 festinantur Pa festinanter MPb || 23 uociferationē Pa || 25 VELA FL.] Inflauit Pa || 26 COHORTES om. MP || 27 inpingere M

147 REMINISCITVR IGNES in mentem ueniunt patris fulmina, quibus se utero matris excussit.

148 PVRPVREVM pulchrum.

150 THYRSVS hasta. CORNIBVS VVAE dicit maestitia

5 Liberum ornatum capitis posuisse. ubique enim uuis decoratus ostenditur. Ouidius fastorum libro sexto <uu. 483 sqq.>:

'Bacche racemiferos hedera distincte capillos,

si domus illa tua est, dirige uatis opus.

arserat obsequio Semele Iouis. accipit Ino

10 te, puer, et summa sedula nutrit ope.

intumuit Iuno, rapta quod pellice natum

educet. at sanguis ille sororis erat.

hinc agitur Furiis Athamas et imagine falsa,

tuque cadis patria, parue Learche, manu'.

15 152 ET TVNC FORTE interpositio est. SECRETVS HABEBAT aut cura laxatus aut secretus tunc erat Iouis.

155 EXCINDISNE TVAS cum exprobratione affectum mae- Lind. p. 246
roris et cum dolore mouet inuidiam.

157 DECEPTQVE LARIS dolo Iunonis dicit morte matris
20 suae Semeles uiduatos penates.

158 OLIM INVITVM συγχώρησις: ut hoc enim Semele
pateretur, extorsit. petiit, ut ad se fulminibus armatus
intraret. dicit enim nunc Liber: si ante inuitus, dum
amatae nihil negas, in Thebas fulmen iecisti, nunc, inquit,
25 quis compulit, ut bellum eis iuberet inferri?

162 DANAELA id est: quando ad Danaen uenisti.

163 PARRHASIVMQVE NEMVS silua, ubi Callisto a Ioue

3 pulcrum Pa || 6 lib. Fastorum L || 7 bache MP | redimite
Ouid. | capillis M || 10 et . . . quod om. Pb || 11 pellice LPa
tum propellice Pb || 12 edocet Pb || 13 agitur Ouidius igitur
LMP | in imagine falsus LMP || 14 cadens LMP || 15 est om.
MP | Securus MP || 17 Excindene P | cum] tam utroque loco
Pb | exprobratione LMP || 19 mortem MPb || 21 inuitus MP |
Synaeresis L sineresis Pb || 22 EXTORSIT L || 23 nunc om. Pa |
ante] aut Pa dicunt Pb || 24 nil LPa | iecisti L | inquit] qd Pa
inipulit Pb || 25 inferri iuberet Pb || 26 damnem Pb || 27 a ioue
calisto Pb

compressa est, quae postea Helice nomen accepit. LE-
DAEAS cum ad Ledam uenisti.

164 E CUNCTIS EGO dicit se Liber a multis saepe
mortalibus fuisse neglectum ut Lycurgo atque Pentheo.
nam Ouidius quodam loco <met. III 531 sqq.> uerba Pen- 5
thei iniuriantis Liberum ita descripsit:

'quis furor, anguigenae, proles Mauortia, uestras
attonuit mentes?' Pentheus ait. 'aerane tantum
aere repulsa ualent et adunco tibia cornu
et magicae fraudes, ut, quos non bellicus ensis, 10
non tuba terruerit, non strictis agmina telis,
femineae uoces et mota insania uino
obsценique greges et inania tympana uincant?
uosne, senes miseri, qui longa per aequora uecti
hac Tyron, hac profugos posuistis sede penates, 15
nunc sinitis sine Marte capi?'

166 PONDVS ERAM quoniam fulminata matre femini
Iouis insitus est. unde Liber bimater appellatus est, quod
duas ueluti matres habuerit, et dithyrambicus dictus est,
quod uelut per duas portas exierit. sed hoc fabulosum 20
intellegitur. sub hac autem figura mysticum philosophiae
secretum est. nam et illud falsissimum est, quod Tiresias
subiit metamorphosin.

171 BVXA tibia uel scabellum, quod in sacris tibicines
pede sonare consuerunt. TIMENT THYRSOS quomodo 25
Thebani bella non timeant, qui bacchantium matrum

1 LEDAEAMQVE id est L Lideras Pa || 3 se dicit LP | mor-
talibus saepe L || 5 quodam uerba loco Pb || 7 anguine et eius
Pb | proles . . . penates om. Pb || 8 era M || 11 tristis M || 16 ca///i
superscr. capi M || 17 foemori LPb femora Pa || 18 est insitus L
infixus est Pb | insutus Klotz. | Liber om. P luc lib M || 19 uelut
Pb | habuit L | et om. L | disrambus M d'ramb' Pa deiambus
Pb || 21. intelligitur LP || 23 subiit metamorphosin *propos.*
Schottky subit*** L subis M sub' Pa spat. uac. Pb || 24 sca-
bellum L corr. ex scabillum M scabillum Pa stabilum Pb ||
25 consueuerunt L || 26 matrum] morē ut Pa

thyrsos horrescunt. et ut bellandi inter illos monstraret speciem, ait: timent nuptarum proelia matrum.

174 PELTIS lunatis scutis, quibus utuntur Amazones.

175 SIC HOSTIS DEPVIT interpositio narrationis.

5 177 DITARE MYCENAS id est: inimicos Argos Thebanorum spoliis ditare. sensus: melius iratus alios hostes eligeres, ne nos inimicorum faceres praedam.

180 SILVASQVE LYCVRGI Lycurgus Thracum rex fuit, qui Liberum deum esse negabat.

10 181 ANNE TRIVMPHATOS Liber enim dicitur de Indis egisse triumphum. unde Virgilius <Aen. VI 804 sq.>: 'nec, qui pampineis victor iuga flectit habenis, Liber agens celso Nysae de uertice tigres'.

15 182 LATONIA FRATER Apollinem dicit, qui Delon insulam in honorem materni partus stabilem fecit.

184 COMMENDARE FRETIS id est duabus insulis alligare. freta enim proprie maria dicuntur, quae aestu rapido vicinas terras interfluunt. de qua insula ait Virgilius <Aen. III 76>: 'Mycono e celsa Gyaroque reuinxit'.

20 185 HOSTILES Athenas dicit, | quas cum inundasset Lind. p. 247
Neptunus, Minerua eas diluio liberauit. pro qua urbe contendisse dicitur cum Neptuno inuentis muneribus. [Neptunus scilicet equum, Minerua oliuam] quam fabulam Virgilius tetigit dicens <georg. I 12 sq.>: 'tuque o, cui prima
25 frementem fudit equum magno tellus percussa tridente'.
item <georg. I 18 sq.>: 'oleaeque Minerua inuentrix'.

186 EPAPHVM Iouis et Ios filium, qui regnavit in Aegypto, cuius mater uersa est in iuuenecam. unde Vir-

5 id est om. LPb || 6 iratos Pb || 7 eliceret L eligeret Pa | vos LPa | faceret L facere Pa || 8 -qve om. M | fuit om. MP || 10 Ante MPb | triumphâtes Pb | deinde LPa indis Pb || 15 stabillem dicit Pb || 16 allegare Pb || 17 dicuntur maria Pb || 18 interfuant M || 19 Mycone (om. e) LPb || 20 inundasset P || 21 eos M | urbe om. Pb || 22 dicitur contendisse Pb | Neptunus . . . oliuam om. M || 23 tetigit Virgil. L tetigit Pa || 24 tuque o om. LMPa || 25 magno . . . tridente om. MPa et eius (= etc.) Pb || 27 Io LPa //ios M || 28 cui mater M | conuersa Pb | unde om. Pb

gilius <Aen. VII 789>: 'at leuem clipeum sublatis cornibus Io'.

187 CYLLENE Arcadia, in qua Mercurius dicitur natus.

MINOIAVE CVRAT Minos et Rhadamanthus Iouis et Europae filii, Cretensium reges. sed ut conciliet Iouem in amorem Thebarum, commemorat, quas mortalium amare dignatus fuerit feminarum, id est: Alcmenam, Antiopam Nycteidem, postremo Europam, cuius frater Cadmus condidit Thebas.

189 HIC TIBI QVANDO MINOR quādo quoniam. ordo est: hic tibi noctes Herculeae et ardor Nyctei filiae Antiopae, quae a Lyco expulsa per Dirce a Ioue in taurum uerso compressa est, unde Zethus et Amphion feruntur progeniti.

190 NYCTEIDOS ARDOR amor Antiopae, Nyctei filiae.

191 HIC TYRIVM GENVS propter Europam et Cadmum, quod Cadmus Tyrii Agenoris filius fuit, qui Thebas condidit, frater Europae. cuius rei necessitudine Thebanis uult conciliare Iouem. FELICIOR IGNE amore. felicior ergo Europa Semele, quippe quae fulmen pro amore perpressa est. ideo: nostro igne felicior.

Lind. p. 248

193 INUIDIAM RISIT PATER inuidiosam orationem ridendo Iuppiter mitiorem effecit. ut Virgilius <Aen. I 254>: 'olli subridens hominum sator atque deorum'. POPLITE FLEXVM genibus inclinatum.

197 SIC EXPOSTVS EGO sic sum subditus fatis, ut imminetia mutare non possim. dicit ergo: non Iunonis gratia Thebanis indicimus bellum, o puer, ut putas. ne-

4 MINOIAVE LP minuaue M || 6 thebanum Pa | quos L || 7 sit L | id est om. L | antiopiam Pb || 8 nictymelēā M nictinidā Pa nictimelem Pb || 10 MINOR om. L | quando om. LM || 11 est om. MPa | Anthiopae filiae Nictēi L || 13 corrupta L | et om. Pa | progeniti feruntur L || 17 qui P | tyri M(P) || 18 Thebanis om. Pb || 19 conciliare uult LP || 20 quippe om. Pb || 23 mitiorem om. Pb | efficit Pa foecit Pb | ut om. Pa || 25 flexo M flexu Pa | id est genibus L || 26 expositus M | fatis sum subditus L || 27 imminetia M | murmurare P | possit P || 28 Thebis LPb atheius Pa

que enim mutabilis potest esse Iuppiter, qui immoto fatorum ordine ea, quae semel decreta sunt, complere non differt. isti uero populi id est Argiui siue Thebani ad hoc fataliter nati sunt, ut bellis intereant.

5 201 REPONAM reuocem, reprimam siue cohibeam.

205 EXPVGNARE DEDI Mars Lapithas immissis furorum stimulis perdidit, Calydona Diana missu saeuissimi apri nastauit.

208 TARDVM ABOLERE MIHI id est: sero illis irrogo
10 digna supplicia. CRIMINA DORICA Graeca. propter iniurias Tantali, qui ei extincto filio Pelope humanos artus apposuit epulandos.

211 SANGVINE PENTHEVS commemorando, quod Pentheus innocens crudeliter sit punitus, et Liberum in Thebas uindicem seuerum esse. . . comparauit enim Oedipi Pentheique facinora, qui nec parricidium fecit nec cum matre concubuit. cum Pentheus ista non fecerit, tamen lacero funere tua lustra compleuit. ergo tu, qui tam saeuissime paruae culpa reos punire consueuisti, non debes
20 tam flebiliter pro nefandissimis supplicare.

212 FRATRES PROGENVISSE REVS quia Oedipus maritus et filius, patris filii fratres sunt. nullus igitur ibi pietatis ordo seruatus est, ubi fuit Iocasta et uxor et mater.

219 NON HOC STATVI ordo: non hoc tempore statui
25 Thebas euertere. et hoc dicendo spes aliqua ueniae postulanti promittitur. dicit enim Iuppiter se ut cetera numina

1 esse potest L esse Pb | immotu M || 2 simul Pa | sunt decreta L || 5 siue om. L Pa || 6 inmissis M || 7 Calydoniam L calidonam MP | iussu Pa || 9 MIHI om. MP | inrogo Pa irrogo corr. in irrogat M || 10 inuriã P || 11 qui ei MPb quia L quidẽ Pa | ei humanos L || 12 epulando Pb || 14 punitus est L | et Liberum om. MP || 15 t seuerum MP | esse om. MP propono esse comprobat | comparando MP || 16 patricidium Pb || 18 compleuit M || 20 feliciter Pb || 22 patres M matris, et patris L | filii M | fratris Pb fr̄s M | igitur om. M | tibi pietate Pb || 23 seruatus . . . mater om. Pb || 24 NON . . . ordo om. Pb || 25 et . . . se om. Pa | postulatae ueniae L || 26 dicit ergo Pb | certa Pa

imminentia mala posse differre, in totum uero immutare non posse.

221 VLTORESQUE ALII Theseum dicit, qui secundo bello Thebas euertit. NVNC REGIA IVNO QVERETVR nunc Iuno tristabitur, quoniam in primo bello omnes excepto Adrasto 5 Argiuorum duces peribunt.

Lind. p. 249

222 MENTEMQUE HABITVMQUE RECEPIT dixerat poeta superius <u. 151>: 'lapsoque inhonorus amictu' et <u. 148>: 'purpureum tristi turbatus pectore uultum'. ergo audita oratione Iouis uno Liber tempore ornatum laetitiamque 10 recepit.

223 SOLE MALO torrido seu igneo. TRISTI NOTO nubilo austro. est autem floribus inimicus. unde Virgilius <ecl. II 58 sq.>: 'floribus austrum perditus'.

225 REDIT OMNIS HONOS sic, inquit, laetitia Liberi 15 immutatus est uultus ex grandi tristitia, quemadmodum flores flante austro et solis nimio calore pallescunt perduntque gratiam aspectus sui ac rursus, si placidi fauonii spirauerit flatus et uirentes herbas frigidior uentus erexerit, et odorem recipiunt et colorem. 20

228 EXPLORATA certa. LONGO AGMINE ordinibus compositis.

229 IRE pro 'uenire'. ut Virgilius <Aen. II 375>: 'uos .. nunc .. a nauibus itis'.

230 TREMERE AC MISERESCERE tremebant cuncti et 25 terrebantur aduentu Argiuorum, qui Thebanis consanguinitate coniuncti fuerant. qui uero erant extranei, miserabantur, cum in memoriam reducerent perituras Thebas.

1 mutare L imitare Pb || 4 REGIA om. L || 5 exempto Pb || 6 perierunt L || 7 HAB. REC. om. MP || 9 turpatu Pa turbat M || 10 ratione MP | Liber uno L || 12 SOLE om. MP | igneo micum Pb || 13 ut L om. Pb || 14 austro perditis L || 16 mutatus LP inmutatus M | e LP || 18 placida M || 19 spirauerint Pb | erexit Pb || 20 calorē M || 22 c̄postis M || 23 pro om. Pb p Pa | ut om. Pb || 24 uos nunc om. MP | itis om. Pa || 25 Timere Pa | ET L || 26 Argiuorum aduentu L | aduentū P || 27 qui uero] q̄no M | miserebantur P

231 NOMINE ET ARMIS subaudiendum 'ceteros anteibat'.

232 ILLE METVM CONDENS Eteocles timorem dissimulans.

237 TESSERA bellorum signum est, ut hospitem tesseram dicimus. ueteres enim, quoniam non poterant omnes
5 hospites suos nosse, tesseram illis dabant, quam illi ad hospitium reuersi ostendebant praeposito hospiti, unde intellegebantur hospites. hic tamen proprie tesseram signum bellicum posuit.

238 CAMPO QVI PROXIMVS VRBI campum subeunt, qui
10 patet ante urbem. qui est ad sistenda bella damnatus id est destinatus.

243 NONDVM CONCESSA VIDERI pudicarum uirginum Lind. p. 250 morem descripsit, quia nunquam uirgines facile uidebantur a populo.

15 244 ANTIGONE Oedipi filia, Polynicis soror. DEFENDITVR occultatur.

246 ARMIGERO qui Lai ante armiger fuit, eo nunc Antigone utebatur custode.

247 SPESNE hanc oeconomiam transtulit iuxta Homerum,
20 rum, qui per inquisitionem narrationem catalogi inducit. hic per Antigone, ut illic per inquisitionem Priami et relationem Helenae.

248 HAEC VEXILLA hoc est: Thebanorum militum manus poterit tam immensum Argiuorum exercitum superare?
25 et parua multitudo contra hostium copias haec ualebit? — de auxiliariis quaerit cateruis, nam suos ciues agnoscit. PATER non patrem genuinum Oedipum dicit, sed ut blandiretur nutritoribus, Phorbantem patrem uocauit.

250 MENOECEVS hic se pro patria ex responso de

1 anteibant P || 2 metum L || 3 ut] et M || 4 qñ Pa | ueteres . . . dabant om. M || 5 noscere L | illi om. Pb | ad hospitium Pb || 6 p̄posito M proposito Pb | intelligebant L | hospites intelligebantur Pb || 7 proprie om. Pb | tessera Pb || 8 belli LPb bellicō Pa || 9 qui . . . urbem om. M || 10 porcet Pa pe Pb | substinenda Pb || 13 uidentur LP || 17 laii MPb | fuit armiger L || 20 qui om. LP | narrationem om. L || 21 hic qui per M || 22 delationē Pb || 23 manibus Pb || 24 inmensum M || 29 ex responso om. P extenso M

muro praecipitem dedit, filius Creontis, qui Eteoclis post fratrum interitum accepit imperium.

251 AENA SPHINGE casside, cuius altitudinem in summitate adiecta auxerat sphinge. siue signa Thebanorum sphingas esse monstrauit. ut enim apud Romanos aquilae 5 habebantur signis appositae, sic Thebanorum signa sphingos uultus ornat.

252 HOMOLOIDAS Homoloidae portae Thebaeae sunt appellatae, quae erant septem. unde Thebana ciuitas heptapylos dicta est. 10

254 TANAGRAE ciuitas Euboeae, quae nunc Penanoria nuncupatur.

255 DRYAS hic est, quem Diana sagittis propter interfectum Parthenopaeum occidit. TRIDENTEM ut declararet se nepotem Orionis esse, in scuto tridentem pinxerat. 15

256 ORIONIS ALTI huius talis est fabula: Pelargus quidam deorum cultor Iouem, Neptunum Mercuriumque honorifice suscepit hospitio. a quibus huic est facultas oblata, ut, quia in deos religiosus exstiterat, ab his, quod uellet, optaret. is cum adhuc aetatis nullum filium accepisset, postulauit, ut beneficio numinum proles sibi contingeret. minxerunt ergo numina in bouis corium, quem Pelargus diis immolauerat, et hoc defodi iusserunt exactisque nouem mensibus tolli. ex quo natus est Orion, qui ex urina nomen accepit. οὐροῦ enim Graece urina dicitur. 25 hic de stupro compellauit Dianam. illa irata Terrae implorauit auxilium. at ille ictu scorpionis interiit, quem Terra in ultionem Dianae exsilire compulerat. alii uero

1 etheocles Pa corr. in etheoclis M | post fratris Etheoclis L ||
 2 fr̄m M fratris P || 4 spinga MP | signa om. M || 6 signa apposita Pb || 8 sunt Thebaeae L || 10 appellata est Pb || 11 TANAGRA LMP ||
 14 deolaret Pb || 15 Orionis nepotem L | esse om. Pb || 16 Pelargus L || 18 honorifice om. L || 19 extiterit M | q̄ M quot Pa quid Pb ||
 20 optaret ante ab praeb. Pb | his M | filium nullum L | suscepisset LP || 21 numina] urinam Pa || 23 Pelargus L | defodere L defodiri M (!) defoderi Pa || 25 Uros M Vrg- Pa ουροῦ Pb (!) ||
 26 compellauit M | inuocauit LPa || 27 at ille om. MPbPc | scorpionis L || 28 compulerat exilire Pb

dicunt Orionem ipsius Dianae sagittis fuisse frustratum. ut Horatius (carm. III 4, 72): 'uirginea domitus sagitta'.

261 NISA DIONAEISQVE AVIBVS CIRCUMSONA Nisam hanc quidam uolunt regionem esse, in qua Nisus regnauit, cuius
5 crinem purpureum Scylla filia dicitur amputasse.

THISBE ciuitas eiusdem, in qua Venus colitur. circumsona: quod Iouis per columbas aliquando dabantur oraçula.

263 PINVQVE IVBAS quia quasi equinae saetae sunt pini folia.

10 264 TERRIBILIS SILVIS uenationibus.

265 ERYTHRAE ciuitas numeri tantum pluralis.

266 SCOLON ETEONON ciuitates sunt Graeciae, quae Thebanis auxilia miserunt. IVGIS INIQVIS arduis siue
excelsis.

15 267 ATALANTEAM duas Atalan|tas fuisse certissimum Lind. p. 251 est: unam Arcadem, cuius Parthenopaeus est filius; aliam de Scyro, nobilem cursu[, quam Hippomenes currendo superauit prociendo tria poma aurea Veneris consilio].

268 NOTI CAMPI in quibus solebat Atalante cum procis
20 cursu contendere. COLVNT non uenerantur, sed habitant.

269 SARISAS Macedonum lanceas. hoc enim nomine tela sua ipsius gentis homines uocant. unde Lucanus (VIII 298): 'primi Pellaeas arcu fregere sarisas'.

270 DIFFICILES EXCLVDERE causa scilicet breuitatis.

25 272 ONCHESTI Onchestus Neptuni filius fuit, qui ex

1 prostratum *Klotz.* || 3 circumsona(n)t **M(P)** | Nisam *om.* **LPa** || 4 esse regionem **LP** || 6 hisbe **MP** | circumsona *inserui* i **M** || 7 quo **L** | aliquando per columbas **L** | dabuntur **M** | responsa **L** || 8 PINVSQVE IVBASQVE **L** || 12 Colon **MPa** | coleñ theone **Pb** || 13 auxilium **LPa** || 14 excessis **Pb** excessib; *corr. in excelsib;* **M** || 15 ATALANTEMQVE **L** | Atalantes **L** *corr. in atalantas* **M** | esse **L** | certissime ē **M** || 16 Arcadam **LMPa** | alteram **Pe** || 17 quam . . . consilio *om.* **MP** | Hyppomanes **L** || 19 Atalanta **L** atlanta **Pb** athalantem **M** || 21 SARISSAS **LPa** | lanceas] tela **Pb** || 23 fugere **Pb** | sarissas **LPb** || 24 sc. causa **L** | *post* breuitatis **P** *praebent* ad excludendum || 25 ONCHESTI . . . ciuitatem *om. in marg. sup. add.* **M** | fuit filius **L**

suo nomine hanc condidit ciuitatem. MYCALESOS promunturium est ciuitatis eiusdem.

273 PALLADIVSQVE MELAS Boeotiae fluuius Minervae consecratus. Palladius ergo Atticus. alii uolunt hunc Athenarum fluuium esse, quem Palladium ad discretionem posuit. est enim alter Melas in Sicyoniorum finibus. siue Melam montem dixit oliuetis consitum. 5

274 GARGAPHIE fons est Dianae Hecatae consecratus.

275 ET NIMIA cuius satis nimietas herbarum inhabitet, quae nascentes opprimit messes. 10

279 VIRGO LYRA GALEAM in cono galeae lyram habebat propter musicam, qua Thebani dicuntur muri fuisse constructi. TAVRO propter Iouem et Europam uel propter Cadmum, qui bouem secutus est, ut Thebanam conderet ciuitatem, uel, quod manifestius, propter Dircen nouercam, quam ab his tauro constat esse religatam. 15

280 MACTE ANIMO ut si diceret: perfectae indolis iuuenis. mactare enim dictum est sacrificium perfecisse. unde Virgilius (Aen. IX 641): 'macte noua uirtute, puer' id est perfecte. 20

281 OPPONERE PECTORA bene 'opponere' dixit ad defensionem murorum.

282 HELICONIA TVRBA per Heliconia intellegi uult poetas etiam ad auxilia conuenisse et commemorat fluuios Musis dicatos: Heliconium, Permessum, Olmium. 25

287 RENIDENTEM splendens niue deposita. CYGNI

1 condidit hanc M || 2 est om. LPa | eiusdem ciuitatis L || 4 palladiū M || 6 enim om. M autem Pc | sic himarum M sichinarium Pa schimarium Pb || 7 Melas L μέλας ? | dicit L | oliuis Pb || 8 est om. LMPa | ab Hecate L eccate M obetata Pa obechata Pb || 9 cui Pb || 10 opprimit M || 11 habebant LMPa || 12 muri dicuntur Pb || 13 et om. Pa || 15 ciuitatem om. M | Dircem LPa || 16 quē M | constat tauro L | esse om. L | religatā M || 21 opponere] pronos MP || 23 eliconia P Heliconia L eliconas M | intelligi LPa | uult intelligi Pb | uoluit L || 25 Hormium L olinum Pb || 26 RENIDENTEM LPb | niuem L | depositā LMPa

quia apud Olmium fluvium multi sunt cygni et hi, qui ab hoc fluuio ueniebant, cygnorum more cantabant.

296 SED AEVI CONFVDERE MODOS aetatis suae, dum Lind. p. 252
paene aequales sunt, spatia confuderunt. NYMPHE ad
5 ornamentum carminis sui Graecum nomen accepit. *νύμφη*
enim Graece dicitur sponsa.

298 MARITIS IGNIBVS uiriles amores, concubitus uoluptatem dicit.

300 NEC LONGVM id est 'tempus transiit'. ET
10 PVLCHER ALATREVS natus est filius, qui patri puero crescendi
celeritate paene aequaeus est.

302 TRAXITQVE NOTAS similitudinem patris in suo uultu signauit.

304 PLVS PATER hoc est: gaudet aetate antecedenti
15 desiderio. HVNC OLIM IUVAT ET VENTVRA SENECTVS UNO
tempore senescentium patris et filii.

307 EXILEM sterilem agrum habentem. CORONIAM
nomen a Coro Centauro tractum, de quo et ciuitas dicta.
quem reliqui Centauri uelut palum caedentes terrae affixe-
20 runt. BACCHO GLISANTA duae ciuitates duorum numi-
num pari gaudent munere: Corona Baccho fertilis est,
Glisas Cerere infecunda tristatur. nec euenit, ut prouentu
suo utraque ciuitas frumenti et uini bono gauderet.

310 HYPSEA QVADRIVGOS fratrem Aeaci dicit. cui Lind. p. 254
25 Iuppiter ex formicis socios fecit armatos existere. ex
Aeaco Peleus natus est, ex Peleo Achilles, cuius milites

1 Hormium L olimiū Pa olmum Pb | hic M || 4 bene M | sunt
om. M | confudere M | Nymphae L Nimpha M || 5 Graece *νύμφη*
(om. enim) L | nimpha MP || 6 sponsa dicitur Pb || 7 Mariti
MP || 9 transit P || 10 puero om. LPb . . . ero Pa || 11 equetius
P || 12 uultu suo L || 15 post desiderio P *praeb.*: ē nomen breue,
M: ē nomen p(uentura) | hvnc . . . et. om. MP || 16 senes fiunt
pater et filius Pb | senesciunt Pa || 18 a quo LP || 19 paulum
M | cadentes Pb | adfixeñ M adfixerunt Pa || 20 nominū MP ||
21 corona P | fertilis non est, Glisas autem ? || 22 simul Glisanta
L glisanta MPa glis Pb | infecunda cerere Pb | tristantur L |
uenit M || 23 et om. Pa || 24 quadrigos M | cuius L cū MP ||
25 accepit Pb | ex eo L || 26 est om. MPa | ex Peleo om. M

Myrmidones nuncupati sunt a formicarum origine. *μύρμηκες* enim Graece formicae dicuntur. — hunc Hypseum in nono libro Capaneus occidit.

312 NAM TERGO NVNQVAM METVS siue quia hic uirtutis suae praerogatiua nunquam fugiebat, siue quia uetus consuetudo fuerat, ut lorica nunquam nisi pectus tegeret, ut spem fugae eriperet pugnaturis. quod Sallustius <Iug. CVII 1> apertissime dicendo monstrauit: 'et in maximo metu nudum et caecum corpus ad hostem uertere' id est: quod nec oculi nec lorica muniebat.

314 IRRITA VOTO quae in percutiendo nunquam auctoris sui uota decept.

315 ASOPUS fluius. hic cum raptam a Ioue filiam Aeginam aequo animo ferre non posset, omni aquarum agmine concitatus caelum petebat infestus. hunc Iuppiter fulminauit. unde hodieque dicitur eo tempore, quo fulmen excepit, prunis uiuentibus fluere. ideo dixit <u. 325>: 'adhuc ripis animosus gurges anhelat'. hunc Asopum breuiter etiam Lucanus describit dicendo <VI 374>: 'accipit Asopos aquas'.

321 NONDVM ISTA LICEBANT uitare uirgines alienas.

323 CONSERUITQVE MANVM contra nubes et fulmina.

NEC QVEM IMPLORARET HABEBAT quia huic bella commouerat, a quo omnia numina auxilium postulare consueuerant.

1 nuncupantur Pb | mirmices MPa mirmites Pb || 4 siue . . . fugiebat om. Pb || 6 ut a lorica Pa | nusquam ? | peccatus Pb || 7 fugere corr. in fuge M || 8 aptissime Pb | monstrauit dicendo L | in om. Pa || 9 metu *sumpsi ex Sall.* omnium et LMP | ad hostes Pb || 11 IRRITO M | VOTI *Statius* || 12 decipit LPb || 13 Asopus Pb || 15 concitato Pb || 16 unde] uerum L | eo om. Pb || 17 primus LP prumis M | urentibus ripis L urentibus undis Pb || 18 ripi M ripas Pb | anhelet M anhelis *Statius* || 19 breuē MP | eē MPb | describit Lucanus dicens L | accepit MP om. L || 20 aquas áscopus Pb | cursus *Lucan.* (aquas *legitur in u. 376*) || 21 NOND. ISTA om. MP | LICEBAT LPb | uitare et alienas om. Pb || 22 Conferū corr. in Conserunt M Conserū Pa. Cum serenum Pb | manus MP || 23 imploret M | hinc M adhuc Pb | commemorat Pa || 24 consueuerunt Pb

327 AETNAEOS nimios. in similitudinem Aetnae fulminatus est Asopus, et ipsa aqua efflat adhuc fulminis minas.

330 ITONAEOS ut ipse supra <II 721>: 'Aonia diuertis Lind. p. 254
5 Itone'. in qua Itonus regnavit, Herculis filius. haec ciuitas Boeotiae est. hinc Bacchylides Mineruam Itoniam dixit et Alalcomenen ipsam significauit. hic Bacchylides Graecus poeta est, quem imitatus est Horatius in illa ode, in qua Proteus Troiae futurum narrauit excidium.

10 331 QVOS MIDEE Boeotiae ciuitas, in qua Alcmena nata est, Herculis mater.

332 AVLIDA Aulis dicta est ex eo, quod illic omnes Graeciae reges in excidium Troiae coniuraturi conuenerant. unde Virgilius <Aen. IV 425 sq.>: 'non ego cum Danais
15 Troianam excindere gentem Aulide iurau'. PLATAEAS Boeotiae ciuitas. ut supra <IV 373>: 'nuntiat excubiis uigiles arsisse Plataeas'.

333 REFLVVMQVE quia septies in die fluit et refluit quemadmodum Siciliense fretum, quod certis horis fluit
20 ac refluit. unde Lucanus <V 235>: 'Euripusque trahit cursum mutantibus undis'.

334 QVA NOSTER HABET bene noster, quia est Boeotiae et Euboeae.

335 ANTHEDON ciuitas est Boeotiae inter Euboeam et
25 Boeotiam constituta. GLAVCVS hic piscator fuit de

1 fulmineos anon. *Heidelb.* | in similitudine Pb | Aetnae om. Pb | fulminatus edine (om. est) M || 2 afflat Pb || 4 ITONAEOS . . . Itonus om. P | ipsa M || 6 *Anthol. lyr. ed. Bergk-Hiller p. 275* | et ithoniam Pb || 7 Alcomenem L alchomenē M alchmenen Pa alchemonem Pb | hic . . . est¹ om. L || 8 est² om. M | oda Pb || 9 *carm. I 15* | narrat L || 10 MIDIE LMPb mide Pa | alchomene MPa || 11 *post mater leguntur in L*: et in qua etiam colitur Minerua || 12 quia omnes illic L || 14 unde om. Pb || 15 Platea M || 16 urbs L || 18 septies om. Pa || 20 ac refluit om. L || 22 QVA om. MP | ABIT L | bene noster om. LP || 24 Ante dū M | est om. LMPa || 25 constituta om. L | ante constituta ITONAEOS . . . Itonus supra omissa inseruit P | fuit & de L

Anthedone ciuitate, qui extractam mari praedam proiecit in litore. pisces herbarum tactu reuixerunt. intellexit Glaucus hanc illorum graminum naturam esse, ut immortales efficerentur, qui ea gustassent. itaque auellit et assumpsit. quo facto ilico deposito humano corpore in 5 marinum uersus est deum.

336 POSCENTES IRRVMPIT AQVAS quasi eum desiderarent maria deum sibi fieri.

337 EXPAUIT postquam se uidit Glaucus deformem uel biformem factum, expauit. ita enim marina numina 10 Virgilius formauit dicendo <Aen. X 210 sq.>: 'cui laterum tenuis hispida nanti frons hominem praefert, in pristim desinit aluus'.

338 ET TORTA circum caput rotata.

339 GAESA hastae Gallorum. Virgilius <Aen. VIII 15 661 sq.>: 'duo quisque Alpina coruscant gaesa manu'.

340 CEPHISE Cephisus fluuius, Narcissi pater, cum caede Zephyri prostratus esset, Apollinis miseratione sanatus est. hoc ergo dicit: in auxilium tu quoque filium destinasses, nisi iam palleret in flore. Thespius enim fuit 20 Narcissus Cephisi fluuii. cuius etiam Lucanus meminit dicendo <III 174 sq.>: 'quos impiger ambit fatidica Cephisos aqua'.

341 NARCISSVM Narcissus uenandi studiosus fuit. quo labore fatigatus uenit ad fontem, ut restingueret sitim. 25 qui in fontis speculo imaginem suam uidit et amauit, cum putaret alienam. et cum coepisset eius desiderio cottidie intabescere, in florem sui nominis est mutatus.

1 ciuitatis **M** | qui cum . . . ex mari . . . proiecisset **L** ||
 3 immortales **MPa** || 4 eam **L** || 5 apsunsi **Pb** | illico **LPb** ||
 7 Poscentis **MP** | IRRVMPIT *om.* **MP** | cū **M** || 9 Glaucus postquam uidit se **L** || 12 homines **Pb** | pferre **MPa** | pistrin **L** | pystrin **M** | priC **Pa** | pistrim **Pb** || 14 *et om.* **Pb** | retorta **Pb** ||
 15 hasta **L** || 16 coruscat **MP** || 19 ergo] autem **Pb** | in] aut **M** | filium *om.* **Pb** || 20 enim] autem **Pb** || 21 cethesi **M** | coethisi **Pa** | cetesei **Pb** || 22 impiger *om.* **M** | ambit *om.* **LMP** | cephis⁹ **M** ||
 25 restringueret **M** || 26 quo **Pb om.** **MPa** | in speculo fontis **LPa** | in speculo **Pb** || 27 quotidie **L** | quottidie **Pb** | cotidie **Pa**

342 ALLVIS irrigas, ne marcescat.

344 PHOCIDA a Phoco, Aeaci filio, quem Peleus et Lind. p. 255 Telamon occidisse feruntur. a cuius nomine ciuitas nuncupata est, in qua Oedipus Laium, dum patrem quaerit, occidit. quae ciuitas tres habet uias, quae se post multa spatia in unam iungunt plateam, ut ipse in primo <uu. 64 sq.>: 'trifidaeque in Phocidos arto longaeuum implicui regem'. QVIS PANOPEN tres omnes ciuitates sunt Phocidos.

10 345 LEBADIA ciuitas Apollini sacrata, in qua Tropho-
nius et Agamedes Tauropolitae fratres fuerunt, filii Augae famosissimi.

347 AVT CIRRHAM Parnasus mons est Phocidos, qui in duo iuga diuiditur id est in Cirrham et Nysam. Cirrha ergo etiam ciuitas dicitur circa montem Parnasum posita. haec habet stagnum Apollini consecratum. de quo ipse ait superius <I 62>: 'si stagna peti Cirrhaea bicorni'.

348 CORCYIVMQVE NEMVS quidam 'Ogygium' legunt, quia post Cadmum Ogygius Thebas rexit. quo uocabulo antiqui Thebanos intellegi uoluerunt. post etiam nemori est hoc nomen impositum. etiam tumulus circa Thebas ita uocatur.

351 ASPICE LAVRVS ita se deuotos Apollini demonstrabant, ut et lauro coronati incederent et maximos eius actus scutorum aptarent insignibus.

353 CAEDE PHARETRAS Niobe, uxor Amphionis, cum quattuordecim procreasset filios — septem uirilis sexus,

1 ALLVIT LM | irrigauit L inrigat M || 3 celemon M | dicuntur Pb || 4 quaereret L || 7 in om. Pb | arce Pb arcto LMPa | implicuit M || 8 Qua Pa Quia Pb | panapen P | omnes om. Pb || 10 sacra LP | Triphonius L || 11 Latamedes LP datamedas M corr. Barth. | tauropolitus Pb || 12 formosissimi L || 13 Parnassus L parnassos MPa || 14 id est om. Pb || 15 circa . . . posita] a cyrrha monte parna(s)so in quo ē (om. Pa) posita P | sita L || 16 sacrum Pb || 17 ait om. L | petij L petā M petiit Pa petiuit Pb || 18 CORCYIVMQVE L | aogigium M || 19 q M | ogiges Pb || 20 intelligi uolebant LP || 21 hoc om. M | inpositū M || 23 lauros MPb || 25 armarent Pb || 26 pharetre Pa || 27 peperisset L

septem feminei — fecunditatem partuum suorum Latonae praeposuit. qua re commota filios suos Apollinem et Dianam in ultionem suae instigauit iniuriae. cuius Niobes filios quattuordecim uterque deus sagittis exstinxit: Apollo pueros, puellas Diana.

355 **NAVBOIVS** hic Lai fuit auriga.

356 **SECVRA** sine metu futuri parricidii.

358 **NOSTRO CVM SANGVINE CERVIX** ostendit eo tempore, quo Naubolus Lai auriga fuit, se Phorbis armigerum fuisse et optat, ut eo, quo errore occisus est Laius, filii 10 pariter interissent, ne ad videndum fratrum scelera seruerentur.

Lind. p. 356 360 **REPENS** et aduerbium potest esse temporis et nomen participiale. ostendit Phorbantem loqui intercepta singultibus uoce minime potuisse.

363 **SOLLICITVM DECVS** quia illi cura est Antigones uirginitatis custodia.

364 **SERAS TIBI DEMOROR** propter te seniles annos in uita demoror.

365 **FORS EADEM** ut, quomodo Laium, sic eius nepotes 20 aspiciam perire.

366 **INTEGRAMQVE RESIGNEM** sicut accepi seruandam, integra nuptiis uirginitate restitutam.

369 **TRANSABIERE DVCES** narratione elapsi sunt.

370 **CARYSTE** insula est iuxta Euboicum fretum. quam 25 saxosam ideo ait, quoniam ibi marmora nascuntur, quae

2 irata **Pb** || 3 insignauit **Pb** | niobe (**M**)**P** || 4 exstinxit sagittis **L** || 6 lai **Pb** | fuit . . . Lai *om.* **Pb** || 9 fuit auriga **L** | Phorbantem (*om. se*) **L** || 10 eo *om.* **L** | errore quo **LPb** | terrore **M** | est Laius *om.* **Pb** | filius **Pa** *corr. ex* filios **Pb** || 11 interiissent **L** | interisset **P** | ad diuidendum **LP** | seruaretur **P** || 14 participiale **LM****Pb** | loqui *post uoce praeb.* **L** || 16 illic **M** || 18 **SERAS** *om.* **MP** || 19 de uita **Pb** || 20 **Frons** **M** | quemadmodum **L** || 21 perire *om.* **MP** || 22 **INTEGRAMQVE** *om.* **MP** | accepit **Pa** || 23 integram **L** *om.* **Pa** | uirginitatem **L** uirginitatis **Pb** | restitutam **MPb** || 24 egressi **Pb** || 25 **CARISTAE** **L** carista **Pb** | euboicum **Pa** euboicum **Pb** || 26 quia loci **M**

a loci uocabulo Carystia dicuntur. unde Lucanus <V 232>:
'qua maris angustat fauces saxosa Carystos'.

371 NON HVMILES AEGAS ualde omnibus notas.

CAPHAREA MONS est altissimus naufragiis Graecorum notus
5 omnibus in finibus Euboeae.

378 VLTRO non coacti. IURASTIS iurare proprie
est, quotienscumque sacramento exercitus in aliquo bello
conspirat. siue quia legiones, cum scribuntur, ante in
sacramenta militiae compelluntur iurare.

10 386 HIC ERAT ET FRATER hostili animo, quasi iam
non est, dixit.

388 RELICTVS ut inuenias me carentem auxiliis et
occidas.

393 PERSPICVAS SIC LVCE FORES siue adueniente die
15 perspicuas siue ex cratibus factas, quae raritate uirgarum
conexae lucem admittunt.

394 DVM TERRA RECENS dum adhuc ros in gramine
est, quo tempore gratiora sunt pecoribus pascua.

396 HVMVM TRACTVRA lactis pondere praegratuata.

20 397 SVCCIDVAS tardantes a succidendo. siue, ut feturae
succedentem subolem demonstraret, succiduas dixit id
est uicarias.

402 MORE FVGAE fecit enim formido ueloces.

Lind. p. 257

403 PRODIGIALE CANENS nescio quid prodigiale de-
25 nuntians. PRAEUIA FATI certa enim bellantibus sors
est mortem sperare.

404 VOLVCRESQVE FERAEQVE hoc loco res prodigiales
poeta describit.

405 SIDERAQVE ignota sidera apparere tempore belli

1 caristea MPb || 3 omnibus ualde L || 4 naufragio L | om-
nibus notus LP || 6 coacta Pa || 7 sacramenta P || 8 quia om.
Pb || 11 esset L || 14 PERSPICVAS om. MP | sic om. P | foras M ||
16 cōnexae L || 18 est om. L || 19 tactura P | granata M pre-
gratuatas Pb || 20 ut om. Pb | feturę corr. ex futurę M || 21 sobo-
lem LPb | in animo habuit succiduanias | id est om. Pb || 22 uicinas
Pb || 23 Mox refuge M | facit Pb || 24 qđ M | pronuntiās Pb ||
27 poeta post loco pos. Pb | prodigiales res LP || 29 ignea Pa

certissimum est et frequentia fulmina fieri. AMNES inter cetera prodigiorum genera fluuiorum etiam incrementa ponuntur incerto tempore.

407 CLAVSAEQVE DEORVM in Cirrha tantum prospera deorum dabantur oracula. nam cui exitum imminabat, 5 taciturnitate templi penitus damnabatur.

411 ELEVSIN ciuitas est Atticae regionis haud longe ab Athenis, in qua regnauit Celeus, qui Cererem, dum filiam quaereret, liberalissime suscepit hospitio. in qua ciuitate Cereris sacra consueuerant uirginum ululatus et 10 saltationibus celebrari.

412 SPARTE apud Spartam aperto templo eodem tempore Castor et Pollux dimicare inter se uisi sunt. ex quo omine colligebant Eteoclen et Polynicen impia inter se bella gesturos. 15
TEMPLIS RECLVSIS quia Apollinis oraculum est illic Hyacinthi et Amyclaei.

413 AMYCLAEOS Amyclaei fratres sunt Castor et Pollux.

414 LYCAONIS VMBRAS Lycaon pater Helicae ursae fuisse dicitur, qui dolore stupratae a Ioue filiae deos humanarum carnum cibus uiolauit. ob quam rem in for- 20 mam lupi dicitur esse conuersus.

415 SAEVO CAMPO in quo uictor filiae sponso solitus erat necare.

416 OENOMAVM Atalantes patrem.

417 DEFORMEM CORNV cum uno cornu ante fuerit ab 25 Hercule uiduatus. quare eum nunc poeta ambo amisisse describit, ut omen diri belli tradi possit, quod utroque cornu Achelous truncatus uideretur, quod signum peritorum germanorum manifestissimum fuit.

2 inter certas Pb || 4 tñ Pb || 5 cuius exitum P || 6 perit' M || 7 ELEVSIS L elesim Pb | haut M aut Pa || 8 Teleus L oileus Pb || 10 consueuerunt Pb || 12 SPARTAE L || 13 inter se ante Castor posuit Pb || 14 homine Pa omnem Pb nôe M | Etheoclem L | Polynicem LMPb | impie Pb || 15 Templi M || 16 illic om. Pb | Hyacinthi et Amyclaei om. L || 18 Helice L elice MP || 19 dicitur om. Pb | deos om. Pb || 20 causam Pb || 22 auctor Pb || 24 Atalantae L at(a)lantis MP || 26 uiduat' M | ambo . . . possit om. Pb || 27 in utroque Pa || 29 certissimum L

419 CONFVSVM IVNONIS EBVR confusum dolore siue turbatum siue pudore uerecundatum.

420 GEMINI MARIS Corinthios dicit, qui Euripi incolunt partem. ut Horatius <car. I 7, 2 sq.>: 'bimarisue Corinthi
5 moenia'.

421 PALAEMONA PONTO Palaemon deus marinus est, qui | portubus praeest. cuius nota est fabula. Athamas Lind. p. 258 post furorem a Iunone immissum cum occiso Learcho Melicertam, alterum filium suum, cum uxore sua Ino per-
10 sequeretur et se illi in mare praecipitassent, uoluntate numinum in deos uersi sunt: Melicerta in Fortunum, qui Graece Palaemon dicitur, Ino in Matrem Matutam, quae Graece dicitur Leucothea.

423 PROHIBETQVE TIMERI quasi imminetia mala etiam
15 prodigiis nuntientur, ne caueant homines, numina credi uetant.

424 ASOPE TVAS Thebarum fluuius, cuius Aeginam filiam in aquilam mutatus Iuppiter uitiauit.

427 ANIMOS incrementa.

20 428 SEV MONTANA frequenter loca altiora abundant niuibus, quae, cum aduentu ueris liquefiunt, addunt fluminibus incrementa. FLVMINIS aduentus describitur Argiuorum.

437 ALTERA TELLVS ulterior ripa.

25 440 VISAEQVE ACCEDERE RIPAE ad opinionem rettulit armentorum, quibus transeunte tauro fluuii altitudo minor et latitudo breuior uidetur effecta.

441 ACCOMMODA CASTRIS positio castrorum describitur. Lind. p. 259

445 INSTANT id est: nullus erat tam excelsus prope

1 CONFVSVM om. MP || 2 uerecundatum pudore Pb || 3 corinthos M oritum Pb | quia uel P || 6 est om. L || 7 preest portubus Pb || 8 inmissum M || 9 melicerta MPa | prosequeretur L || 11 conuersi Pb || 12 matutē superscr. ā M || 17 schol. 424 om. Pa | fluuius Thebarum L || 20 altiora om. M | habundant M || 21 ueris aduentu L || 25 VISAEQVE om. MP || 26 (tauro om.) fluuiio L || 27 uidetur unde Pb | effeta P || 28 portio Pb || 29 id est om. L

collis, cuius altitudo uel despectus castris esse posset incommodus.

446 NEC LONGA LABOR nec multo labore dicit castra munienda.

448 ELATAE RVPES in murorum uices rupes naturae beneficio uidebantur aequatae. 5

449 PINNAE castrorum excelsa munimina.

450 CETERA DANT IPSI quae deerant munitioni castrorum, manuum opere claudebantur.

451 EREPSIT egressus est et sine sensu transiit. 10

456 AMPHIONIS ARCES prae timore somniantibus muri Thebani, quos Amphion extruxerat, uidebantur inualidi.

458 MAIORESQVE TIMOR maiora enim nobis uidentur omnia, quae timemus.

462 MANDANT FVNERA commendant, ut, si mortui fuerint, eorum sepulturas procurent.

463 SI TENVIS DEMISIT LVMINA SOMNVS id est ad soporem laxauit a rigore uigiliarum. si leuis ergo somnus eos oppresserit, uidentur sibi bellare.

468 AVT VTRIQVE PATREM quia ambobus fuerat inimicus. ILLE Oedipus pater. 20

Lind. p. 260

470 IAM GELIDAM PHOEBEN noctem. lunam enim pro nocte posuit.

471 HAVSERAT attenuauerat, absconderat. TVMET feruet. 25

472 RECLVSVM quia ipsum parturit solem. siue sedatum. oriente enim sole tempestas quiescit.

474 OBSITA nigro amictu tecta.

477 ANTIQVISSIMA Furiae addit insaniam eam potissi-

1 castris om. L | posset & Pb | esse incommodus posset L Pa
 eē possit incōmodus M || 5 schol. 448 in P post schol. 450 legi-
 tur || 8 dederant P erant M || 9 manu MPa | opere Pb | addeban-
 tur L || 10 Erexit Pb | transit Pb || 18 uobis Pa | uidentur nobis
 L || 16 procurarent M || 17 dimisit MP | est si ad L || 18 a rigore
 uigiliarum laxauit L || 19 uidebantur L || 20 fuerit Pb || 22 noctem
 om. Pb || 24 Auferat M | timet P || 26 quia . . . solem pertinere
 uidentur ad TVMET | partitur L || 29 fuerit Pa. furere Pb fuere
 corr. in furie M | addidit L

num nominando, quam crudeliorem omnibus esse constabat. etenim Allecto antiquissimam quasi natu maiorem dixit. de qua Virgilius (Aen. VII 327): 'odit et ipse pater Pluton, odere sorores'.

5 485 EXPAVERE MANIPLI expauerunt armati Furiae habitum, qui matrem si eminus cognouissent, poterant reuereri.

490 MONSTRAVERIT HOSTEM pro 'monstrat'.

Lind. p. 26

494 MATREM MATREM ἀναδύπλωσις.

498 REX ARGIVE MIHI inuidiose dicit, quod deserta patria Argiuis maluerit imperare.

501 QVEM NON PERMOVEAS interrogatiue. hoc est: quem non permoueas formidine tanti exercitus? aut cui non iam metum incutias, cum post exsilium reuertaris ad patriam?

15 506 IVBEOQVE ROGOQVE et personam seruat et tempus: iubet filio, exsulem rogat iure uenientem.

508 QVID AVFERS LVMINA interpositio est.

512 FAS OMNE aequitas siue iustitia seu consanguinitatis affectio.

20 513 DVCENTE TIMERES quasi de scelerato patre dicit potuisse mali aliquid merito filium suspicari, qui occiso patre postremo matrem duxit uxorem.

515 EXCVSO FVRORES defendo quasi iustos innocentia mea.

523 QVID ME ORO DECET id est: multo plus uobis

25 ego illum diligere, debeo, quem pepererit.

524 AB HYRCANIS Armeniis. hoc dicit: si hoc a ferissimis gentibus postulassem, potuissem mereri, ut me media fratrum discordia sopiretur.

1 (constat Pb) || 2 adlecto M ablecto Pb Allecto L | maiorem natu Pb || 3 odit . . . Pluton om. M || 4 audere M | odere sorores ante odit pos. P || 9 MIHI om. MP | dixit LP || 10 imperare maluerit LP || 11 promoueas Pb || 12 pmoueas aut P || 13 non iam metum M misericordiam non LPb non misericordiam Pa || 15 et¹ om. M || 16 iubeoq; Pa iubetque Pb | filium Pb || 17 Quod P || 18 siue Pb || 22 dixit Pb || 23 furem P furore M | defendo . . . plus om. in marg. add. M | iustus LMP om. Mon. | in nocentia Vollm. || 25 debeo illum L || 26 AB om. MP | hec Pb | a ferocissimis L afferimis M afferis nim' Pa || 27 potuissem om. Pb | me om. LPa

525 VICERE FVRORES qui sunt nostris sceleribus saeuiores.

528 NVTANTES capitum motu trementes.

ind. p. 262 531 IRA MINOR uisis enim cominus uenabulis leonum
ira quiescit.

540 NEC FRATER ERAM quasi Eteocles in fratrem, si 5
potestas detur, crudelior sit futurus.

542 PACISQVE SEQUESTRA sequester dicitur, qui
certantibus medius interuenit, apud quem cuiuscumque
futuri certaminis pignora deponuntur. hoc uocabulum ab
sequendo factum est, quod eius, qui electus fuerit, utraque 10
pars fidem sequatur.

ind. p. 263 544 AD COMMERCIA NATVM nudando | uulnera, quae
insidiis nocte susceperat, et ostendendo perfidiam Eteoclis
crudelitatemque fecit cunctis inuisam.

547 HEV NIMIVM MITIS apostropha ad Polynicem. 15

550 TENE ILLE interrogatiue.

552 ANTE HAEC EXCVSSO comparatio ab impossibili.
ante, inquit, potest fieri, ut haec hasta, quam gero, ex-
cussio ferro frondescat, quam Eteocles sit germano mitis-
simus. 20

555 CASTRA PATENT dicit Tydeus etiam Argiua castra
Eteocli patere. quare ad uisendum fratrem nunc ipse
potissimum ueniat. nec aliquid, quod in nostris castris
timendum sit, exstitit. necdum enim aliquid hostile com-
misimus. 25

ind. p. 264 564 AD FLVMINA iuxta.

566 ERYTHRAEIS Indicis. Graece dixit. a colore mar-
moris rubri $\xi\rho\nu\theta\rho\acute{\alpha}\nu\ \theta\acute{\alpha}\lambda\alpha\sigma\sigma\alpha\nu$ uocant mare, quod est inter
Aegyptum et Indiam.

1 nostris sceleribus sunt L | uris Pa matris Pb || 3 uisis Pa
uincis M uictis? | cominus LPb || 4 quiescit om. M || 5 ERAM] enim
M || 9 certaminis futuri L | seponuntur MPa | ab obsequendo LM
aliabus sequendo Pa || 10 lectus Pa || 13 in insidiis LPa | et] ut
P || 15 HEV om. MP | ad apollinem Pb || 16 ILLE om. Pb || 17 ex-
cussū M | impossibili M || 18 haec om. Pa || 22 parere Pa om.
Pb | nunc L nō MP || 23 ueniet M | nec om. M || 24 enim] nec
Pb || 27 calore M | maris Lc || 28 erira thalassen/// M erytratha.
lalen Pa eritria talasen Pb | uocant quod mare est Pb

567 MERITAS solutas iugo.

569 SANGVINIS OBLITAS mansuetudine, feritate carentes.
ut Lucanus <IV 239>: 'atque hominem didicere pati'.

574 GRASSATA quae nihil depraedando uastauit.

5 MANVS OBVIA unde mansuetae dictae sunt ferae, id est:
quae manu pasci consueuerunt.

576 VAGA RVRE zeugma est: si quando uaga rure
quies est illis. aut certe uaga rure pro 'ipsae uagae'.

585 IMPETE VASTO ἀντιπρωσιν fecit. ut Lucretius dixit
10 'impete' pro 'impetu' libro quinto <uu. 910 sqq.> 'aut
hominem tanto membrorum esse impete natum, trans
maria alta pedum nisus ut ponere posset et manibus totum
circum se uertere caelum'. item libro primo <uu. 292 sq.>:
'quam libet in partem, trudunt res ante ruuntque impetibus
15 crebris'.

586 OMEN quod ab auriga incipit, qui est cito mori-
turus.

589 PREMUNT insecuntur.

593 HASTILE RESVMENS hoc est: multa simul sumpsit
20 hastilia.

603 ACONTEA hunc Acontea, qui tigres occidit, Phegeus Lind. p. 2
ense percussit.

604 GEMINOQVE hoc est duarum tigrium morte gau-
dentem.

25 605 TEGEAEA Arcadica.

606 TARDI quia iam mortuo Aconteo auxilium ferebatur.

612 ITE AGE increpans Tydeus. ut Turnus in Virgilio
<Aen. XI 459 sqq.>:

2 OBLITAS om. Pb || 4 depraedando uisitata M || 5 mansuetae om.
Pb | dictae om. L | id est om. L || 7 zeuma M Teuma Pa geuma
Pb | rure] rura mire MP || 8 qui est MPb | illis om. MPb | certa M |
rura. LPb || 9 schol. 585 post schol. 593 praeb. P | antithesin MP |
ut] & LP || 10 libro sexto MP lib. VI L || 11 esse] ex L posse
Pb || 12 nixus Pb | posset] iussit LMPa iuxit Pb || 14 tradunt L |
ante] aut Pb || 16 Oram M | quod om. Pb | est om. MPb | morit-
M || 18 insecuntur L || 19 RESVMENS om. MP || 23 GEMINO L ||
25 TEGEA LMP | archadia Pa

'immo, ait, o iuvenes, arrepto tempore Turnus,
cogite concilium et pacem laudate sedentes;
illi armis in tecta ruunt'.

622 RETRO VEXILLA ut ostenderet tumultuarie pugnari,
peruersum ordinem exercitus monstrat. dicit retro post 5
aciem esse vexilla, quae solent militum cuneos anteire.

631 HORRENT TYRRHENOS tubarum cantus.

632 SIDONIVM Thebanum. nunc ergo poeta diuersorum
mortes ueluti Musa monente describit. MALE FIDVS

ind. p. 266 infrenis, qui | timore armorum teneri non poterat. 10

633 RVPENTEM retro trahentem, ut nimio conamine
frena rumpere crederetur.

634 VENIT HASTA PER ARMOS equi scilicet. possumus
etiam scapulas hominum armos dicere. ut Virgilius
<Aen. XI 644 sq.>: 'latos huic hasta per armos acta 15
tremat duplicatque uirum transfixa dolore'.

639 IN TERGA equina quasi domini.

641 MENOECEVS iste Thebanus est, quem in catalogo
Phorbas Antigoniae monstrauit euntem inter duces. dixit
enim <VII 250>: 'quae noster signa Menoeceus'. 20

642 PARTHENOPAEVS diuersorum mortes Virgiliane poeta
describit.

645 DIVIDVVM a diuisione, dimidium a dimidione dici-
mus. hic ergo diuiduum in duas partes diuisum posuit.

647 ABAS hic Thebanus est, qui uictor rapere spolia 25
cupiebat. CORNV hasta. Graece. ut Virgilius <Aen.
IX 698>: 'uolat Itala cornus'.

1 o ciues *Verg.* | accepto L | arrepto . . . sedentes om. Pb ||
2 consilium MPa || 3 in regna *Verg.* || 4 pugnam iniri L || 5 mon-
strat exercitus Pb | demonstrat L [dicit] dicit ergo L(Pa) dicens
ergo Pb || 8 thebarum M || 9 admonente Pb || 10 infrenius Pa
infremis Pb || 13 VENIT HASTA om. MP | equi . . . armos² om. Pb ||
16 transfixi M | dolorem L || 17 Integra MP || 18 ipse Pb | fuit
L || 19 Antigone LMP | monstrauit ei euntem M || 23 dimidione
M dimensione L dimeione Pa demensio Pb dimidiatione? |
dictum L || 25 spolia rapere Pb || 27 uolatile cornu Pb

650 EMANSISSE pro 'emanere'.

651 MUTARE FVROREM ut sacrorum furorem bellorum insania commutares.

654 INSTITA PILO fasciola est, quae imam uestem suo pingit ornatu. ut Horatius <sat. I 2, 29>: 'quarum sub-suta talos tegat instita ueste'.

655 LANVGINE ad opinionem rettulit, quia per pilos uidentur malae crescere.

656 TYRIO SVB TEGMINE id est: sub ueste purpurea uidebatur splendor loricae.

657 VINCVLA PLANTAE calciamenta. ut illud <Aen. VIII 458>: 'Tyrrena pedum circumdat uincula plantis'.

658 CARBASEIQVE SINVS carbasus, qua fusi amiciuntur uel diuites, sericum est aut certe linum tenue. Virgilius <Aen. XI 775 sq.>: 'tunc croceam chlamydemque sinusque crepantes carbaseos fuluo in nodum collegerat auro'. ET FIBVLA RASILIS AVRO ad luxuriam rettulit pulchritudinem fibulae. erat enim foraminibus multis exornata, quas uulgo interrasas appellant.

660 VELOX CORYTOS *ὄπαλλαγή* pro sagittis uelocibus.

661 AVRATA LYNCE hoc | est: lyncis pelle aurata tectam Lind. p. habuit pharetram.

662 LYMPHANTE DEO hoc est furiis incitante.

664 APOLLO IUVENCA quia Cadmus Apollinis oraculo bonem secutus est et, ubi procubuit, illic condidit Thebas et ex bouis uocabulo regionem ipsam Boeotiam nominauit.

665 VOLENTES ab Amphione factum. qui summa dulcedine testudinis Cadmo Thebas condenti in eo loco auxiliatus est, ut saxa ultro per se applicarentur ad muros.

1 ET MANSISSE LP | p̄ M | manere LMP || 2 FVROREM om. MP | sacra Liberi in furorem L || 4 quia M || 6 subdita talos tegit Pb || 9 *schol.* 656 om. Pa | id est . . . VINCVLA om. Pb || 12 circumdata LP circūdatu^s M | uincula om. LMP || 13 quo MPa | fusi MP || 15 chlamyden LMPa || 16 carbaseos .. rettulit om. Pa | in om. LMPa || 17 ET FIBVLA om. MPb || 19 quasi Pa quos M || 21 est om. Pb || 23 DEO om. M || 25 est om. Pb | Thebas condidit L || 26 et om. Pb || 29 adplicarentur P *corr. ex* adplicauer̄ M | ad om. Pb

667 GRADIVVSQVE SOCER per draconem, Martis filium, qui a Cadmo dicitur interemptus. ex cuius sanguine multitudo nata est armatorum.

674 VVLNERA NESCIT maior cupiditas est praedae quam timor mortis. nec cauet, ut vitet exitium, sed festinat, ut rapiat.

675 INIQVO pedestri certamine urgetur. ut Virgilius <Aen. X 889>: 'pugna congressus iniqua'.

676 LIBRABAT considerando, ubi percutiat. CVPRES-SVM hastam significavit.

679 CUI FVRIS id est Liber, in cuius honorem furi-bundus aduenis.

681 RELIQVIT id est penetrauit.

682 CREPAT sonat. ut Virgilius <Aen. XI 775>: 'sinus-que crepantis'.

683 ERVPTVS nimius sanguis siue multum fluens.

685 MARCIDA uino plena siue squalida. PLANXERVNT praeteritum pro futuro. ISMARA Ismarus mons Thraciae uitibus consitus.

686 TMOLVS mons Ciliciae. NAXOS insula est, in qua Theseus Ariadnem dormientem reliquit.

687 ORGIA GANGES orgia triennalia Liberi sacra sunt. quae dicit modo etiam Indos colere, postquam a Libero patre uicti esse noscuntur.

ind. p. 268 689 AD CIVES contra ciues.

691 AC MVLTO PVLVERE VERTIT CAMPVM INDIGNANTEM quia excitus puluis notitiam loci commutat.

694 CLIPEVM GALEAMQVE INCENDIT illuminat.

1 filius Pa || 2 sanguine MPa dentibus LPb || 4 noscit Pb | praedae est ei L || 7 Inquo MPa | urgentur Pa | ut Virgilius om. MP || 9 Librat MP | concuciat Pb || 10 significat Pa || 11 Cui tu M || 13 id est om. LPb || 14 ut om. Pb | sonatque L || 15 crepan-tes MPb || 16 nimium Pb | sanguinis Pa || 17 seu L || 18 Ismaro superscr. a M || 20 molus M | Siciliae LMP Lydiae? || 21 Adrianam Pb || 22 GANGES orgia om. LP || 23 qui M | & modo Pb || 24 patre om. Pb || 25 schol. 689 om. P || 26 AC MVLTO om. L | INDIGNANTEM om. L || 27 exercitus Pb | loci notitiam Pb || 28 GALEAMQVE om. MP | inluminat MPa

695 SIDERE splendore uel gratia.

699 CERTVS ET IPSE NECIS quia augurio suam prae-
uiderat mortem. desperatione ergo uitae fortius dimicat.

701 LAETIOR aiunt enim futura sentire morituros. ut
5 Virgilius <Aen. X 740 sq.>: 'te quoque fata prospectant
paria atque eadem mox arua tenebis'. EXPERIENTIA
CAELI doctrina et scientia auguriorum.

702 SI VACET liceat. Virgilius <Aen. X 625>: 'hacte-
nus indulsisse uacat'. CONTERMINA uicina morti.

10 704 SVPERBIT uictoriae felicitate fit laetior.

706 DIVERSVS dissimilis.

710 IMMOLAT VMBRIS quasi uictimam, ut in sacris ipse
consueuerat. nam hoc uerbo poeta ad sacerdotis nomen
allusit. | aptum est enim occidenti sacerdoti tale uerbum. Lind. p. 21
15 Virgilius de occiso sacerdote dixit <Aen. X 540 sq.>: 'lap-
sumque superstans immolat'. hic de occidente sacerdote
ita dixit.

712 FALCATO CVRRV COMMINVS solent enim in axibus
curruum falces exstare, quae incurrentes hostilem populum
20 caedant.

715 SACRVM consecratum.

716 INVITVS ostendit, quomodo inuitus. dicit enim:
ante demiserat telum, quam Lycorea agnouisset Apollini
consecratum.

25 720 SCRVTATOR AQRVARVM piscator.

724 AVERTERE ad se conuertere.

725 HAVD IPSE MINVS non minus Hypseus Amphiarao. Lind. p. 27

TIRYNTHIA ROBORA agmina. id est: Nemeaeos iuuenes
et Graecam uastabat aciem.

2 qui M || 5 facta LP | prespectant Pb || 6 atque . . . tenebis
om. L || 8 si liceat L || 9 iuuat Pb || 12 uictima LPb | ipse in
sacris LPa || 14 elusit M alluū Pa | sacerdotale L || 15 de occi-
dente Pb | Lapsuque L || 16 immolat om. L | hic . . . axibus
om. Pa || 18 FALCATO om. MPb | COMMINVS om. L || 19 exstare
corr. in constare M | qua Pb | incurrentem LPb || 22 dixit L ||
23. dimiserat LMPb | agnouissent MPa || 26 Aduertere Pb ||
28 Nemeos LMP

726 AVGVRE SANGVIS id est: cupiens cum Amphiarao configere ceteros quasi ignavos contemnebat occidere.

727 PROHIBEBAT INIQVO id est: prohibebat Hypseum multitudo, quae stipauerat Amphiaraum.

728 INDE de ipso cuneo. 5

731 ASOPE FAVILLIS fluvium inuocat, quem dudum a Ioue diximus fulminatum, qui indignatione ereptae filiae Ioui intulit bellum. quo facto igni diuino percussus est et, ut infamia eius excepti fulminis in aeternum maneret, dicitur hodieque illo tempore, quo ictus est, prunis arden- 10
tibus fluere.

734 COLLATVS bello comparatus.

736 INDVLGERE VOLENTEM concedere cupientem.

741 VVLNERA CITRA sine uulneribus solo terrore Amphiarai moriebantur. 15

742 IGNAVA sine ferro. DVBIVMQVE TVENTI dubium erat uidentibus, utrum onere tardatus esset Amphiarai an uelocior factus.

746 CAMPO TIMOR montis ruina, quae de altis saltibus cadit. 20

752 TELIS PARITERQVE MINISTRAT HABENIS armigeri et aurigae Apollo implebat officium.

754 FORTVNAM casum felicem siue euentum ferendi hastis contra Amphiaraum uenientibus detorquebat.

757 INFAMIS malae famae siue notus parricidio. 25

759 DEDIT immisit.

761 RIMANTVR TERRAS rimas agunt id est scrutantur. rimari enim proprie dicuntur sues, cum pascentes cibi gratia terram uertunt. PER ARTVS cadauerum membra. haec omnia signa erant hiatus futuri. 30

2 qđ ceteros Pb || 3 id est om. M | prohibebat om. L || 6 diximus a Ioue Pb || 8 igni om. Pb || 9 et om. Pa ut Pb | excepte M exceptit Pb || 10 ictus Pa || 12 Conlatus MPa | comparatus Pa || 13 uoluntatem M || 18 uelocit̄ M || 19 CAMPI L | de om. M | latos Pa om. MPb | alpius Pb || 21 -qve...HABENIS om. MP || 22 inplebat Pa || 25 famae om. Pa || 26 inmisit M || 27 rimam Pb || 28 rimari . . . uertunt post futuri praeb. MP || 29 terra uertuntunt cibi gratia Pb

766 NEC INSISTI MADIDVS abundantia sanguinis maiorem Amphiarao currendi lapsum faciebat.

767 DIFFICILES graues nimietate sanguinis equorum gressus.

5 771 SVMMVM ad ultimum aut summum deum.

Lind. p. 271

773 INREVOCATA quae reuocari non potest. futurorum epitheton diligenter seruauit poeta.

780 QVIS TANTVS MISERIS HONOR parenthesis. humiliter enim dixit se non fuisse dignum tanto honore numinis.

10 785 DEFERRE NEFAS scelus esse dicit ornamenta infularum et sacras laurus secum ad inferos ferre.

788 COMMENDO FVROREM quia in occidenda matre propria peccauit.

792 SCIT PERITVRA RATIS parenthesis est: non aliter
15 scit peritura ratis. sic et Apollo sciebat periturum Amphiarao et se subuenire non posse. SORORIS IGNE quia nautae, cum stellam Helenae uiderint — quae Vrania dicitur, cuius tanta est uis incendii, ut malum cauet et nauis ima pertundat, ut etiam si aes fuerit, hoc calore
20 soluatur — ergo si haec stella naui insederit, sciunt se nautae sine dubio perituros. et contra Castorum sidera sunt nauigantibus salutaria.

793 THERAPNAEI Therapne Laconicae ciuitas est.

795 SVMMAQVE TERGA QVATI superficies terrae.

Lind. p. 272

25 799 FRONDEA NVTANT iam siluis et cacuminibus arborum et muris dabatur cum hiatu ipsius terrae confusio.

1 insistit **MP** || 3 sanguis **M** || 6 IRREVOCATA **L** || 8 QVIS TANTVS *om.* **MP** || 9 dixisse **P** | fugisse **M** | nominis *superscr.* u **M** numerus **Pb** || 10 est **LPa** | dicit *om.* **M** | dicit . . . ferre *om.* **Pa** | infularum ornamenta **L** || 12 COMMENDO *om.* **LPa** | qui **P** *om.* **L** | in *om.* **Pb** | inocida *superscr.* in occidenda **M** in hoc occidenda **Pa** || 13 propietate **MP** || 14 est *om.* **LP** || 17 nauite **Pa** | uiderunt **P** || 18 est *om.* **M** | uis(us) est **P** | cauet *om.* **L** || 19 et nauis *om.* **Pa** | pertundant **Pa** | os **Pa** est **Pb** | sit **L** || 20 si *om.* **Pa** | nauis **Pa** | insederat *superscr.* i **M** | sciuent se nauite **Pa** || 21 sine dubio *om.* **Pb** | et *om.* **LPa** | econtra ? || 23 THERAMNEI **L** terranei **Pb** Therapni **M** | Theramne **LPb** | Laconiae **L** | ciuitas laconie **Pb** || 24 SVMMAQVE *om.* **MP** | Terra **MP** || 26 et muris . . . bellorum *om.* **Pb**

801 EXCIDERANT IRAE transitum est a causa bellorum.

805 BENIGNA TEMPESTAS benignam tempestatem dixit, quia naualia certamina prohibentur.

808 BELLI FLVITANTIS naualis certaminis faciem titubantibus militibus fecerat terrae motus. 5

809 SIVE LABORANTES dubitabant, quae causa esset tremoris illius, credentes terram mole et vi uentorum fuisse laxatam, qui per cauernas terrae discurrunt, uel hiulca uetustate soluisse uel situ aquae in solutionem uertisse, aut certe elemento oppressa maris undarum cessisse uirtu- 10
tibus aut ipsam terram fratribus perituris tremores ad omen fecisse.

812 VNDA LATENS dicunt enim quidam terram aqua fulciri uel ferri.

817 SIDERA ET VMBRAE aduersitate sua terrentur. sidera 15
timuerunt, ne erumperent manes, umbrae, ne admissa luce proderentur. ut Virgilius <Aen. VIII 246>: 'trepidant immisso lumine manes'.

821 RESPEXITQVE CADENS uel dolore morientis uel ut Apollinem quaereret utpote uates. 20

822 DONEC LEVIOR quia graui sonitu solida disiunguntur nec tamen eodem fragore hiulca iunguntur.

1 Exciderunt **M** Excideñ **Pa** || 2 TEMPESTAS *om.* **MP** || 3 prohiberent [~] **M** prohibent **Pa** || 4 nauilis **MPa** | sociem **MPa om.** **Pb** | titubantis (*om.* militibus) **Pb** || 6 dubitant **LP** | cause *ēē* **M** || 7 terrae motus illius **L** || 8 lassatam **LMPa** | que **MPa** quod **Pb** uel *om.* **MP** || 9 uetustates **Pa** | soluisse] al(1)ius **P** soli'e **M** situraq; **Pa** || 10 certe . . . uirtutibus aut *om.* **Pb** || 11 aut] uel **L** || 14 uel ferri *om.* **M** || 16 erumpent **Pb** erumperunt **Pa** ef parent **M** || 17 ut *om.* **Pb** | crepitant **L** trepidant *Verg.* || 18 immisso **M** || 19 mortis **L** || 20 ut poete ut uates **Pb** || 21 sonitus **P** || 22 eodem *om.* **Pa** || Explicit liber VII. Incipit liber octans **Pa**

COMMENTARIVS IN LIBRVM VIII.

Hic liber continet indignationem Plutonis apud inferos, Lind. p. 273
 quod rupta terra uenisset Amphiarus, eiusque de Ioue
 conquestio, eo quod contra ius legitimi foederis descen-
 disse, mittentisque Furiam eique praecipientis diuersas
 5 regum Argiuorum mortes. responsio Amphiarai ueniam
 postulantis uxoremque deuouentis. nuntius Palaemon
 narrans Adrasto de hiatu terrae et morte Amphiarai. de-
 speratio omnium post mortem Amphiarai cum eius laudi-
 10 bus. insultatio per noctem Thebanorum in excubiis. epu-
 latio, deinde electio Thiodamantis in locum Amphiarai
 eiusque placatio Terrae cum exsequiis Amphiarai et pre-
 cibus. eruptio in bellum. hinc atque hinc diuersae mortes.
 Tydei maxima proelia. eius uerba et satisfactio apud
 15 Mineruam de aduerso fauore. mors Atyos, sponsi Ismenes.
 ... de morte sponsi Atyos et eius cadaueris in urbem relatio.
 Tydei insultatio Thebanis fugientibus et impetus contra
 Eteoclen, Melanippi ex insidiis iaculatio. Tydei debilitas
 et conquestio de fragilitate humani corporis et quemad-
 20 modum exedit caput Melanippi.

1 VT SVBITVS VATES PALLENTIBVS INCIDIT VMBRIS uetus Lind. p. 274
 elocutio est per datiuum casum: incidit umbris pallentibus.
 Claudius: 'heri recedens uesperis Numantinis incidit'. at
 Terentius <Phorm. 175> per accusatiuum protulit: 'ergo
 25 in eum incidit' tamquam in rem periculosam.

5 mittentis Pb | ei' que M | ꝑcipiens Pa *add.* ti M || 7 Palaemonis L polimon MP || 8 desperatio ... Amphiarai *om.* Pb ||
 10 epulans LMPb epulatis Pa || 11 in loco MP || 12 Eiq, M ||
 13 bello LMPa || 14 eius] His P || 15 Atois L atōys M atoris Pa
 acheis Pb || 16 conquestio Ismenes *ins. Vollmer.* | Atois L atys M
 atōys Pa achois Pb | eis L | orbem P || 17 et *om.* Pb || 18 Eteoclem LPb &heoclean M eteodean Pa | Menelappi L menalippi
 MP || 19 corporis humani LP || 20 Menalippi LMP || 21 *vr* ...
 PALLENTIBVS *om.* MP || 22 *est om.* Pa | (*per om.*) dedictum Pb ||
 23 cladius Pa eladiū Pb | heri' M heius Pa eriusPb | *Peter.*
hist. Rom. fragm. ed. min. p. 148 | ac L | atrent M || 24 ego in
 eum incidi Terentius

5 CORPVSQVE NOVVM id est vitium, siue non deposita apud superos carne.

6 AB VRNA Plato inducit scelera hominum in urna uersari. et urna dicitur, in qua mortuorum hominum ossa conduntur. hic ergo ab urna dixit, in qua mortuus 5 ponebatur. et hoc ipso sensu expediuit poeta. nam Amphiarus mortuus ab urna, in qua eius condita fuerant membra, non ueniebat.

9 OBVIA TAXO EVMENIS quia taxus uenenosa est, propterea ad perfectionem feritatis ex hoc ligno faces Furiae 10 dicuntur gerere.

10 POSTE NOTARAT asserunt enim poetae mortuorum capita et Furiarum lampade lustrari et eorum nomina a Proserpina in inferorum poste conscribi.

Lind. p. 275 14 ET SECVRI qui Elysium inhabitant manes. securi 15 idcirco, quia sunt ab sceleratorum suppliciis alieni. Elysii ergo pro his, qui in Elysio habitant, posuit.

16 ALTERA NOX id est caligo deterior.

17 VSTAEQVE PALVDES nigrae aut calentes.

18 SVLCATOR PALLIDVS Charon, qui subuectando cor- 20 pora Stygem consueuit cumba sulcare.

24 VARIAEQVE EX ORDINE MORTES una quidem omnibus communisque mors est, sed uarietate poenarum dissimilis est.

26 DAMNANT absoluunt.

27 VINCIT OPVS Parcarum stamina mortium multitu- 25 dine superantur. ut Lucanus <III 19>: 'lassant rumpentes stamina Parcas'.

1 siue *om.* Pb || 3 inducū M || 4 uersare MP || 5 eduntur Pa || 6 hoc *om.* Pb | isto P | sensum LPb | nam] nō P ñ M || 7 fuerant condita L || 8 membra *om.* corpora *superscr.* M | non *om.* MP || 10 a pfectione M || 11 gerere *om.* MP || 12 notat Pa || 13 et *om.* L | lampadē M || 15 securi i. Pb | quia in Elysiis habitant L ideo quia elisii inhabitant Pa | idcirco securi L || 16 a Pb *om.* L || 17 posuit *om.* Pb *post* his *pos.* L || 19 VSTAEQVE L || 21 cymba L cimba Pa cī≡ba/// M || 22 communisque omnibus LP || 23 est mors L | dissimilis . . . Parcarum *om.* Pb | est *om.* M || 25 mortuum P mortū *corr.* in mortuorum M || 26 superantur *om.* M | uel *del.* *superscr.* ut M | laxant Pb

31 ARGVIT prodit siue probat. COMPAGE SOLVTA
terrae superficie.

33 OFFENSVS LVCE iucunda superis, indebita manibus.
et ideo luce Plutonem dixit offensum.

5 34 QVAE SVPERVM LABES uiolentia siue ruina. labes Lind. p. 276
a labendo dicta.

36 PROELIA utrum Iuppiter an Neptunus? conuenienter
proposito carmini a Thebanorum odio germanorum inducit
de regno et fratres celeriter discessisse.

10 38 NAM CUI DVLCE MAGIS quam mihi, ut superi
misceantur? id est expedit minori per sortem confundere,
quae fuerint separata.

40 NEC ISTE MEVS meus, inquit, mundus hic non est,
sed hunc rector perrumpit astrorum.

15 44 MISERVMOVE PATREM miserum, siue quia amisit
imperium, siue quia a poetis apud inferos Saturnus fingi-
tur, quem unum uolunt esse de numero Titanum.

47 HYPERIONA Hyperion Solis equus est. dicit enim
immissis tenebris Solis se Pluto numina turbaturum.

20 49 VTRVMQVE TYNDARIDEM Castoris et Pollucis talis
est fabula: cum esset immortalis Pollux et e diuerso
Castor morti teneretur obnoxius, pietatis intuitu Pollux
morte uicaria fratrem redemit. unde Virgilius <Aen. VI
121>: 'si fratrem Pollux alterna morte redemit'. dicit
25 ergò nunc Pluton retento Polluce, qui immortalis fuerat,
cum Castore germano mortali in utroque se mundo posse
regnare.

1 conpage M || 3 iocunda Pb | manibus indebita L || 4 dixit
plutonem Pb || 5 seu L | labes ruina et labendo Pb || 7 ubi M ||
8 prepositio Pb | carmine LM carminis Pb | ad LM | odia
LM || 9 et om. L | caelestes? | descripsisse Pb || 11 misceant
Pb | per sortem minori L || 13 hic mundus L || 14 sed] si M ||
15 misit add. a M || 16 abē poetis M | pingitur Pb || 18 equus M
equus Pb | est equus LPb || 19 inmissis M | Pluto et L pul-
chra M | turbaram P || 20 TYNDAR. om. MP || 21 immortalis M ||
22 morte P | intuitus M || 23 redimit Pa | ut Pb || 24 Sic L | redi-
mit Pa || 25 Pluto L | quia L | immortalis M | erat Pb

51 TANTALON VNDAE si poenarum culpas expectes utriusque id est Tantalii Pirithoique, utrorumque supplicia uindictae Iouis a Plutone praestantur. [IXIONA] Ixion quippe Iunonem ausus est stupri iniuria compellere, Tantalus uero Iouis consilia mortalibus prodidit in eorum audita conuiuio. 5

53 VIVO PERPETIAR ME PIRITHOI conqueritur his inferos patuisse, qui infanda cupiebant, ut ad se aut amator aut raptor intraret. haec Pirithoi fabula talis est: Pirithous cum Proserpinam | rapere suo matrimonio induxisset in animum, huius tam scelerati consilii Theseum participem fecit. quem cum amicitiarum intuitu Theseus ad inferos Proserpinam pariter rapturus secutus fuisset, graui sunt utrique damnati supplicio. unde Virgilius <Aen. VI 617 sq.>: 'sedet aeternumque sedebit infelix Theseus'.

59 EVMENIDVM LACRIMAS Orpheus Thrax peritissimus 15 citharae fuit. is Eurydicen coniugem unico dilexit affectu. quae cum Aristaeum, Cyrenes Nymphae filium, pudicitiam suam attrahere cupientem fugeret, calcato serpente perempta est. hoc cum immoderate doleret Orpheus, confusus peritia citharae inferorum secreta perrupit. cuius cantus 20 dulcedine ac miseratione lugentis manes feritate deposita Orpheo coniugem reddiderunt. dicit ergo nunc Pluton turpes uidisse se lacrimas Eumenidum. turpes ideo, quia contra inferorum legem misericordiae lacrimae fundebantur. ITERATAQVE PENZA propter reditum Eurydiceae, 25 quem concesserat, ut denuo uiuentis fata pensis traderent.

2 utrius M utris Pa utrisque Pb | Ixionisque? || 3 IXIONA om. MP || 5 concilio LP || 6 Viui P om. M | PERP. ME om. MP | inferos his L || 8 est talis Pb || 10 in om. Pb | animo MPa || 12 rapit M | esset Pb | gauisi sunt Pa || 15 perseus Pb || 16 fuit citharae L | euridicem Pb | effectum superscr. a M || 17 cum om. M | Cyrenes] Eurydiceis LMPa euridices Pb || 18 attractare Pb || 19 immoderate Pa | cūfusus corr. in confusus M || 20 inferorum corr. in inferū (om. secreta) M | perrumpit M | captus MPa capiti Pb || 21 deposita feritate L || 22 Pluto L || 23 se om. MP || 24 misericordia L om. Pb || 25 propter . . . traderent om. P | euridicis M || 26 cui L | concesserant L cuicessarat M | indenuo superscr. ut M | affata M | pēnsā L. pēns superscr. eet M | traderent L traderet M

60 VIOLENTIA LEGIS quae iubebat Orpheum non respicere uxorem. melior ergo lex me: scilicet ego dulcedine cantus uictus sum, ut Orpheo coniugem redderem. ut concessam perderet, inclementia legis obtinuit. hinc Virgilius
 5 <georg. IV 489>: 'ignoscenda quidem, scirent si ignoscere manes'.

63 AB IOVE LEGES quia partiri annum Proserpinae iussit et sex mensibus esse cum matre, totidem cum marito. ita Ouidius <met. V 564 sqq.>:

10 'at medius fratrisque sui maestaeque sororis Iuppiter ex aequo uolentem diuidit annum. nunc dea, regnorum numen commune duorum, cum matre est totidem, totidem cum coniuge menses'.

per lunam fieri manifestum est, quae a ueteribus Proserpina nominatur.

15 64 ET SECTVM GENETRIX uidetur enim dimidium annum matrimonio eius Iuppiter abrogasse. penes matrem ergo est, ut eius cura statuto tempore filia ab inferis reuertatur ad caelum.

20 69 ATQVE ADEO FRATRES Eteocles et Polynices, qui mallent hoc nefas se potius implere quam Furiam. OMINA SVNTO Eteoclis et Polynicis interitus omen sit inter me et Iouem futuri certaminis.

74 COMMACVLET ut tabe soluantur corpora, non flamma
 25 pyrarum. nec interpositis urantur ignibus, sed in solo terrae intemperie aeris membra depereant. sit mortuis

1 uidebat M || 2 ergo Pa qui Pb || 3 perderē Pa || 4 optinuit Pa | hinc om. Pb || 7 animi M | Proserpina MP || 8 ut... esset LP || 10 ad MPa | sorori MP || 12 nomen MP | duorum om. MP || 13 cum... totidem¹ om. Pa | cum numero Pb | totidem² om. M est cottidie Pa | cum om. Pa || 14 est om. M | a om. Pb | ūterib, M uete Pa hęcate Pb || 15 -pina... matri- om. Pa || 16 ET om. L | sextum M | GENETRIX LMP | diuiduum Pb || 17 Iuppiter... eius om. Pb | adrogasse Pa || 18 eius ergo (est om.) L | statino corr. in statuto M || 20 vsqve L || 21 malent P | implere Pa || 22 inter iouem et me Pb || 24 conmaculet Pb || 26 fit LPa si M sic Pb

de sepultura negata supplicium bello crudelius, ut solius caeli rogam possint habere communem.

Lind. p. 278 83 IVPITER AXES hoc est: oratione Plutonis tremefacti sunt poli.

84 QVOS INQVIT manes pro poenis posuit. id est: 5 quos cruciatus patieris? ut Virgilius <Aen. VI 743>: 'quisque suos patimur manes'. manes ergo ideo dicti sunt, quia damnati aeterna apud inferos poena permanent.

85 SVBIT ILLE id est sequitur, ut <Aen. II 725> 'pone subit coniunx', aut certe finita praecedenti oratione subiungit.

86 VANESCENTIBVS in umbram desinentibus.

87 IAM PEDES quia currus et equi, cum quibus raptus fuerat, euanuerunt.

Lind. p. 279 91 CVNCTIS FINITOR Ouidius <met. X 32 sqq.>: 15

'omnia debemus vobis paulumque morati
serius aut citius sedem properamus ad unam.
tendimus huc omnes, haec est domus ultima cunctis'.

ordo ergo talis est: cunctis finitor rerum putaris, mihi uero etiam sator. (nam cum Plutoni constet terram con- 20 secretam, dicit omnia membra resolui et de terra cuncta procreari. iuste ergo creator dicitur, a quo uniuersa gignuntur.) at ego, quia uates fui, noram uitae te esse creatorem ex eo, quod animas iterum mittis in corpora. ut Virgilius <Aen. VI 751>: 'rursus et incipiant in cor- 25

1 denegata sepultura L || 3 orationis Pa || 4 caeli M || 6 quot Pa om. M | patiaris M | ut om. Pb || 7 patitur L | ergo om. L || 8 pena apud inferos Pb || 9 id est om. LMPa || 10 ciux MPb | prima oratione Pb || 12 umbra Pb || 13 Lampades MP | quia om. Pb quae corr. in atque M || 14 uanuerunt MP || 16 debentur LPb | morti L | paululumque MPb | mora(s)tis MPa || 18 est om. P | cunctis] uosque Ouid. || 19 rerum scilicet putaris L | reputaris corr. in rerum putaris M || 20 uero om. M | constet Plutoni L | esse consecratam L || 21 de terraque Pb || 22 dicit de quo Pb || 23 AST EGO L | ad corr. in at M | te om. MP || 25 rursus om. MP | incipient LMPa

pora uelle reuerti' et idem supra <Theb. VIII 26>: 'fata serunt animas'.

96 NEC VENEREM nec Proserpinam rapiam. Thesei et Pirithoi hoc loco audaciam commemorat et ad testimonium pudicitiae ostendit infulas et insignia sacerdotis. Proserpina ab eo dicta, quod porro serpat.

106 ET NOSTRAE VENIUNT propter sui misericordiam dicit se pugnando multas inferis animas addidisse, pro quo beneficio petit sibi esse parcendum.

110 ET IN AERE VOLVOR OPERTO id est: dum per illa spatia uado, quae sunt sub terra inferorum.

112 VEL CAPTVM optabilius fuit etiam capi me a Thebanis.

113 PARENTI Oecleo patri.

116 NEC DEPRECOR VMBRAM ACCIPERE id est: nec refuto umbra esse. deprecor autem est refuto. Virgilius <Aen. XII 931>: 'equidem merui nec deprecor, inquit'. Lucanus <IX 213 sq.>: 'non deprecor hosti seruari, dum me seruet ceruice recisa'.

118 QVIS IAM SVPER AVGVVIS VSVS id est possem rogare te, ut apud inferos augur essem, si scirem et hoc mihi apud inferos profuturum. uerum cum uideam ipsa quoque fata ad tuum arbitrium fila disponere, intellego augurio tibi nil opus omnino.

121 ILLI FVNESTA RESERVA hoc est: coniugi meae, quae mihi minaris, reserua supplicia, quae salutem uiri prodidit monili corrupta.

2 ferunt LM || 3 AVT NOSTROS TIMEAT PROSERPINA per Proserpinam L | raptam LMP || 4 commemorat audaciam L | et om. Pb || 6 dicta ab eo L | q M (in marg. legitur: Proserpina eo quod porro serpat) || 8 addisse L adisse Pa || 9 perit corr. in petiit M || 10 ET IN om. MP || 11 subtrea M | inferiorum Pa || 12 etiam fuit me capi LPb || 14 oecleo MPa oedeo Pb Oedipo L || 16 umbram L | est] ee M || 17 equidem om. Pb | unquam L || 18 non] n̄ M || 20 id est] deest Pb || 23 queque Pa corr. M | intelligo LP || 24 nil omnino tibi opus augurio L | nihil Pb || 25 funeste P || 26 imaris Pa immanis Pb

123 INDIGNATVRQVE MOVERI irascitur se iam flecti.

124 VT LEO MASSYLI Massylia gens Africae mediterranea, leonibus plena.

125 TVNC ARMA CITAT citat incitat. arma dentes et ungues, quibus se tuetur et uindicat. Virgilius <Aen. XII 6>: 5
'tum demum mouet arma leo'.

Lind. p. 280

133 HONORE SEPVLCHRI ad laudem Amphiarai omne spatium campi sepulturae uatis concessum est, quia huic sepulcrum praeter morem hiatus praestitit terrae, quod infernum sepulcrum dixit. 10

141 STRINGIMVS educimus.

Lind. p. 281

145 HEV PRAESAGIS heu interpositio est dolentis. ASTRIS futura denuntiantibus stellis.

146 CVM VOCE TETENDIT petentium auxilia affectum expressit poeta, qui iactatione uel extensione manuum 15 sibi supplicant subueniri. hoc Virgilius ut raptae Casandrae negatum fuisse monstraret, ait <Aen. II 405 sq.>: 'ad caelum tendens ardentia lumina frustra, lumina, nam teneras arcebant uincula palmas'.

154 NON EXPECTATO REVOCANTVM nemo enim mili- 20 tarius legis sacramenta seruauit, ne ante pedem e proelio retraheret, quam receptui caneretur. sed tali legiones turbatae nuntio neglectis, dicit, praeeptis et religione militiae uertebantur in fugam.

156 GENVA VIROS solutione pedum nimio timore genua 25 languebant et negabant cursum. ut Virgilius <Aen. V 432>: 'genua labant'.

1 iam M in misericordiam LP || 2 MASSYLLI L(MP) || 4 CITAT ... arma¹ om. Pb | citat incitat om. Pa || 5 Lucan. LMP || 7 SEPVLCHRI LM || 8 concessum est uatis Pb || 9 sepulchrum LM | quē Pa q3 M || 12 interpositio est dolentis om. P post HEV posuit L | heu om. L || 14 TENDIT LM | petentium LPb | effectū M || 15 q superscr. ia M || 16 casandre P || 20 exspecto MPb | reuocatum Pa reuocantum more tubarum L || 21 a LPb ac Pa || 22 si M || 23 nec lectis dicunt Pb | dicit] dinter M | regione P | (militiae om.) utebantur in fuga Pb || 25 sublutione Pb || 27 genua] genua egra M genua erga Pa cf. Aen. V 468: 'genua aegra trahentem'

158 NEC TOLLERE LUMINA TERRA id est: tanto erant inclinati terrore, ut oculos a terra leuare non possent.

160 FOEDERE PARVO interpositione pacis modicae.

162 QVAE TIBI admiratiue.

5 168 ET EFFLANTES expirantes animam. INTER-NECTERE PLAGAS insuere. metaphoram a medicis traxit, qui solent letalia uulnera suturis | adnectere.

Lind. p. 282

169 ALIMENTAQVE BELLO ut cibo reficerent uires propter futuram pugnam.

10 175 HAEC ANTRA LACVSQVE subaudis 'Amphiarao praestiterint'.

177 QVIS MIHI hoc est: quis mihi profert in omnibus? aut certe: prodit uoluntatem deorum augure interempto. SINISTRI propitii, dictum a sinendo. sic et Virgilius de bono augurio sinistrum dixit <eccl. IX 14 sq.>: 'quod nisi me quacumque nouas incidere lites ante sinistra caua monuisset ab ilice cornix'. id est: ante sinistra propitia.

186 ADVERSAQVE SIGNA VOCASTI id est: ultro hostes ad certamen uocasti.

190 ALTAQVE ERVMPERE TERRA mirantur enim mortuum, quem mortuum nemo conspexit.

192 ET VICE CONCORDI et hunc libenter fata susceperunt praecepturum.

25 193 MISERATVS AVERNI miseratus quod dicit, non hoc ad indulgentiam ducas, sed ad maximum Amphiarai decus. nam ille nulli parcat. ut Horatius <carm. II 3, 24>: 'uictima nil miserantis Orci'.

2 errore Pa || 3 interpositiones M interpositionis Pa || 5 afflantes Pb | INTERNECTERE om. MP || 6 metaphoram M | traxit a medicis L || 7 annectere L || 10 Hoc M | subaudi Pb | praestitit L Pa prestiterunt Pb || 12 hoc mihi Pa | proferet L pfert Pb | omib. M oib. Pa noibus Pb || 13 profert L | aure M || 14 SINISTRI] PROFERT L | sic om. Pb | ut Pa || 15 sinistrum dixit in bono augurio L || 16 nouas superscr. aues M || 17 id est ante om. Pb | Sinistra id est (om. ante) L || 20 conuocasti L || 21 Aliaque MP | mortuum enim L || 22 quem mortuum om. L Pa || 24 preceptum Pa || 25 miseratur Pb || 27 decus om. MP | horu (om. uictima) M

194 INSEVARE proprio usus est augurii uerbo, qui, dum captant auguria, dicuntur caelum seruare. ut Lucanus <V 395>: 'nec caelum seruare licet'.

198 BRANCHI Branchus Apollinis filius et ipse peritissimus futurorum deus. ut ipse alibi <Theb. III 478 sq.>: 5
'patrioque aequatus honore Branchus'. Varro rerum diuinarum ita refert de Brancho: Cius quidam decimus ab Apolline cum in peregrinatione pranderet in litore ac deinde proficisceretur, oblitus est filium nomine Smicrum. ille peruenit in saltum Patronis cuiusdam. et cum esset 10
receptus, coepit cum suis pueris capras pascere. aliquando prehenderunt cygnum et illum ueste cooperuerunt. et dum ipsi pugnant, uter illum patri munus offerret, cum essent fatigati certamine, reiecta ueste mulierem inuenerunt. et cum fugerent, reuocati ab ea moniti sunt, ut Patron unice 15
Smicrum diligeret puerum. illi quae audierunt Patroni indicarunt. tunc Patron Smicrum pro suo filio nimio dilexit affectu eique filiam suam ducendam locauit uxorem. illa cum praegnans esset ex eo, uidit in somniis per
Lind. p. 288 fauces suas introisse solem et | exisse per uentrem. in- 20
fans editus ideo Branchus uocatus est, quia mater eius per fauces sibi uiderat uterum penetrasse. hic cum in

1 auguris Pb augurum? | quod L || 2 dicunt Pa || 3 serua-
ret M | licet om. LM || 4 est filius L || 5 futurorum peritissi-
mus LP || 6 equatur Pb | diuinarum rerum de Brancho ita
refert L || 7 Olus L Branchus M Clus Pa.Pc Mon. elius Pb
Cius Myth. | quidē dicim M || 8 planderet M | ac . . . ille om.
Pb || 9 Simerum LPa smiarū corr. in sminarū M Synichronem
Myth. || 10 qui L | patroni Pb || 12 prenderunt corr. ex pone-
runt M pendere Pb | dumque L dum MPb || 13 illud Pb | et
essent L || 14 uestē mulierū M || 15 effugeŕ corr. in cāfugeŕ M |
patronus P | nunices M ionices Pa || 16 Simerum L micrhonē
M micronē Pa fucronem Pb | patrono Pb || 17 indicat Pa | pa-
tronus P corr. in patron M | Simerum L smicrhonē M sudrom-
nem Pa sucrontem Pb | filio suo L || 18 effectu M | ducendam
(corr. ex dicundam) filiam (om. suam) M || 19 pregnas Pa | ex
eo esset LP | in somnis MP || 20 introiisse L || 21 ideo infans
editus L | branchias Pa | qui Pa || 22 cum in siluis LM maxilu?
Pa maxime cum Pb

siluis Apollinem osculatus fuisset, comprehensus est ab eo et accepta corona uirgaque uaticinari coepit et subito nusquam comparuit. templum ei factum est, quod Branchiadon nominatur. et Apollini et filio pariter consecrata sunt templa, quae ab osculo Branchi siue certamine puerorum Philesia nuncupantur.

199 NEC CLARIAS et apud Clariam et apud Didymaeam Apollinis est oraculum. quod autem ambos colant Apollinem Dianamque, ideo Clarii uocabulo nuncupantur. ut Virgilius <Aen. III 360>: 'qui tripodas, Clarii laurus, qui sidera sentis'. Lycia autem Asiae ciuitas est Apollinis sedes, quam post Amphiarai interitum dicit esse taciturnam. de qua Virgilius ait <Aen. IV 143>: 'qualis ubi hibernam Lyciam Xanthique fluenta'. Claria ergo 15 ciuitas est, in qua tres dii id est Iuppiter et Neptunus et Pluton mundum dicuntur fuisse sortiti. in hac Apollo maxime oracula mortalibus dare consueuerat.

201 VATIS NEMVS quia in Syrtibus in eo tantum loco, ubi Iouis Ammonis templum est, nemus inuenitur. ut 20 Lucanus <IX 525 sq.>: 'solus nemus abstulit Ammon. siluarum fons causa loco'.

202 QUERCVS quam Chaoniam dicit hoc est Epiroticam. Molossia enim est in Epiro, ubi solebant columbae sub quercu responsa dare. anhela ergo dixit per similitudinem uatum, qui deo pleni et anhelantes responsa dant. ut est <Aen. VI 48 sq.>: 'sed pectus anhelum et rabie fera corda domat'.

3 c̄parant M | ei M | est om. M || 4 Apollinis M | et filio] Philesio L || 7 clarias Pb || 8 oraculum Apollinis fuit LPb apollinis oraculum fuit Pa || 9 et Dianam L | clari P || 10 clari lauros Pb || 11 est om. L || 13 taciturnam Pb || 14 Xanthique fluenta om. LMPa || 15 et om. LP || 16 Pluto L | fuisse dicuntur Pa | esse Pb || 17 mortalibus oracula maxime L || 18 qui M || 19 Hammonis L | est om. Pa || 20 Hammon LPb || 22 Quercū M | quas chaonia Pa | cahoniā d̄f M | hoc ut est Pa hęc ut est Pb | epiroticas Pa epirotica Pb || 23 in Epyro est LP | sub quercu solebant columbae LPa || 24 sub quercu responsa solebant dare columbe Pb | pro Pa || 25 pleni et om. M plutoni et Pb || 26 dabant L || 27 tument Verg.

203 IPSI AMNES Apollini sacri, quorum haustus uates faciunt et poetas, non tamen omnes.

204 SAGIS diuinis. unde praesagia praediuationes mentis. ut Virgilius <Aen. X 843>: 'praesaga mali mens'.

206 IAMQVE ERIT ILLE DIES ciuitas enim in eo loco 5 est post condita, in quo hiatus terrae Amphiarum recepit, quae Amphiarum uocatur, ut Homerus ait, quod illic currus, quem Graeci *ἄρμα* appellant, deciderit. in qua etiam oraculum est, quod Amphiareon uocatur.

212 CVM FVNERE TIPHYS accusatiuum casum posuit 10 Minyas aut Argonautas, qui se mortuo Tiphy gubernatore priuatos esse doluerint.

215 LEVAUIT per sermonis enim uarietatem et luctus leuatur et labor decrescit. ut Virgilius <Aen. VIII 309>: 'uarioque uiam sermone leuabat'.

ind. p. 284 218 DIVERSA hostili. ut Lucanus <III 654>: 'diuersae rostris iuuenem affixere carinae' id est contrariae.

220 MARCENT ebrietate aut somno. moenia pro muris posuit. ut Virgilius <Aen. III 255>: 'sed non ante datam cingetis moenibus urbem'.

221 IDAEAQVE TERGA Cretensia tympana.

222 VARIO SPIRAMINE tibiam significat uarie foratam. Virgilius <Aen. IX 618>: 'biforem dat tibia cantum'.

223 ALVMNVM nutritum. alumnus enim ab alimentis dicitur.

224 PAEANES pro laudibus posuit. nam paeanes uersus

2 et om. Pb || 3 diuinationes L || 4 mens mali M || 5 ERIT om. Pb | illo L || 6 post est L || 7 ampharma MPa || 8 geti M | arma MP | uocant L || 9 Amphiraon L amphiarum Pb || 10 casum om. LPb || 11 Minyas ... se] Minyas id est quoscunque gubernatores nauis aut aquis L minea au arigon aut aquis M minea uarigo aut quis Pa minea autem arigon aut aquis Pb | gubernatiōe Pa || 12 priuatus esse doluerit LMP || 13 LEVABAT L | enim om. Pb || 14 ut om. LMPa | Virgil. om. M || 15 leuabant LMPb leuabūt Pa || 16 ut om. LMPa || 17 adfixere MP || 18 MARCENT] Ad menia P || 19 ut om. Pb | at Pb || 21 crescentia M || 23 biformē M || 24 autem Pb || 26 poeane Pa | uersus est P

sunt in honorem Apollini dicti propter extinctum Pytho-
nem. omnis laus Graece dicitur paeān ab admiratione.
ἐπαινεῖν etenim Graece dicitur laudare. Virgilius <Aen.
VI 657>: 'laetumque choro paeana canentes'.

5 225 CORONATVMQVE MERVM secundum Virgilium dixit,
qui ait <Aen. VII 147>: 'crateras longe statuunt et uina
coronant' id est: crateras, in quibus uinum est, coronant.

232 MARTIS AGROS propter eos dixit, qui satis dra-
conis dentibus fuerant nati.

10 233 AD CHELYN id est ad Amphionis citharam, cuius
dulcedinem secuta saxa extruxere muros Thebanos.

235 ET MVLTA DEDVCTAM suorum scilicet Cupidinum
et Amorum.

237 HYDASPEN optima enim ibidem sunt lapidum
15 genera.

246 QVIN HAVSISSE etiam hoc fecit. confirmantis est. Lind. p. 285

INSICCATVMQVE CRVOREM inhaerentem caecitatis suae
cruorem genis eluisse.

250 CAUSA LATET latet causa laetitiae, quia uult
20 poeta crudele esse, quod gaudet. quare sit ergo commu-
tatus ad gaudium Oedipus, ignorabant Thebani. erat autem
illi causa laetitiae, quod dimicat aduersum se ferro ger-
manitas.

253 SEMINA VOTO id est: tacito uoto auribus mentequē
25 captabat hostium motus ex laetitia prouenisse.

254 INDE EPVLAE hac utique causa perspecta.

1 in Homero LMP || 2 paeān dicitur LP | ab . . . laudare
om. Pb || 3 ἐπαινεῖν L mepenes M Inepetes Pa | laudare Graece
dicitur L græce laudare dicitur Pa || 4 canentes LPb secuti
MPa (cf. Aen. X 738) || 5 secundum Homerum dixit, qui ait
crateras in quibus uinum est coronant. Virg. crateras . . . co-
ronant LP eodem ordine M omittit crateras¹ . . . Virgilius |
6 longe LMPa magnos Pb laeti Vergil. || 8 ἄρ M || 10 ad . . .
secuta om. Pb | ad om. MPa || 11 extruxerunt Pb || 12 et om.
Pb | deducta MPb || 14 hyd.] Nil asperi M | lapidum sunt Pb ||
16 Quin̄ habuisse M || 17 inhaerentem . . . cruorem om. P ||
18 geni soluisse P || 19 causa om. MPb || 20 poeta uult Pb | ergo
sit Pb || 21 ignorabunt Pa | autem] dum Pa || 25 captat Pb

255 IEIUNIA POENAE Phineus, rex Arcadiae, liberis suis superduxit nouercam, cuius instinctu eos caecauit. ob quam rem irati dii ei oculos subtulerunt et adhibuerunt harpyias, a quibus prohibitus, ne dapes attingeret, longo est ieiunii cruciatu uexatus. 5

262 QVAMQVAM AEGER SENIO senium est morbus senectutis. MISERANDA POTESTAS quia maior potestas grauiori semper laude uexatur.

266 PERVIGIL IGNIS id est non peruigilans, quia contemptu Argiuorum Thebani uigilias non curabant. 10

270 DEVS QVI NAVIGAT ALNO deum, tutelam nauis, intellegimus cum gubernatore nauigare. habent enim uel scriptos uel pictos praesules suos, quorum nominibus nuncupantur et naues.

Lind. p. 286 272 SENTIT EQVOS poetice dictum. hic lunam pro nocte posuit. ceterum non est, ut luna solis inueniatur semper aduentu. 15

273 MVGIRE ardore solis stridere.

276 PRODITA deserta.

277 ORBVM uiduatam hoc est sacerdotio carens. 20

282 IVXTAQVE SECVNDVM ut Virgilius <Aen. V 320>: 'proximus huic, longo sed proximus interuallo'.

283 CONFVNDIT HONOS quia uictus est, uerecundatur, id est iudicii ipsius gratia grauatur. recte ergo, quod uerecunde excusabat, dignus erat, qui cogereetur. 25

286 SICVT ACHAEMENIUS Achaemene Parthorum seu Medorum ciuitas est. [Achaemenius patrium est, id est

1 rex ... harpyias] enī pditionē sacrorum suppliciū meruit arpyarū M || 2 instructu cecauit eos Pb || 3 dii ... quibus om. Pb || 4 prohibitus om. L || 5 (est om.) uexatus est Pb || 6 morbus est L || 10 uigiliā Pa || 11 deum om. Pa || 12 intelligimus LP | uel¹ om. L || 13 † pictos scriptos Pa || 15 hic ... posuit post aduentu praeb. MP || 17 aduentū ē M || 22 huic ... proximus om. Pb || 23 luctus MP | uerecundat M || 24 gratia om. M | grauatus Pb || 25 quod L qui corr. uidetur in quā M || 26 ACHAEMENIUS L achamenius M | achamene M || 27 nedorum M indorum mendorum Pb | est om. MPa | Achaemenius ... sanguine om. M

Chaldaeus. Achaemenia ipsa est Chaldaea, uocata ita a quodam crudelissimo rege, de quo in Sedulio <I 184sq.> legitur: 'cuius Achaemeniam rabies accenderat iram plus fornace sua'. — non enim poterat eius ira placari nisi
5 humano sanguine.]

288 GAUDIA LIBRAT laetitiae gaudium metu pensabat, ntrum posset implere, quod sumpserat.

289 AN FIDI PROCERES id est: sine recordatione paternae gratiae fides a sociis etiam filio seruaretur.

10 290 CUI CASPIA Caspiae portae sunt in Armeniorum finibus constitutae. unde Lucanus <VIII 291>: 'Caspiaque immensos secludunt claustra recessus'.

293 IMPLERE TIARAM id est: nec capitis robore diadematis impletet mensuram. ipso enim uelut particulae
15 ambitu antiqui pro diademate utebantur. tiara enim dicitur pilleum, quod in capite gerit sacerdos Martis. unde Virgilius <Aen. VII 247>: 'sacerque tiaras'.

294 VBI INTORTO SIGNATVR VELLERE CRINEM infulis Lind. p. 287 tortis caput coronatum fuisse sacerdotis ostendit.

20 295 CONVENITQVE DEIS placuit. id est: dignus hoc sacerdotio a numinibus iudicatus est.

[297 NEC FVTILE MAESTIS futile uas est quoddam lato ore, fundo angusto, quo utebantur in sacris deae Vestae, quia aqua ad sacra Vestae in terra non ponitur.
25 quod si fiat, piaculum est. ideo excogitatum est uas, quod stare non posset, sed positum statim funderetur.

1 ipsa est Chaldaea om. Pb || 2 impseudulo Pb || 3 rabiem-que L rabiem Pa rabiã Pb | ira LP || 6 libre M || 7 implere Pa || 9 a filio Pb om. M || 10 caspi portę M || 12 immenso L immensos MPb inmensq Pa | ecludit Pa seducunt Lucanus | recessu L || 13 Implere Pa | tyaran M | ne M || 14 impletet Pa implere M | parenticulę Pa || 15 antiq; P | enim] et Pb || 16 pileum LPb || 17 Virgilius . . . tortis om. Pa || 18 SIGNAVIT L signatus MPb || 19 sacerdotis coronatum fuisse L | ostendere add. t Pa || 21 a om. L || 22 schol. 297 ante schol. 286 Achaemenius praeb. P om. M | MAESTIS om. P | quoddam om. Pb || 23 largo Pb | stricto fundo (om. angusto) Pb | deae om. P || 24 Vestae? austa Pb || 25 ideo] unde Pb || 26 sed si L Pa

unde et homo commissa non retinens futilis dicitur, contra
Lind. p. 288 non futilis | bonus in consiliis.]

299 ARBORIBVS VIVIS semper uirentibus ut cupresso
aut lauru, aut certe uiridibus id est nuper abscissis.

301 INTEGER ANNVS pro parte anni.

303 CREATRIX tellus animarum secundum Pythagoram,
qui omnibus crescentibus uel arescentibus licet insensibilibus animas tribuit.

309 REQUIES uolatus enim aer et requies auium terra.

IMMOBILE MVNDI quia sola terra immobilitate ful-
citur.

311 AERE PENDENTEM quia mundum opinantur aeter-
num, terram aiunt pendere aere succinctam. unde Lucanus
<I 89 sq.>: 'dum terra fretum terramque leuabit aer'.

CVRRVS VTERQVE solis et lunae, quam antipodarum uocant. 15
ut Virgilius <Aen. VI 641>: 'solemque suum, sua sidera
norunt'.

312 INDIVISAQVE MAGNIS quia communis est Ioui, Nep-
tuno et Plutoni. etenim cum caelum, mare, inferos inter
se sortis euentu diuiderent, sola terra indiuisa permansit. 20

314 SVBTERQVE AC DESUPER quae nobis, antipodis in-
ferisque una eademque sufficis.

320 OMNE HOMINI NATALE SOLVM omnibus est habita-
bilis terra et generans homines, ut uult opinio sapien-
tum, quamuis imperiti putent rotunditatem in omni cir-
cuitu habitari non posse. siue quia omne solum sapienti
patria est.

321 TAMQVAM HVMLILIS duplex sensus est: tamquam

2 in om. L || 3 iouis M | uiuentibus MPa | cupressu P ||
6 Cecatrix Pb || 9 are superscr. o M | et om. M est Pb eni
Pa || 12 opinatur add. n M || 13 aiunt MPa autem L aut Pb |
ut Pa || 15 quem antipoden L | uocant om. MPb || 16 ut om.
Pb || 18 -QUE MAGNIS om. MP || 19 inferius Pb || 20 &mansit
Pb || 21 subterque iter. MPa | antipodibus LPb antipode Pa ||
22 sufficit L || 23 Omne est M || 24 omnes Pb | uti LP | uult]
uigil P || 25 inperiti M || 26 habitare MP || 28 est . . . sen-
sus² om. Pa

humili populos deceat distinguere fine. et alter sensus: undique ubique maneat communis.

331 CEV TE CIRRHAEO monte Parnaso, quia in Cirrha parte montis ipsius hiatus terrae est, ubi responsa Delphica dabantur. ut Lucanus <V 95 sq.>: 'totius pars magna Iouis Cirrhaea per antra exit et aethereo trahitur conexa Tonanti'.

335 PRAESAGA quibus diuinare possis id est sacrificio denuntiare.

338 ILLE ADYTIS MELIOR id est ille locus responsis dandis 10 est dignus, ubi hiatu terrae submersus est Amphiarus.

341 ET VATI id est Amphiarao imaginarium funus exsoluit. ut Virgilius <Aen. VI 505 sq.>: 'tunc egomet tumulum Rhoeteo in litore inanem constitui'.

346 CITHAERON horruit tubarum sonitu mons, qui Lind. p. 239 15 ante consueuerat sacrorum uoces audire. ut Virgilius <Aen. IV 303>: 'nocturnusque uocat clamore Cithaeron'.

347 MARCIDVS aut maerore squalidus aut tractu Tisiphones foedatus. CARMEN NON TALE tubarum. sensus: 20 stupent urbes Thebaeae sonitum Tisiphones, quae Amphionis fuerant carminibus fabricatae.

353 OGYGIIS omnium Thebaeae ciuitatis portarum nomina eleganter poeta monstrat: Ogygias, Neistas, Homoloidas, Proetides, Electras, Hypsistas, Dircaeas.

1 humilis Pb | decebat Pb | et alter sensus om. M || 2 inter ubique et maneat Pb inser.: tuos aut sic tamquam ... decebat distinguere sine et alter sensus undiq; ubiq; | post communis praeb. P: nos diua grauaris. i. grauitur fers. et hac elocutione non nisi per accusatiuum utimur ut si dicas grauior aduentum tuum i. grauitur fero. quae ad u. 317 spectant || 3 parnasso MPa || 4 est terrae L | delphica responsa L || 5 debebantur M | Et totius L || 6 et om. MPa | aethereo LPa | connexa L conuexa P cū exea corr. in cūexa M || 7 diuina responsis MPa (sponsis corr. in sponsis M) || 8 denuncia MP || 9 id est om. LMPb || 10 sumptus est M(Pa) subter est Pb || 11 id est om. Pb || 13 littore L || 15 audire post ante posuit Pb || 17 cantu Pa tactu M | tisiphonis MP || 18 sensum Pa || 19 sonitu Pb | tisiphonis MP || 21 ciuitatis Thebaeae L || 22 Ogygias Neistas om. LMP | moloidas M || 23 p̄teā M proetēa Pa proetheam Pb | Helectras L electrā MP | hipsisten MP | Dyrceā LMP

358 AVERSI meridiani id est Aegyptii. Nilus enim Aegypti fluuius est septem capitibus fluens, unde a Graecis *ἑπτάστομος* dictus est. quae omnia eius ostia his nominibus nuncupantur: Pelusion, Taniticon, Mendesiakon, Phatmeticon, Sebennyton, Bolbitanon, Canopon. PAVLA 5
CAELI imbres enim secundum physicos alimenta sunt fluminum.

359 BIBIT ORE PRVINAS bibit accipit. id est: Aethiopum niues colligit, quas praestat Oriens id est Aegyptus. siue: Eoas pruinas bibit secreto fonte, quo Aegyptii 10 regnant.

361 HIEMES aquarum incrementa, qualia fluminibus hiems solet inferre.

362 DVLOI PONTO Nilo specie maris uenienti.

364 PRAECIPVE ELEAE in catalogo horum meminit, 15 qui ad auxilia uenerant Amphiarai, <IV 237 sq.>: 'auget resupina maniplos Elis', et Pyliorum meminit <IV 224>: 'quos Pylos et dubiis Malee ditata carinis'.

365 SVBITVM inopinanter illis praepositum.

366 ACCESSERE REGENTI animum commodauerunt. ut 20 Lucanus <III 214>: 'accedunt Syriae populi'.

368 MINOR ILLE Thiodamas sex ducibus minor erat.

370 SI DETRAHAT ASTRIS | quoniam Helice et Cyno-

Lind. p. 290

1 AVERSI L Auersa M || 2 Aegypti om. L || 4 pelusion M | Tananticon L tonanticon M, om. Pa tanaticon Pb | Mendesiakon LPb ἠδেসιαῆ add. on M om. Pa | Factamicon L fata mediacon corr. in facta metdicon M om. Pa factamitiū Pb || 5 Seueneticon L seuenienti M seuemtiū Pb om. Pa | Volueticon L uoluetion MPb om. Pa | Canopon LPb corr. ex catapon M canapon Pa || 6 enim om. L || 8 accipit . . . bibit om. Pb | accepit Pa corr. M || 9 collegit M | orienti M orientu Pa || 10 secreto corr. in sacratio M | Aegypti LPa || 14 Nilo] in rasura legitur lo M || 15 HELAEAE L deę M || 16 Amphiarai om. M || 17 Aeoli L edis M ol' Pa eot Pb | filiorum LMP || 18 male L || 19 inopinatū Pb | propositum L oppositum Pb || 20 accōmodauerunt Pb commedauerant Pa cōmoderauerant M || 22 ex sex L ex Pa || 23 quando L | eļlice ^{oi}////mosura M

sura filiae Lycaonis Arcadis fuerunt. ergo de septentrionibus dicit.

372 ET INCERTI dubitantes, cum sex uideant sidera, utrum ipse sit septentriion. in septentrionali plaustro
5 septem sunt stellae.

374 MAIORQVE id est non talis, qualis solet in lyricis inuocari carminibus aut certe in aliis operibus, quae ad res bellicas pertinere mos solet, sed maior furiosior, qui bellica tuba sit dignus, ut ipse superius (I 45): 'atque
15 alio Capaneus horrore canendus'.

381 ANGVÈ NOTAT dedicat morti.

382 SCINDITVR ita enim factum est, ut multorum uita pariter finiretur.

385 ABOLET delet memoriam suorum ac desiderium
15 illis ex animo. et a toto transit ad partes dicendo 'connubia, nates'.

397 DECRESCERE CAMPVM accessione utriusque exercitus medium quod erat minuebatur spatium. ita enim fuerant uicinitate densati, ut campus, qui medius fuerat,
20 interiret.

400 SVSPIRIA FVMANT ex ardore utique uicinarum sibimet repugnantium.

401 IN CASSIDE CRISTAE splendorem galearum inuicem uicina arma reddebant.

25 402 CONI cacumina galearum.

405 CRVORIBVS AVRVM necessitas enim belli aurum aut perdit aut mutat.

406 VITAE PRODIGA mortem non curans. Horatius
<carm. I 12, 37 sq.>: 'animaeque prodigum Paulum'.

30 408 SOLIDA NIVE definitio est grandinis.

1 fuerant *corr. in* fuerunt M || 3 *et om.* L || 4 ipse *om.* L | sit *om.* Pb | septemtrion Pa || 7 ad res *om.* Pa || 8 pertinent L | mox P | furiosiorq; qⁱ M | q; Pa || 10 honore LMPa || 12 enim] huius (= hoc?) M || 14 debet Pa || 15 connubia L || 18 qui M || 21 pluriore M olere Pa dolore Pb || 29 animae LPa animorum Pb animaeque magnae Horat. || 30 difinitio Pb

411 LIBYAE BOREAS flante enim aquilone hic serenum est, pluit in Africa. unde Lucanus <IX 423>: 'et nostris reficit sua rura serenis'.

415 ET MVTVA PERDVNT concursu telorum utrimque frustrabantur. 5

418 NON VNA MORTE SAGITTAE quae et ferro perimant et ueneno.

421 NVNC TVRBA RECEDIT modo pelluntur, modo resistentes occupant locum, quem amiserant.

Ind. p. 292

428 HYPSEVS hic est, qui fuit principium pugnae. 10

432 HIC ET MENTE LACON Lacones potentissimos dicit esse uirtutis. ideo hunc Menalcam fortem memorat tam gente quam mente. crudi autem, quia incolae Eurotae fluminis plagis praedurantur ad patientiam agonici certaminis. unde Horatius <carm. I 7, 10>: 'nec me tam pa-
15 tiens Lacedaemon'. agon ipse *διαμασθλωσις* dicitur.

434 NE PVDOR IN TERGO hoc est: hastam pectori infixam retrahit, ne post tergum exeundo uulnus infame uideretur.

437 TAYGETA mons Laconum est Libero et Apollini ²⁰ sacer. LAVDATAQVE VERBERA MATRI Taurica, quam Orestes de Scythia transtulit. consueuerat enim humano cruore placari. cuius cum simulacrum in Laconiam delatum fuisset, ne quod piaculum nasceretur intermissione

1 enim] huius M | hic om. Pa || 3 -ficit . . . utrimque om. Pa || 5 frustabantur M || 8 more sistentes M | resistunt Pb || 9 quem amiserant . . . 432 . . . LACON om. Pb || 11 lacones Pa | dicit potentissimos Pb || 12 meminit Pb mouerat M | tam mente quam gente L || 13 Crudum MPb | aut LPa || 14 plagis pdu- rantur *irrepsit ante* tam M | pduantur Pb || 15 me nec Horat. || 17 Nec Pa Non Pb | intergo *del. superscr.* id M | hoc om. LP | est om. LMP | hasta . . . infixa Pa || 18 \equiv fixa M | re- traxit Pb || 20 *post* TAYGETA M *praebet haec:* i. alces mortans tayg& imagine uatū. taygeta aū | mons] aut no Pa | laconie Pb | est om. LP || 21 MATRI] nostri Pb | Centauricae L cen- taurica M centaurorum P | quē M || 22 enim om. MP || 23 san- guine LPb || 24 neq3 (om. quod) M

sollemnis sacrificii neue crudelitati Graeciae populus oboediret, inuentum est, ut inter se impuberes pueri de sustinendis uerberibus contenderent ac se in hanc patientiam prouocarent, et super aram Dianae impositi flagellis uerberabantur tam diu, donec ex humano corpore sanguis fueret, qui instar esset sacrificii. hi autem pueri appellabantur *βωμονίχαι*.

440 TACET ARCVS AMYNTAE celeritas iaculantis expressa est, ut ante peremptus occumberet, quam sonus de
10 arcus tensione cessaret.

446 DIVERSA tres occisi | diuerso mortis genere sunt, Lind. p. 293
quos poeta a tribus dicit esse prostratos.

448 INACHIDAE GEMINI Graeci gemini geminos Thebanos aggressi sunt quodam casu per errorem belli, et
15 cum eos occidissent geminos per ignorantiam, querebantur, quoniam et geminos esse se meminerant.

452 ERRASSE QVERVNTVR nam nudatos armis agnouerunt.

454 LAVDAT AB ALTO uictum minoris dei posuit sacerdotem, ne potioris meritis derogaret.
20

456 ILLUSTRAT VTRIMQVE Tydeum et Haemona dicit, quorum uirtus in alternis belli partibus pro deorum fauore laudatur.

465 MIXTI ne alter alterius nomen incurrat.

25 472 NE DIXERIS ARGOS quasi tibi negauerint sepulturam.

473 ARDE tuo tibi telo concedimus sepulturam.

477 MAERA SACERDOS Maera nomen est proprium Lind. p. 294
sacerdotis.

1 solemni **MPa.** solemniter **Pb** | sacrificauere **P** sacrifici///
superscr. cauere **M** | crudelitate **LMP** || 2 sistiendis **M** || 4 prouocabant **Pb** | inpositis **Pa** || 5 corpore humano **L** || 6 pueri *om.*
L || 7 *βωμονίχαι* **L** suo uominice **Pa** *corr. in* suo nomine **M**
uerminice **Pb** || 10 censaret **M** || 13 gemini *del.* **M om.** **Pb** || 15 occisis sese geminos *ēē* (*om.* per ... se) **M** || 16 etiam **P** || 17 nudatis **Pb** || 19 uictum uictum **M** || 20 deregnaret **Pb** || 21 utriq;
M | Aemonem **L** heimonā **M** hemonā **P** || 24 alterius] alteri
Pb || 25 negauerint tibi **L** | negauerunt **Pa** || 26 tuo *om.* **Pa** ||
27 proprium nomen est **L** est enim **p. Pb**

inhospitalis. ut Virgilius <Aen. IV 367>: 'Hyrcaenaeque
admorunt ubera tigres'. CASPIVS subaudis Armenius.

574 MAGNI SANGVINIS tauri aut hominis.

577 SOLO CORPORE non uirtute Tydeum permensus
est, sed corporis paruitate. 5

586 HAVSIT penetrauit siue percussit.

587 HAVD DVBIUM FATI procul dubio periturum.

589 ARCEAT IPSVM se ipsum dicit pudore tardari, ne
sic turpes delicatasque de hoste exuias domum referret.

591 ILLVDENDA ostendit arma morientis ita cultu ipso ¹⁰
fuisse deformia, ut mulieribus ad illudendum tantummodo
apta uiderentur.

Lind. p. 299

598 FALLIT ATYS ordo: lapsus Atys non fallit Me-
noecea clamore semianimi.

600 NEC PROHIBENT TYRII spoliabant Atyis cadauer ¹⁵
Arcades nec repugnabant Thebani.

601 TERRIGENAS MENTITA quia degenerastis ab illorum
uirtute, qui dicuntur draconis dentibus satis de terra
progeniti.

604 PIGNORA TANTA coniuges liberosque. ²⁰

608 INNOXIA PROLES dissimiles fratribus.

610 NEC MALA id est bella praesentia.

614 NVTAT dubitabant germanae, cui magis fratrum
timerent.

615 EXSVL Polynici tamquam exsuli plus fauebant. ²⁵

2 audis Pb || 3 tauri om. Pb | homines M || 5 paruitatem LPb
prauitatem Pa prauitate corr. in paruitate M || 8 ne] ut Pb ||
9 delicatas MPa | exuias de hoste L || 10 irridenda Pb | culta
M cubitu Pa || 15 Atys LP || 17 Terrigene Pb | MENTITA om.
MP | qui degenerastis a genere Adrasti et illorum L || 18 qd M ||
21 post fratribus in P scholion sequitur, quod ad u. 510 spectat:
Aegis id est ego sub aegide id est pelle leonis constitutus
quotiens laborauerim. supple 'tu nosti et exilium mihi prae-
buiisti'. aegis proprie est pellis Amaltheae caprae, quam Iup-
piter fertur tenere. sed hic posuit pro pelle leonis, quam
ferebat Hercules || 22 schol. 610 et 614 in MP secuntur post
schol. 616 || 23 mutantur Pb || 25 schol. 615 in LMP ante schol.
619 legitur | pollinices M

616 SIC PANDIONIAE uolucres dicit propter Progenem et Philomelam, quae filiae Syrii erant Pandionis ac per hoc moribus bonis eruditae, quae se non oderant. ut alibi <Theb. VII 479>: 'hinc atque hinc natae, melior iam 5 sexus'. ad mores meliorem sexum rettulit, non ad naturam.

619 MVRMVR confusus sonitus lacrimantium et sine significatione uerborum.

623 QVAE DECEPTA FIDES fides est in somniis, quae 10 uidimus, decepta, quia falsa sunt, quae uidimus.

626 TRACTAREM SENSU excusauit, quia illa uidere dicimur in somniis, quae habemus in uoto.

629 NESICIO QVO eleganter affectum uirginis expressit poeta. dicit enim se nuptiarum ordinem ignorare.

15 630 NON SPONTE SOROR dicit se casu aberrantibus respexisse oculis.

637 RECEPTVS ab hostibus liberatus.

640 CLIPEO nam super clipeum ferebatur.

645 SAEVVS PVDOR qui officium prohibebat.

20 646 SVMMVM ultimum.

648 FORTITER ORA cum ei diceretur praesens esse Ismene eius sponsa.

651 BEATA MORTE qua faciente funus filii non potuit cernere.

25 655 ALIIS SERPENTIBVS recentioribus, quasi primi de- Lind. p. 300 fecissent.

658 LVCEAT ENSIS quasi purus sanguine.

663 ILLVM FVGIVNT Tydea scilicet, quem cuncti acriter formidabant.

1 sic . . . Pandionis *om.* M | sic *om.* P | uolucres P hoc L | Progenem LP || 2 philomenam Pb philomēta Pa | Scyrii *coni.* Vollmer. | ferunt syrii Pb | pandionij Pa || 5 rettulit meliorem sexum L || 9 Qui Pa | FIDES *om.* Pb | in *om.* Pb | sōnis MPb | quae] qua L quia MP || 10 uidemus Pb || 11 quod L quo Pa | dicimus LP || 12 somnis LMP | habeamus L || 13 expressit affectum uirginis L || 14 enim *om.* L || 18 clipeo ? || 19 quia Pb || 21 presentem esse hismenem eius sponsam Pb || 28 acriter cuncti L

665 **REPENDERE NOCTEM** restituere, in qua quinquaginta insidiantes sibi Thebanos occiderat.

666 **INEXPLETIS** pro inexplebilibus. ad caedem translulit uel quod ad suum animum pertinebat, quem Thebanorum contentum caede tantorum . . .

671 **VBI AVTEM** sic dixit, quasi in recordationem nominis illius casu incidit.

674 **FVLGORE** ornamento diadematis regii.

675 **FLAMMIGER ALES** aquilam dixit, quae Iouis fulminibus seruit.

Lind. p. 301 678 **IN ARMA PALAM** tangit illud, quod occulte illi insidiatus est, et dicit se aperta luce uirili modo uelle configere.

688 **PECCAVIT** elocutio speciosissima, quae hoc significat: cuspis missa in Eteoclem peccauit in perniciem Phlegyae, quem percussit.

691 **NOCTE SVB ATRA** in qua est molitus occidere.

694 **ILLVM** iuuenem.

697 **ILIA TORVI** ad mortem tot homines, quot membra sunt.

Lind. p. 302 706 **GENTILIS APER** de ea gente, unde Tydeus fuerat. id est Calydonius, qui a Meleagro occisus est. et hic aprum pro pelle posuit. **NVSQVAM ARDVA CONI GLORIA** decusso coni ornato nudato uertice impressisque fragmentis galeae ossa sunt capitibus calefacta. ut Lucanus <VI 193 sq.>: 'et galeae fragmenta cauae compressa perurunt tempora'.

707 **GRADIVVS** in catalogo, dum arma ipsius poeta

1 reprehendere Pb || 3 pro om. Pb | inexplebilis LPb in-
expletus M inxpletis Pa || 4 quem] quā M que Pb || 5 caede
contentum L | exciditne negat? || 8 regii diadematis Pb ||
9 quare M || 12 se dicunt M || 14 PECCANT L | quae] p Pa || 17 schol.
spectare uidetur ad u. 679 NOCTEM | post ATRA nocte inseruit
M || 21 un corr. in unus M || 23 NUSQVAM . . . tempora post
schol. 707 praeb. LMP || 24 impressisque P impressisque M ||
25 sunt om. Pa | ut om. Pa | Virgilius LMP || 28 cum L

describeret, ait <Theb. IV 111>: 'patrius stat casside Mauors'.

710 VOLVVNTVR IN ARMA de capite in scuta cadebant.

712 SANGVINE TORRENS fluuium fecerat sudoris et
5 sanguinis.

714 LVMINA PARMA quia erubescerat Minerua facere
uirtutem.

717 NON EMINET AVCTOR non est ausus gloriari Me-
lanippus se auctore [uirtutum] interemptum Tydea.

10 718 ASTACIDES missor. lanceae hic descriptio et ex
insidiis iaculantis Melanippi.

724 PER OPPOSITOS eum intuentes.

727 PERIT EXPRESSVS Lucanus <III 679>: 'hostilem
cum torserit, exeat, hastam'.

15 728 QVIS ARDOR exclamatio per interpositionem.

733 RECEDERE CAELVM ad opinionem rettulit mo-
rientium.

736 NON OSSA PRECOR non quaero, ut membra mea
hono|rent patriam sepulturam, non ut ossa tumulo humata Lind. p. 303
20 seruentur. odi enim corpus, quod spiritum uirorum for-
tium pugnantium deserit.

741 FEFELLIT me scio enim certa in Melanippum tela
torsisse.

742 ARGEI Argiui.

25 743 HIPPOMEDON maritus Nealcis, Adrasti filius.

744 ARCAS quia Tydeo uiuente hunc secundum, id est
Parthenopaum, fuisse constabat.

750 CLAMANTIBVS cum admiratione fauentibus.

3 VOLVVNTVR *om.* MP || 8 Menalippus *ut semper* LMP || 9 uir-
tutum *om.* L || 10 missos L misso& Pb | et *om.* M | ex *om.* P ||
11 Menalippi iaculantis L || 12 pre P | oppositis Pa opposito
M || 14 dum LMPb autē Pa || 18 membra] ossa Pb || 19 one-
rent Mon. Pb | humato seruarentur M || 20 enim *om.* Pa | for-
titer ? || 22 scio enim me LPb scio me Pa || 24 ATREI LM
Altera Pa rhitri Pb || 25 inalcis *corr. in nealcis* M | Adrasti
filius *mendosum puto* || 26 maior *scholii pars pertinet ad IAM MAXIME* |
que M | uiuente *Grotius* iubente LMP | id est] primum L

751 VVLTVQVE OCCVRRIT quia retentus vulnere toto non potuit corpore subleuari.

753 AGNOVIT IN ILLO id est: tam illum spirantem animam quam se.

755 GLISCIT irascendo in maius accenditur. 5

756 DVBITANTIA FIGI quia his, quibus recens mors est, oculi videntur errare.

762 NEC COMITES AVFERRE VALENT non valent Tydeo caput tollere Melanippi.

765 LAMPAS scelera enim uisa aut igni aut aqua pur- 10 gantur.

766 ELISOS fluuius est.

COMMENTARIVS IN LIBRVM IX.

Lind. p. 304

Eteoclis allocutio hortantis exercitum, ut rapiant corpus Tydei. nuntius mortis Tydei ad Polynicen et eius 15 lamentatio uel allocutio Hippomedontis. pro cadauere Tydei dimicatio. factio Furiae auertentis Hippomedontem a defensione cadaueris. ablatio ipsius cadaueris. allocutio Hippomedontis ad equum Tydei et eius pugnae diuersae in Ismeno flumine. cuius cum nepotem occidisset nomine 20 Crenaeum, matre lamentante et conquerente commotus fluuius coepit contra Hippomedontem undas mouere. mors equi Tydei. pedestre certamen Hippomedontis in fluuio.

3 Agnouimus Pa | id est om. L | expirantem L || 5 Gliscunt Pb || 6 fugi Pa fligit Pb | mors recens L receus uirgo Pa || 7 oculis M || 9 tollere caput Pb || 10 enim om. Pb | iussa Pb || 12 ELYSOS L || Explicit liber VIII. Incipit liber IX. Pa || 14 rapiat Pb || 15 ad om. Pa | pollinicē MPb || 17 emicatio M | Hippomedontem . . . allocutio om. Pa || 18 ad defensionē M | Oblatio L || 19 equum Pb | ut Pa || 20 Hismeno LP | cum om. M || 21 creueum P | lamentate Pa corr. in lacrimante M | (et om.) ea querente P | conmotus Pa

conquestio Hippomedontis, quod in fluuio moreretur. Iunonis apud Iouem de hac re querela. mors Hippomedontis. mors Hypsei, Ismeni fluminis filii, ducis Thebani. somnium Atalantes praesagium de morte filii Parthenopaei. deplora-
 5 ratio eius in templo Dianae. profectio ad auxilium Parthenopaei. occursum Apollinis et de eius morte uaticinatio. aduentus deae ad Thebas, et quibus artibus tutata sit puerum. indignatio Martis contra Dianam Venere stimulan-
 10 te. Dryantis electio. mors Parthenopaei cum allocutione ad Dorceum, custodem suum.

1 ASPERAT AONIOS RABIES AVDITA CRVENTI TYDEOS Lind. p. 305
 crudelitatis arguitur, quia caput hostis moribundus absumpsit.

4 FAS ODI quod ultra fas et illicita crudelitate in
 15 mortui hominis cadauer ita furit.

7 RETRO TORSISSE IVGALES tanta crudelitas in scelere Tydei fuit, ut etiam cruentum numen nefas horruerit.

11 VRNAE UASA, in quibus mortuorum ossa conduntur.

17 SOLATIA LETI εἰρωμικῶς. id est pulchri pro 'cru- Lind. p. 306
 20 delis'.

19 FERRVM FACESQVE 'tenemus' subaudis.

23 FVGAM id est hiatum terrae.

24 HVMVS solum patriae suae.

28 INCESTARVM AVIVM id est humano sanguine polluta-
 25 tarum, siue quia cadauera eminus sentiunt. AVRA NO-

CENTEM id est mortibus uitiatam. ut Lucanus <VII 830>:
 'aera non sanum motumque cadauere sentit'.

1 Iunonis . . . querela om. Pb || 3 Hismenii L hismeni
 MP *Asopi est filius* | filii om. LPa fluuii Pb || 4 Atalantis L
 athlantis MP || 5 profectio . . . Parthenopaei om. Pa || 6 uaticinatio om. Pb || 7 et om. Pb | tuta Pa || 8 matris LPa || 9 (cum om.) allocutionem Pb || 10 Orchedum L orcheū MPb horchedum Pa || 11 ASPERAT . . . AVDITA om. MP | Tydeus LPb || 12 arguitur crudelitas Pb | assumpsit Pb || 14 inlicita MPa || 15 fuerit LP || 16 RETRO TORS. om. MP || 17 fugit M || 19 schol. 17 et 19 post schol. 55 MIHI praeb. P | (h)ironicos LMP | pulcris Pa || 21 subaudi LPb || 24 id est om. L || 25 cadauer M || 27 motum cadauera LM(P)

29 SINE FVNERE id est sine mortis officio.

ind. p. 307

38 SVADETQVE suadere vult, quod nimia uirtus faciat semper incautos. siue illud magis asserit, quod interdum nimia uirtus consilio careat.

55 TANTI EMPTA MIHI id est Tydei morte.

5

61 PRIMAE noctis sacrae.

68 TELAMONA hic Meleagrum dicitur unice dilexisse, ut Theseus Pirithoum.

70 QVIS CRVOR quantus, quia et sanguine fuerat Tydeus aspersus.

10

72 INVIDIT PATER tantae uirtutis uult ostendere Tydeum fuisse, ut etiam patris sui Martis tangeretur inuidia.

ind. p. 308

75 HVC VSQVE usque adeone furuit, ut inimicos dentibus suis assumeret? VLTRA SOSPE EGO tibi superstes sum? cum exprobratione dicitur. ut Virgilius <Aen. X 15 849>: 'morte tua uiuens'.

88 COLLATA sub scuto curuata.

90 FIXERAT inhaeserat.

92 DE CAELO METVS tempestatum causa.

93 RIGENTEM durum.

20

95 SIMVL ELICIT HASTAM simul et uerba profert et ictus praeparat Eteocles.

ind. p. 309

96 NON PVDET HOS MANES id est cadauer intueri.

102 NVLLA IMPIA MONSTRA ita Tydeum Melanippi cadauere funestatum dicit, ut corpus eius horreant etiam 25 ferae consumere.

105 ORBE SECVNDO clipei. ostendit non unius tegminis Hippomedontis scutum fuisse.

107 EXCELSCO TERRORRE pro 'excelsi terroris'.

1 SINE om. MP || 2 SVADETQVE . . . siue om. Pa || 5 schol. 55 et 61 om. L | tanto corr. in tanti M | Tydei scripsi Eteoclis MP || 9 quia om. MPb | Tydei fuerat L | thidei Pa tydei// superscr. i a M || 13 fuerit L fur///i//t M fuerint Pa || 14 suis om. Pb | absumeret? | VLTRO L || 15 exprobratione LPa corr. M expectatione Pb || 16 uiuos P uiuo LM || 17 conlata MPb || 19 tempestū M || 24 inuia MPa uia Pb | Menalippi LMP || 26 comedere Pb || 29 excelsis MPb

109 INGLORIA indecora.

112 RECIPIT irruit in hostes recipitque se.

116 TVNC PRIMVM FETA in primo enim partu maior est fetus affectio.

5 121 REDDERE TELA in se ab hostibus missa in ipsos iterum retorquere.

122 PRAEPETIS aut altissime posuit uolantis — ut Virgilius <Aen. V 254 sq.>: 'quem praepes ab Ida sublimem' — aut certe augurem sequentis.

10 125 CVNCTATA morata.

127 PHOCEA de Phocea regione. TANAGRAEVM Arcadicum.

129 SPES pro metu.

135 PRENSO CRINE CAPVT id est Tydei cadauer.

Lind. p. 310

15 136 MINAE terrores hostium.

148 SED MEMOR ELYSII qui scelera solet ulcisci. non enim exciderant Tisiphones animo scelera, quae Tydeus parricidio perpetrarat. siue quod nuper Melanippi caput assumpserat.

20 153 TENVERE SILENTIA Furiarum nulli crinibus sibilant angues.

155 BLANDA GENAS non horrore terribilis.

156 ADMIRATVRQVE quia latebat causa, mirabatur in se Hippomedon timorem.

25 166 LIBRABATQVE METVS dubitabat, cui magis, Tydei cadaueri an Adrasto, subueniret.

170 REVOCENT utrum se socii sui quasi inualidi reuocent a protegendo Tydei cadauere.

2 inruit P || 3 CVM L | pastu M || 4 affectio fetus L || 7 ut om. L || 8 sublimem rapuit L || 12 Arcadicum L || 14 PREHENSO LM(Pb) | CAPVT om. MPb || 15 MINAS L minuit Pb || 16 que P || 17 tysiPHONE MP || 18 patrauerat Pb perpetraret M || 19 absumpserat Pb || 20 TEN. SIL.] Impius ignis quem P | nullis LM null^s Pa | criminibus MPa om. Pb | sibilantur MPb || 22 GENAS om. MP || 23 Admirat²que M admiranturque Pb | q̄ M || 24 hippomedontis morem P (mores Pb) || 26 cadauer M | subueniret om. M || 27 quasi] ut Pb om. L | ualidi L || 28 a protegendo Tydei om. M | ad protegendum Tydei cadauer ?

Lind. p. 311 174 CERASTAE quando ab armato milite in priorem transfigurata est formam.

178 VICTORQVE VLVLATVS quod est luctus et laetitiae ululatus. ut Virgilius <Aen. IV 168>: 'summoque ulularunt uertice Nymphae'.

180 PRO DVRA exclamatio per interpositionem.

183 LIMES siue equiti siue pediti uia dabatur Tydeo a fugientibus hostibus.

185 IMPVNE LACESSERE delectabat Thebanos secure insultare cadaueri.

195 GLORIA LVCO de uenatione gloria aut de ferrea magnitudine. luo uero aut Dianae aut Siluani. alia sunt, quae figuntur, alia quae a pastoribus templorum tholis suspenduntur. dentes et cornua figuntur, pelles et alia suspenduntur. ut Virgilius <Aen. IX 408>: 'suspendiue tholo aut sacra ad fastigia fixi'.

Lind. p. 312 201 SOLVTI aut fracti aut a frenis liberi.

202 IMPEDIVNT retardant. FEMVR Hippomedontis scilicet.

203 REGIS ECHIONII supra <uu. 104 sqq.> enim te telo Eteoclis dixit femur Hippomedontis fuisse transfixum: 'quod in aere moratum transmissumque tamen ...'

207 FREMENTEM poetis licet equis humanos sensus dare. dicit ergo poeta equum Tydei doluisse mortem domini. ut Virgilius <Aen. XI 89 sq.>: 'post bellator equus positus insignibus Aethon it lacrimans'.

208 AVDENTIOR fretus Hopleus auxilio equi audebat hostiles peditum cateruas impetere.

1 priore M || 2 forma MPb || 3 q' M quia LP || 6 PRO DVRA scripsi PRAECORDIA LMP || 9 In hunc M | securo M || 11 aut] ut Pb | ferea L || 12 post magnitudine M praeb.: rura ouiliaque uastauerat | lucio M | siluano MPa || 13 fi//guntur M || 14 et¹] in Pb || 16 sacra superscr. supra M om. Pb || 17 aut² om. Pa | liber Pa liberū M || 18 Inpediunt retardant M || 19 scilicet ... Hippomedontis om. MPb || 21 fuisse om. M || 22 in aere ... tamen om. Pb | transfixumque M | tantum L tamen post FREM. praeb. M || 24 equum Pb | desoluisse M || 25 equus Pb || 27 equi om. Pb || 28 impetum Pb

209 NOVA PONDERA Hippomedonta.

213 SATIABERE CAMPO cursu uel pastu.

216 EXTORREM in exsilio degentem, quasi cuius umbra careat patria sepultura. NEV TV QVOQVE ut ego eum
5 relinquens laesi manes Tydei.

218 FVLGINE RAPTVM intellegi uult poeta exhortationes Hippomedontis equum sensisse, cum significat eum in uindictam domini tantae uelocitatis nimietate correptum.

219 SIMILES HABENAS non impares domini uiribus.
10 habenas enim pro rectore posuit.

221 IPSVM partem Centauri, quae hominem profert.

222 CAMPVS subaudis 'tremescit equinam partem semiferi'.

223 ILLE SVPER Hippomedon. NECOPINA quia ma-
15 xima celeritate et subito necopinantes oppressit.

224 POST TERGA CADENTES tanta celeritate fugientibus abscederat capita, ut eo transeunte occisorum caderent corpora.

226 SIGNA MALI interpositio est. id est: haec erant Lind. p. 313
20 indicia de Hippomedontis exitu.

227 ILLA BREVIS REQVIES mora fluii fugientibus Thebanis tardatione Hippomedontis paruam requiem tribuit.

228 HOSPITA BELLII noua cladibus, quae adhuc nullo fuerat belli cruore fuscata.

25 231 ADVERSAE contra positae.

233 ATTONITIS Thebanis. LONGVM interpositio a
mora.

234 SICVT ERAT id est armatus.

235 COMMENDAT SPICVLA sua scilicet, ne eum in flu-
30 mine impedirent.

1 hippomedonti M || 4 patria om. M | NEV om. MP | ut om. Pb | eum ego L eum P || 5 manes lesi Pb || 6 intelligi LP | et hortationes Pb || 7 equ Pb | sign.] fingit LPb || 9 impares M || 11 q̄ Pb huc Pa | praefert L || 12 subaudi Pb | tremiscit LP || 19 huius Pb || 20 de om. MP | exitij Pb || 21 Ille superscr. a M (!) || 22 et tardationis L et (t)ardationē MPa om. Pb | tardatione . . . 233 Thebanis om. Pb || 23 fuerat nullo L || 29 ne om. Pb || 30 inpedirent Pa

238 SVB VNDIS hoc est: quantum poterant eorum spiritus sub undis durare. Lucanus <III 697>: 'animam seruare sub undis'.

239 TVRPE LATENT pro 'turpiter celantur'.

240 SED VINCLA TENENT calciamentorum stricturae. 5

241 DEDVCIT PECTORA mergit aut trahit fluminis alueo.

ind. p. 814

245 TVRBA LACVS piscium multitudo.

247 EMICET id est delphinus. CARINIS ut magis eligat carinis illudere quam insequi pisces.

251 QVAERIT HARENAS titubat equus flumen ingressus 10 et quaerit campum, ubi firmos solet gressus infigere.

253 RELICTO quia iam prope riuum euaserat fugiens.

254 STAMINE PRIMO id est: erat notio uel institutio Parcarum.

255 ABLATVM negatum fatis, ut in fluuio potius more- 15 retur quam in terra.

257 VTRVMQVE TIMET et Hypseum et Hippomedonta, quoniam uterque in flumine dimicabat.

260 REDEVNT aquarum impulsu reductae.

263 SVMMA VAGIS superficies aquarum. 20

265 OBVIVS AMNIS exeuntem spiritum aqua infusa gutturi retardabat id est non sinebat spiritum exire de corpore.

ind. p. 815

274 RESOLVTVS amplexu fratris liberatus flumen euadere.

277 NVDATO GVRGITE quia astringit uertigo fluuii na- 25 tantes et non dat spatium euadendi.

280 MILLE MODIS LETI quia mori coeperat unusquis-

1 unda Pb | hoc om. Pa | quam MPa || 2 unda Pb || 4 latitat M latere Pb | caelentur M || 5 uincula teneant calecamtorum p structure M || 6 fluminis alueo om. Pa || 7 TVRBA . . delphinus om. Pa || 8 id est] scil. L || 9 inludere MPa || 10 equus Pb || 11 solet figer gressus firmos Pb || 12 ruī Pa ripam LMPa || 13 primū Pb || 15 flumino M | quam moreretur MP || 17 VTR.] terra quia M | TIMET om. L tam Pa | et¹] s (= scil.) Pb | hypomedontē MPa || 19 schol. 260 et 263 om. LPa | impulsu M || 20 supficiem Pb || 21 spiritum . . . sinebat om. Pb || 25 NODATO L | fluminis L || 27 modos M

que. sic Lucanus <III 689 sq.>: 'mille modos inter leti mors una timori est, qua coepere mori'.

281 INDVIT totum pertransiit.

282 AVCTOR qui uulnus infixerat, nusquam apparebat.

5 Virgilius <Aen. IX 748>: 'neque enim is teli nec uulneris auctor'.

283 EFFVGIENS hasta, dum impetu gurgitis traheretur, inuenit.

284 AETOLVS Tydei equus, quem Hippomedon sedebat.

10 290 CERTIOR id est fixior. sedens equum magis titubabat. siue certior uelocior.

291 ANTHEDONIVMQVE Anthedon est ciuitas Boeotiae.

293 PANEMO ex duobus geminis nomen alterius.

15 X 294 VIVE SVPERSTES e contrario ait Virgilius <Aen. X 600>: 'et fratrem ne desere frater'. hic, ut deserat fratrem, hortatur.

295 NON DECEPTVRE PARENTES id est: ut in unius uultu desinant parentes ex similitudine filiorum errare. Virgilius <Aen. X 393>: 'at nunc saeua dedit uobis dis-
20 crimina Pallas'. Lucanus <III 608>: 'et amissum fratrem lugentibus offert'.

299 INHVMTVS AD IGNES neque circa rogos uestros Lind. p. 31
flebilis umbra Tydei et stridorem et lamenta dabit dolens,
quod ipsa non meruerit rogam.

25 300 PABVLA MONSTRIS ut Virgilius <Aen. X 560>: 'piscisque impasti uulnera lambent'.

301 PRIMORDIA SOLVIT hoc est: cum corpus eius non fuerit concrematum, redigetur in puluerem et redibit in

2 mors ... pertransiit *om.* Pa | timorem (*om.* est) LM(Pb) ||
3 tantum M || 4 infixerat Pb | parebat LPa || 5 his telis LMPb
in stellis Pa || 9 equus Pb aequū Pa || 10 id est *om.* Pb | equum
Pb || 12 Antedone (*om.* est) LMP | Boeotiae *scripsi* est Euboeae
LPb oeuo ēē M occubo esse Pa || 13 PALAEMON L parit hermo
P panhemo M || 14 e *om.* P | ait *om.* Pb ut M || 15 ne ...
fratrem *om.* Pa || 17 id est *om.* Pb || 19 at *om.* M | dura
Vergilius || 22 vestros rogos L || 23 undora Pa unda M *om.*
Pb || 24 q M || 25 ut *om.* Pb || 26 inpasti M | labunt Pb ||
28 redit MPa

principium sui, quia omnis dicitur caro terrena esse. quam opinionem secutus Lucanus ait <VII 845 sq.>: 'quam sol nimbique diesque longior Emathiis resolutam miscuit aruis'.

307 CAPHEREOS ARCEM Caphereus mons Euboeae est insulae, iuxta quem Graeci propter cautes asperas passi sunt tempestates. ut ipse in Achilleidos <I 93 sq.>: 'nocturnaue signa Caphereus exeret et dirum pariter quaeremus Vlixem'.

310 HEV CVIVS NAVFRAGVS VNDAE exclamatio indignantis. perit in fluuio, qui marina naufragia saepe transierat.

312 DVM SOCIOS ad quos confugiebat auxilia petens.

ind. p. 317 318 DEPELLERE FAMAE memoria praeterita repetere et obliuionis squalorem damnunquē repellere.

319 ISMENIDE ex Ismeni fluminis filia Ismenide natus.

321 PRIMA DIES quando natus est.

324 ADVLANTEM adulat: alluit ac blanditur, interdum supplicat.

326 SVBIT OBVIVS id est contra fluuium natat.

327 REVERTITVR AMNIS cum natante puero in originem suam recurrit.

328 ANTHEDONII Anthedon ciuitas Glauci, qui deus maris est factus gustata herba, qua pisces mortui animam receperunt. INGVINA a qua parte fuerat transformatus.

331 TARDVMQVE FERIT uerbere exagitat delphinum, quo portabatur Palaemon.

1 caro dicitur L | esse terrena LP || 3 Emathiis] Thessalicis MP | aruis om. L || 4 CAPHEREOS LMP | ARCEM om. LPa | caphareus LMP | est Euboeae L | est om. Pb | euboeae insule est Pa euboeae insule M || 5 quam MPa | pp M | asperos L || 6 tempestatem Pb | Achilleide L achilleos M || 7 ultorquē MPa victorq; Pb | signa om. MP post exeret praeb. L | Caphareus LMPb | exeret corr. in exercet M | durum Pa || 8 ulixen MPa || 9 NEV L | NAVFRAGVS ... marina om. Pa | naufragias . unde M || 11 petens auxilia LP || 13 pellere L || 14 hismenis M | hismeda ins. ne M om. Pb | natus] om. M natus Priamides L || 16 adulatur L adulatus Pb | alludit ac LM illud e Pa aluit ac Pb || 18 id est om. MP || 19 Remittitur M || 21 Anthedos LMP | ciuitas est Pb om. M || 22 maris om. Pb || 23 transformatus fuerat L || 24 -qve om. MP | fuerit MPa ferunt Pb | a quo L in quo Pb

333 CAELATUR ORIGINE GENTIS gentis suae siue generationis pictura nitebat.

337 IRE PVTES ad picturae laudem poeta mobilitatem immobilibus dedit. Virgilius <Aen. VIII 691 sq.>: 'pelago 5 credas innare reuulsas Cycladas aut montes concurrere montibus altos'.

338 NON DISCOLOR non dissimilis mari multarum incremento aquarum.

341 LERNA palus est Graeciae, in qua serpens plena 10 capitibus eminebat.

342 DEVMQVE ALTRICES Liberi patris et Herculis. ergo numinum haec sunt fluenta.

344 CVMVLO aquarum multitudine in unum congregata.

345 VVLNVS RETENTVM quod opposita mole aquarum 15 conatus est fluuius retardare. siue uulnus hastam dixit. ut Virgilius <Aen. II 529 sq.>: 'illum ardens infesto uulnere Pyrrhus insequitur'.

347 VTRAEQVE ambae fluminis ripae.

348 CAVAE quia naturaliter loca concaua grauius 20 sonant.

350 MATER cum extrema uoce moriens matrem uocaret, extremum spiritum unda superueniens clausit.

351 GLAVCARVM uiridium Nereidarum.

Lind. p. 318

353 FVRIBVNDATA attonita.

25 359 CONFINIA PONTI id est: in qua parte se mari iungebat Ismenos, mutans colorem et saporem.

361 [ALCYONE Ceyx, filius Luciferi, habuit uxorem Alcyonen. a qua cum prohibitus isset ad consulendum Apollinem de statu regni sui, naufragio periit. cuius corpus 30 cum ad uxorem delatum esset, illa se praecipitavit in

1 ORIG. GENT. om. MP | suae om. L || 2 nitebat . . . poeta om. Pb | nitebat^r M || 4 Virgilius om. LMPa || 7 decolor Pb d'color Pa || 9 est om. LPa || 10 capitibus . . . ALTRICES om. Pb || 11 (D)eū MPa || 14 apposita Pb || 15 cū natus (om. est) M || 17 insequitur om. MP || 19 grauissimo Pa || 21 in extremo L extremo Pb || 26 Hismenos LMP || 27 Ceyx . . . hae alcyones om. M | (H)alcyonem LP || 28 prohiberetur ire L

pelagus. postea miseratione Thetidis et Luciferi conuersi sunt ambo in aues marinas, quae alcyones uocantur. notandum autem: cum de muliere dicimus, haec Alcyone facit, cum de aibus, hic et haec alcyone, hi et hae alcyones.] alcyones aues marinae, quae hieme in mari nidificant et pullos nutrire dicuntur, qui dies septem tranquillissimum pelagus faciunt.

367 OBSTAT non sponte, sed limo et cadaueribus turbatus.

369 RECLINAT supinat, ut uultus possit mortuorum rimari.

373 IMPVLIT retorsit ad fluuium.

Lind. p. 819 376 TRIBVERE PARENTES quia dicit Aristoteles post annorum milia et Nymphas et Faunos perire.

378 MITIOR HEV MISERO qui in sidera raptus non sit.

383 VNDARVM propter Ismenon. NEMORVM propter Faunum.

386 AMBITVS quia rogabant tibi in matrimonium sociari.

387 MANSVRA PROFVNDO melius fuerat in mari me tecum exstingui.

390 DVRE PARENS Ismene, immisericors pater.

397 IUSTA TVORVM iusta dicuntur sollempnia funerum.

398 NON HIC SOLVM habebis causam aliam lacrimarum propter Hypseum . . . filium, quem postea Capaneus occisus est.

401 NONDVM NEREIDA cum adhuc in Nympham minime fuisset mutata et fieret dea iuxta Ismenum, ubi fuerat demersa.

3 cum] arcū Pa articulū Pb || 4 facit om. Pb | hi et hae om. P || 5 halciones i. aues L alcione alciones aues P || 7 faciunt pelagus L || 8 sed] si M | turbatur MPb || 10 mortuorum uultus possit L || 13 tabuere Pb || 15 schol. 378 om. M | miser quod Pb || 16 hysmen Pa hismenem Pb || 18 tibi om. M || 21 immisericors M || 22 iuxta . . . iuxta MPa || 23 habetis L | aliam om. Pb || 24 Hypseon L | funere filium LPa funere funere Pb funerū filium M latetne nomen proprium? | occidit L occis' est Pa || 26 cum adhuc om. Pb || 27 mutata fuisset L | hysmen Pa ismenem Pb

403 RESPVIT INFANS Palaemon uidendo flentem suam matrem et undas torsit, quae illam ad se traxerunt. constat autem eam dolore praecipitasse se, postquam inuita filium proiecit in mare.

5 406 ANNVS IN AGROS pluuiis meliora frugum incre- Lind. p. 320
menta proueniunt.

407 QVAMQVAM OBSTREPIT IPSE quamquam aquarum strepitus impediēbat auditum, tamen auribus filiae lamenta percepit.

10 410 VRNA ita enim fluuiorum simulacra pinguntur, quasi amnem urnis effundant. ut Virgilius <Aen. VII 792>: 'caelataque amnem fundens pater Inachus urna'.

411 SCRVEPA LIMO lapillosa loca circa mare uel flumina scrupea dicuntur.

15 420 CONCVTIENS iracundiae signum.

422 TVIS ET CONSCIVS ACTIS quod recepi tua supra et libidinum tuarum conscius fui.

423 FALSA Antiopam, Nyctei filiam, stuprauit Iuppiter in Satyrum uersus, matrem Zethi et Amphionis. ideo
20 falsa fronte, quia cornuti sunt Satyri, quorum imaginem falsam sibi sumpserat Iuppiter.

424 DISIVNGERE PHOEBEN hoc contigit, cum Hercules nasceretur. nam tres a Luna continuatae sunt noctes. Lucanus in catachthonio: 'Thebais Alcmene. qua dum
35 frueretur, Olympi rector Luciferum ter iusserat Hesperon esse'.

425 DECEPTAQVE FVLMINA VIDI quia indisposite fulmen Semelen exstinxit. primam | ergo fabulam Europae dicit, Lind. p. 321

1 matrem suam flentem L || 2 et om. L | a se M | traxere Pb || 3 eam om. MP | dolorē Pa | se om. MP || 5 AMNIS L | frugum meliora L || 7 strepitus aquarum L || 8 tamen] uñ Pa || 11 urnis . . . amnem om. Pb | infundant corr. ex effundit M || 13 lapillosa L | loca om. Pa | uel om. Pb || 16 qui L | recepit M || 17 tuarum libidinum Pb || 20 fronte] cornua LM || 22 hoc tunc contigit Pb || 24 Lucanus om. Pb | cat(h)agonio LMP | thebanas Pb | aligine neq̄ dum Pa || 25 ter] cum Pb | hesperion Pb hesperoni Pa || 26 ē Pa | uide Hosii ed. p. 330 || 28 extorsit P

secundam Alcmenae, in qua tergeminata est nox, tertiam Semeles, quam fulmine suo Iuppiter incendit, quartam Ledae, quam Iuppiter prope flumen uitiauit mutatus in cygnum.

426 **PRÆCIPVOSQVE** increpans dicit praecipuos se Iouis 5 filios educasse id est Herculem Liberumque.

428 **VNDA** cum Semele matre certum est Liberum fulminatam, sed a Ioue Mercurioque praeeptum et femini Iouis insutum ad nascendi esse tempora reseruatam.

429 **FVNERA PORTEM** cadaverum molem. 10

434 **CLAMATVS SACRIS** sacrorum clamore repletus.

435 **THYRSOS** quibus Liberi caput ornatur.

437 **STRYMONOS** Thraciam dicit.

439 **ADMONET** nec tibi in mentem uenit. bis accipien- 15 dum est, ut sit: nec te nec manus tuas.

440 **PARENTVM** nutritorum immemor.

445 **NI MORTALIS EGO** si non est in me immutata natura.

Lind. p. 322 446 **INFRENDENS** minaciter dentibus sonitum dans. infrendere enim est proprie dentes irascendo quaterere. unde 20 et infrendes dicuntur pueri sine dentibus.

447 **SIGNA DEDIT** furoris sui undis dedit indicia.

448 **AVXILIA fluenta niuium.** Cithaeron Ismenoni in uindictam filii uelut auxilia misit exercitus. **PABVLA BRVMAE** eleganter niues brumae pabula dixit. certum est 25 enim niuium incremento stridorem hiemis magis augeri.

449 **FRATER** eiusdem provinciae fluius. **TACITAS**

2 iuppiter fulmine suo Pb || 5 increpandos M || 7 VNDA ... Liberum om. Pb | vnde L undaq; Pa | semela Pa | mater L || 8 perceptum L | foemori LPb femore corr. ex femini M || 10 PORTO L || 11 SACRIS om. MP | clamore sacrorum repertus L || 16 inmemor MPa || 17 nū Pa | siue est LPa | mutata L add. in M || 19 sonitum dentibus L | sonitum dans om. Pb || 20 enim om. Pb | proprie est Pb | dentib. M | unde ... dentibus om. Pb || 22 unda L un P und M | diē add. deē M || 23 Ismenon L (h)ismenoni MP || 24 excitus Pb || 25 pabula brumae LPb || 26 enim om. M | niuium om. Pa | rigorem Lc || 27 fluminis L

uel sine stridore, quia dicitur Asopus lenis fluere, uel occultas per latentia spiramina terrarum uires suas fluuius refundebat.

454 AERA SICCAT pluuiæ enim ex nebulis conceptæ
5 terræ funduntur. dicit ergo aquarum semina omnia ad incrementa huius fluuii fuisse conuersa.

456 AGGERE riparum altitudine.

460 PLEIADAS ista sidera cum occidunt, grauissimas commouent tempestates.

10 461 NIGRVM turbidum, tempestatem significantem. etenim si lucidus oriatur, serenitatem significat. ut Virgilius <Aen. III 517>: 'armatumque auro circumspicit Oriona'.

464 AESTV aquarum sonus ac fremitus Hippomedontis
15 clipeum texit.

467 SERVANTIA possidentia.

473 FUGIENTE pedum nisu labente.

475 SVBRVTA euersa id est subtereuntia. FALLACI LIMO qui creditos sibi gressus decipiebat et nutare faciebat.

20 478 IMBELLI FAMVLATE DEO debili Libero. SOLVMQVE CRVOREM FEMINEIS quem, cum bacchantur ac se lacerant, matres effundunt.

480 BVXVS tibia.

482 ET NVBE NATANTIS HARENÆ id est natantis limi Lind. p. 323
25 squalore sordentis. ad demonstrandam uolentiam torrentis fluminis fundo limum excitum in superficie aquarum rotare poeta monstrauit.

484 OPPOSITI Hippomedontis.

486 CONVERSA ut ostenderet uiri fortis constantiam,
30 dicit eum tarde cecidisse uel numini.

1 uel om. Pa | frigore P | fluere leniter Pb | uel om. Pa ||
3 restindebatur Pa restringebatur Pb || 6 flumini Pb | flu. affuisse L || 8 PLEIADAS L || 9 tempestates commouent L || 14 sonitus Pb || 18 subrupta Pb || 19 quia Pb || 20 FAMVLANTE L corr. ex fabulante M | debili om. superscr. M || 21 FORMINEIS L om. MP | bacchantur MP | ac se | OSSA M || 22 motes Pa intres Pb | effunduntur P effundit M || 24 NATANTIS HARENÆ om. MP || 29 conuersi L || 30 cecidisse . . . grando om. Pa

488 GRANDINE FERRI telorum multitudine, ut grando in terras rarius cadere putaretur.

490 QUID FACIAT exclamatio.

491 NEC MAGNAE id est gloriosae.

492 CREPIDINE RIPAE crepido dicitur moles eminentior in ripis.

493 VNDARVM incertum erat, utrum haec arbor ultra fluuium esset fixa an in ipso fluuio. tamen melius in medio fluuio accipimus stare.

495 HVIVS arboris. NAM QVA TERRAS interpositio per interrogationem.

496 NEC PERTVLIT. non sustinuit arbor Hippomedonta trahentem.

497 PONDERE VICTA tenentis uiri grauitate uulsa est.

499 SVPERNE desuper cadens.

502 HVC VNDAE COEVT in locum stantis arboris unda successit. ut Lucanus (III 633): 'inque locum puppis cecidit mare'.

503 BARATHRVM uorago profunda.

Lind. p. 325

504 SINVOVA VORAGO caenosae altitudinis motus.

506 PVDET interpositio increpantis.

508 TORRENTIS torrentia dicuntur flumina, quae subiecta montibus facillime aquarum incrementis augentur.

INIQVIS magnis siue uim inferentibus.

518 BVSTA DABAS quia cum uetaret Creon sepeliri, liberi occisorum ducum uxoresque eorum a Theseo rege Atheniensium meruere, ut bello Thebanis illato redderet miseris sepulturam. inuidiose hoc Iuno dicit, quoniam Hippomedontis corpus fluctus abstulerunt. Thebanorum et crudelitatem nec miserationem poterit tolerare.

1 grandini M | multitudini L | ut] ne L || 2 cadere rarius Pb || 4 gloriae suae LMP corr. Menkius || 6 in ripas MPa om. Pb || 9 medio] ipso L || 12 NEC . . . uiri om. in marg. sup. add. M | nec substinuit Pb || 15 cadentis L cadent (t in ratura) M || 18 cedit L || 19 profunda aquarum P || 22 qui M || 23 augentur incrementis L || 25 dabasq, M | chreon om. in marg. add. M | insepiliri M || 27 inoblato Pa in//lato M || 28 miseris redderet L | hoc om. LP | dixit MPb || 29 et om. LPb

523 RESEDIT peracta siue finita.

529 STVPVIT CRVOR sanguis Hippomedontis, qui frigore fluuii gelatus fuerat, mox resolutus aeris calore uulneribus manat.

5 531 INCERTI titubantes.

534 LAXAT nudat siue liberum facit, quem ante obtexerant rami.

536 ORDINE SILVAS longitudine, quia ipsa post casum quercus extenditur.

10 539 ASTRICITIS timore compressis.

541 LAXAVIT nudauit galeam adimendo.

548 ADES O MIHI DEXTERA TANTVM ut Virgilius <Aen. X 773>: 'dextra mihi deus et telum, quod missile libro'.

551 POTENTEM spoliorum dominum.

15 553 ANIMAM Hypsei.

557 SVPER ASSISTENS Hypseo.

558 REFER HVC OCVLOS ad me respice.

565 MEMBRA SEPVLORO spolia super eum iecit quasi sepulcri uice.

20 572 EX MORE quo more solita erat cum procis suis Lind. p. 326 cursu certare.

574 VIVENTE perenni.

575 CVRARVM PONDERE magnitudine, quia illi maxime turbantur, qui magnis curis urgentur.

25 578 EXTORREM exsulem. extorris enim dicitur exsul quasi exteris id est extra terram.

580 VIDEBAT ab inferiori sensu et supra 'uidebat' intellegendum.

2 CRVOR *om.* MP || 3 fuerat *om.* LPa | morte solutus LMP mox resolutus Le | e uulneribus? || 6 (quem ante *om.*) detexerant M || 8 siluas *corr. in* subaud̄ M | longitudine *om.* LPa | ipse M || 9 ostenditur LPa || 10 Adstrictis MPa | expressis Pb || 12 ut *om.* L || 15 animū M || 16 adsistens P || 17 *post* respice P *praeb.*: Tuasq; hostiles || 18 eum *om. add.* M || 19 uice] loco Pb || 20 *super* quo M *add.* subaud̄ || 22 Viventi M || 24 turba//ntur M || 26 terras Pb || 27 Elidebat M | intellegendum est Pb

- 581 IPSVM filium. FLVXISSE cecidisse.
- 582 EFFIGIESQVE SVAS portendebatur ei filium mori-
tarum, qui est matris effigies.
- 583 PRAECIPVOS post alias noctes haec somniis grauior
uidebatur. 5
- 584 NOX MISERAE in qua uidet somnium, quod poeta
dicturus est. EREXIT excitauit sollicitudine.
- 585 FELICI ROBORE fructiferi roboris. enarratio somnii
ultima noctis.
- 589 ARMA dentes. ut Virgilius <Aen. XII 6>: 'tum 10
demum mouet arma leo'.
- 590 FIGERE Virgilius <Aen. IX 408>: 'sacra ad fa-
stigia fixi'.
- 592 IMPEDIT adoperit.
- 593 DEFESSA somnio, quod uidit. 15
- 597 QVAERENTI causam proscissae quercus.
- 598 LYAEVM Bacchum. per hoc portendebatur The-
banis occidendum Parthenopaeum. nam Thebae Libero
patri dicatae sunt.
- 600 ABRVPERE OCULI experrecta est. 20
- 601 FALSOS quos in somniis passa est.
- 605 SVB EOO matutino tempore.
- 606 QVERCVM quam uiderat fuisse proscissam.
- 608 SIGNA uenationis insignia.
- 610 MORE NIHIL GRAIO non Graecorum more delector. 25
ASPERA ubi homines immolantur sacris.
- 612 THIASI chori uirginum et puerorum, qui Libero
hymnos canunt.
- 614 THYRSOS hastas pampineas.

Lind. p. 327

2 suas corr. in sub M || 4 somnis Pa soñis Pb ///ōn add.
is M || 6 uidit Pb || 7 dicitur (om. est) Pa || 8 sōniin M || 9 noctis
ultima LP || 15 fessa LMP || 17 Bacchum om. MP | portende-
bat Pb || 18 post occidendum superscr. puerum M || 20 experta
LMP corr. Geuarius || 21 somnis MPa || 22 eo MPa ero Pb ||
23 QVERCVS L | praescissam L || 24 uenatoris L uenerationis Pa
uenationibus Pb || 25 delictor Pa delictor, M || 26 ibi MPa | im-
molabantur L || 27 post Libero patri superscr. M || 28 hymnos]
modos Pb

615 TETRICIS seueris siue horribilibus.

616 SIC QVOQVE cum uirgo esse desissem, in honorem
nominis tui tamen uenandi studia non mutauit.

617 CVLPAM quod sum neglecta pudicitia uitata.

5 618 OSTENDI subaudi 'tibi, Diana'. TREMENTEM
MOX natum.

619 CONFESSA innocentiae proximus est, qui culpam
fatetur.

620 PROTINVS ARCVS MOX ut potuit ad armorum no-
10 strorum usus accessit.

622 QUID TREPIDAE NOCTES interpositio cum inter-
rogatione.

625 AMPLA maiora. DA VISERE TANTVM si uictorem
non possum, restitue, quaeso, diua, uel uictum.

15 626 TVAQVE ARMA uenationis, id est sagittas. PREME
compesce nefanda somniorum omina.

627 QUID quare. DELIA uocatiuus est.

628 MAENADES Bacchae. quoniam in somnis quercum
uiderat a Libero patre et Bacchis forte proscissam.

30 629 CVR PENITVS quare me uehementer huc trahit
suspicio, ut patem orbitatem mihi significari arboris casu?

632 DICTYNNA ob id dicta Dictynna Diana: Briton,
Martis filia, uirgo Cretensis Dianae dicata. huic cum rex
Cretensium Minos stuprum uellet inferre, illa se iecit in
25 mare illataque est retibus piscatorum, quae Graece *διτυνα*
nominantur. a quibus huius corpus inuentum extractum
est. insula tamen Creta pestilentia laborauit, quam eua-

2 Hic (H *in rasura*) M | desi//isse eē in honore M || 3 mu-
tauit M || 4 de pudicitia M || 5 ostendit M | subauditur (*om.*
tibi) Pa | TREMENTVM L || 13 uictor esse Pb uetare Pa || 16 ne-
fanda compesce Pb || 17 quid quare *om.* Pb || 18 insomnis L ||
19 et Bacchis *om.* Pb | praescissam L ꝑcisam Pb || 20 tradit
Pb || 22 Dictina M dictima Pa dictina Pb *utroque loco* | dictat
M | Bryte *dicatur a myth.* (II 26) || 24 Cretensium L cretesium
Pa | inferre uellet Pb uellet Pa | iacit M || 25 dictia M Pa
dicta Pb || 26 inuentum *om.* LM || 27 est *om.* Pb | (*tamen om.*)
creta bene Pb | quē M qua Pb

dere penitus nequissent, nisi Dianae templum instituissent eamque Dictynnam uocassent a retibus. LABORES deprecor, Diana, per maternos dolores: siue quibus tu edita es, siue per omnium parturientium gemitus.

636 MADVISSE DIANAЕ tanta miseratione Atalante con-⁵ questa est, ut uideretur etiam simulacro numinis mouisse lacrimas.

Lind. p. 328 639 MAENALON ASTRIS tanta est Maenali altitudo, ut cacumen eius astris uideatur insertum.

641 QVA SEMITA LVCET diis eam tantum partem signi-¹⁰ ficat ad transitum datam, quae supremum aerem infimumque coniungit. qui locus est iuxta circulum lunae. de quo Lucanus <IX 5 sq.>: 'qua niger astriferis conecitur axibus aether, quaque patet terras inter lunaeque meatus'.

644 COLLA Parnasi iuga. ¹⁵

Lind. p. 329 647 SIDERE MIXTO bene per occasionem figmenti poetici naturalem exposuit rationem. tunc enim eclipsis fit solis, cum luna trigesima est et ad | signum idem uenit et orbem eius obscurat.

650 LABDACIAS Thebanas a patre Labdaco. ²⁰

653 PVDET IRRITVS quia Amphiarao auxilium ferre non potui.

656 COEGI coniunxi.

658 ANTRA ubi oracula Apollinis dantur.

663 CONFVSA VICISSIM interposuit suam poeta per-²⁵ sonam. quae uerba Dianae posuit. ordo ergo et sensus

1 nequissent *superscr.* vi M | nisi . . . uocassent *om.* Pb | templum Dianae L || 2 deprecor te LPb || 5 Atalanta L atalantiae Pa atlante Pb || 6 nominis M || 8 Maenalius L menalos MPb menalo Pa || 10 tm eam Pb | significat *om.* Pb | partem tantum ad transitum datam significat L || 11 quae] tantaq3 *corr. in tãq̄* M | summum LPa || 12 contingit MPb | iuxta] circa L || 13 con(n)exis LP || 14 aer *Lucanus* || 15 Parnassi LPa || 18 trigesima M | et ad signum *om.* Pb | euenit P || 20 Labdacidas M | Labdacio L labdaci P l&i M Lai ? || 22 potuit LP || 25 imposuit M (*fortasse corr. ex intposuit*) || 26 quam L | uerbis L uerbi Pa | ergo ordo Pb

talis est: si mihi eum non licet de proelio liberare, certe extremum decus et solatia mortis ei concedam, ne inultus occumbat. ut sit parenthesis ex persona poetae: confusa uicissim uirgo refert.

- 5 668 LIBANDAQVE FRATRI osculata est fratrem. Lind. p. 330.
 676 VESTIGIA MVTANT nemo de eo loco, in quo steterat, pellebatur.
 683 ILLVM Parthenopaeum.
 685 DISCOLOR maculosus. AMBIT operit.
 10 686 TIGRIS pro pelle tigridis. VNGVIBVS ARMOS
 corrente equo mota pellis equi armos caedebat.
 687 COLLA SEDENT NODIS plena sunt musculis. Virgilius <georg. III 81>: 'luxuriatque toris animosum pectus'.
 CASTIGATA IVBARVM pexa et collecta iuba in ceruice
 15 equi sedebat ornata.
 688 NEMORISQVE NOTAE signa uenationis equo sub pectoris prima parte pendebant.
 689 LVNATA in modum lunae curuata.
 691 NEVERAT VNVM interpositio. et bene unum, quod
 20 nisi pietate uicta filii nunquam uenatrix feminea opera contigisset.
 692 COLLECTVS cinctus siue constrictus.
 697 CATENAS a parte enim galeae descendunt catenae, quae ab ictu colla sedentis defendant.
 25 704 MVLTVMQVE SEVERIS supra praemissa Parthenopaei pulchritudine hic est uitanda laudatio: ipse tamen formae laudem aspernatur et, ut celet pulchritudinem suam, irascitur.

1 eum mihi Pb || 2 decus] diem Pa | ei scripsi et MP om. L | nomini uultus P || 5 LIBANDAQVE . . . MVTANT om. Pa || 6 statuerat corr. in steterat M || 8 ILLAM L || 11 equi] aquo M | cedebat/// M || 13 animosum pectus om. MPa || 18 cunata M || 19 NOVERAT L | VNVM om. P | unum om. Pb | quia L om. Pa nō Pb || 20 opā ctigisse M || 22 strictus LP || 23 enim om. M || 24 defendant superscr. u M || 25 Vultūq' (V in rasura) M | supra] s. Pb || 26 pulchritudine P | his LMP | uitando M || 27 aspernatur corr. ex aspernabatur M | cedit M | pulchritudinem P

707 INTENTAQUE contra Parthenopæum parata ætatis
misericordia reuocant tela.

711 SVSPIRIA VOTO ut nubant ei aut uincat.

Lind. p. 331

713 QVOD INQVIT dubitantis est.

716 CRVDA immatura.

5

722 ET NVNC ILLA mater scilicet Atalante.

723 LIMINA LASSAT rogando fatigat. ut Horatius <car-
m. I 2, 26 sqq.>: 'prece qua fatigent uirgines sanctæ minus
audientem carmina Vestam?'

724 VLVLATA formidanda siue luctuosa.

10

725 MORITVRE PARENTI matri tuæ tantummodo peribis,
cui soli morte tua ingeres luctum.

730 CORYTON TELIS coryton theca arcus solius dici-
tur, sicut pharetra sagittarum et sagma scuti. nunc ergo
coryton pro pharetra posuit.

15

733 CONSCIA MISCET ipsa est Hecate, quæ inuocatur
a magis.

735 HERBAS magicæ disciplinæ aptas.

Lind. p. 332

739 GAETVLA Afra.

741 VNGVES quibus nocet.

20

742 INDIGNATVR cum leo unguibus aptum uenationi
se iam senserit, indignatur matris uenationibus nutrir.

745 PRIMA TANAGRAEVM Euboeum. Tanagre enim
ciuitas Euboeæ est, ut ipse in catalogo <VII 254>: 'mille
sagittiferos gelidæ de colle Tanagrae'.

25

746 MARGINE PARMÆ inter limitem scuti uel galeæ.

1 *schol.* 707 *om.* Pa | parata *om.* Pb || 2 reuocantur L ||
3 SVSPIRIA *om.* MP | ut] aut LP | uincant LPb || 4 est *om.* Pb ||
5 immatura Pa || 6 Atalanta L atlante Pb || 7 laxat Pb || 8 qua
prece L || 10 VLVLATA L | formidata Pb || 11 tantum L | peri-
bis] paries MPb peries Pa || 12 ingeras P || 13 goriton *semper*
P | solius *del.* M || 14 sic (*om.* ut) M | sagittarum . . . pharetra
om. Pb | ergo] uero L || 16 ipse L || 21 Indignatus Pb | cum
. . . nutrir *om.* in *margin.* *inf.* *add.* M | se uenationi M || 22 in-
dignatus Pb || 23 euboicum Pb | Tanagreus L tanager Pb tam
mag Pa | enim *om.* LPa || 24 ciuitas . . . Tanagrae *om.* Pa |
est Euboeæ L || 25 gelidos L || 26 it̄ limate M | uel *om.* M

748 SACRI exsecrabilis, seu quia Diana eius sagittas infecerit.

749 SAEVIVS EVRYTION subaudis: turbatus est aut periit.

750 CALLIDA insidiose facta. dicit ferrum sagittarum
5 tres uncōs habere, ut infixum reuelli non possit.

754 EXPLEVIT ambos illius oculos obcaecauit.
HOSTEM Parthenopaeum.

758 ADDIT occidit. ABANTIADAS Abantis filios, quos et supra <VII 370> memorauit: 'non ego Abantiadas'.

10 759 ET MALE DILECTVM quia dilectus inter uos non pietatis est, sed libidinis. notandum ergo, quod hic male scelerate significat, quia incestum ostendit. ideo quasi impij ipsius tantum mortem expressit.

768 PRAECEPTUM in praecipitio posita siue in montis
15 latere aedificata. CANDIDA propter columbas.

769 NON EXCIPIETIS AMYCLAE minime in suam patriam reuertetur. Amyclae ciuitas Laconiae regionis.

772 QVIS CREDERET ARCVM post terga sagittas mittebat fugiens sicut Parthi. Lucanus <VIII 381>: 'et melior
20 cessisse loco quam pellere uirtus'. Virgilius <georg. III 31>: 'fidentemque fuga Parthum uersisque sagittis'.

777 LABDACIDAE a patre Labdaco.

Lind. p. 333

778 AMPHION filius Amphionis, Zethi fratris. QVAE
FVNERA quantas mortes.

25 783 INFRA non dignus ira hostis, contemptibilis.

787 FAMA MOVET si uis gloriose mori.

790 HIC EXERCITVS dicit Parthenopaeus Thebanorum debilitati etiam puerilia arma sufficere.

1 SACRI *om.* Pb | qđ Pb || 2 infecerat L || 3 SAEVIT IN L | subaudi Pb | est *om.* MP (turbatum Pb) || 4 inuidiosa (*om.* facta) M || 9 et *om.* L | memorat Pa || 11 est *om.* M | notando ego M || 14 PRAECEPTUM . . . aedificata *om.* Pa || 15 p̄p̄ M || 16 maxime Pa || 17 reuertitur LPa | Laconiae LPb || 18 mittebat sagittas L || 20 uirtus L uictus MP miles *Lucanus* | Virgilius . . . sagittis *om.* MP || 25 nec L || 26 Fratna M | si uis] suū P || 28 sufficeret Pa

793 NOCTE SILENTI epitheton noctis. seu quod sacra a Thebanis tacite colebantur.

795 VERTICE MITRAS mitra est incuruum pileum, de quo dependent buccarum tegmina. et oratorie crimen obiectum est ex habitus qualitate. Virgilius <Aen. IX 616>: 'et tunicae manicas et habent redimicula mitrae'.

Lind. p. 334

802 LVMINE DIRO conuenientis hastae siue aspero, quod lux ferri oculos terreat.

804 DEVIVS HASTAM a uia hastae motus. Virgilius <Aen. X 646>: 'dato uertit uestigia tergo'.

807 OMNI STETIT nihil de uiuo uultu mutauit in conspectu rectissimo.

808 PVDICO casto.

810 MANDAVERAT commendauerat.

811 DISSIMVLATA celata seu mutata.

813 PARCE PARENTI bene furenti filio nomen matris opposuit, ut oblatio cari nominis puerum festinato suo retardaret interitu, ut uel matri parceret, quippe quam pro gloria contemnere cupiebat.

817 CVLTVS spolia Amphionis.

825 TEMPESTIVA opportuna. Horatius <car. I 23, 11 sq.>: 'desine matrem tempestiua sequi uiro'.

828 TEMPERET disponat aut ordinet.

Lind. p. 335

839 COLVS Parcarum, id est: finita est Parthenopaei uita.

840 PVDORE subaudis: cessit et auertit a Parthenopaeo 25 faciem.

843 TVRBIDVS ORION quia hic Dryas Orionis filius fuit, qui immissu Dianae scorpionis ictu periit. turbidus

1 silenti *del. superscr.* subaud M | siue Pb || 2 colebatur M celebrantur L || 3 est om. LPa | pileum LPb || 4 buccarum L || 7 duro MP | Conuenienti L | asperso P || 8 oculos] deos Pa || 9 auisae LPa || 11 Omis Pa ois Pb omnis *add.* i M | stat Pa | deuio uultu M || 15 siue L || 17 apposuit L | ablatio L | festinatio sua tardaret intacitu Pb || 18 interitu M || 19 gloria sua L || 21 oportune MP || 23 aut om. M || 25 subaudi Pb | et om. Pb || 27 quia om. Pb | fuit filius L || 28 i iussu Pb inmisso Pa inmisso M | scorpionii L

autem, quia stella eius tempestatem mouet, siue fortis uel incontinens, quippe qui nimio amore Dianae flagrauit.

844 INDE FVRIT PRIMVM ex illa causa, quia patrem eius Diana sagittis occiderat. unde Horatius <car. III 4, 72>: 'uirginea domitus sagitta'.

845 ARCADAS comites Dianae.

849 SERVAT VIRES dum hostes insequitur.

851 PRAEEDVNT NVBILA MORTIS circumuolant. id est: mens Parthenopaei turbabatur uicinae mortis aduentu.

10 852 VERVMQVE VIDEBAT non eum, in quem Diana fuerat immutata.

856 OBARSIT effulsit uel resplenduit. auus enim Dryas Neptuni filius fuit et Iouis et Mercurii. idcirco duorum numinum gerebat armis insignia.

15 859 HISCERE RIPAM ut se submergat et fugiat aquila.

864 EXPEDIT ad sagittandum parat.

867 AONII Dryantis.

Lind. p. 336

868 NERVIQVE SONORI arcus Parthenopaei inciso neruo ictus, quos Parthenopaeus parauerat, perierunt.

20 873 FACILEM mollem seu penetrabilem ut pueri scilicet.

874 POPLITE SISTIT per sedentis poplitem equum percussit.

25 876 CONSCIVS a 'Diana intellegitur Dryas occisus, ut ipsa superius <u. 667> promiserat dicens: 'et nostris fas sit saeuire sagittis'.

881 ET PRENSIS CONCVSSA COMIS nam morituris solent erigere capita comasque concutiendo siue uellendo, quasi reuocent illis sensum.

2 continens Pb | qui] cum P | flagitauit M || 3 INDE om. MP | causa om. Pb | qua M || 6 Archades Pb || 7 insequuntur L || 8 Accedunt Pb | circumdat Pb || 9 uicīo Pb || 10 Verum Pa | fuerat Diana L || 11 immutata om. M || 12 fluuit uel splenduit Pb | auis (om. enim) Pa | immo Orion pater || 13 et¹ om. L || 14 armis gerebat LP || 15 Iscere MPa | sūmergat Pa s̄mergat M | et om. Pb | aquilam LP || 18 NERVI L | arcū M || 19 ICTVS L || 21 equum Pb || 23 intelligitur LP || 24 promisit Pb || 25 seui M || 26 PRAEHENSIS L p̄ensis Pb || 27 comas L | quia Pb || 28 illius LMP illis Bernartius | sensus Pa.

Lind. p. 337

884 INCIDENTE irrumpente.

889 ARMA TENENTI ne audita morte mea te aut se interficiat. id est: statim, ut ueneris, ne dicas me occisum fuisse.

891 DIC MERVI dic meae matri ex mea persona: merui⁵ occidi, quia te reuocantem me ab intentione belli non sum secutus. et merito poenas dedi. CAPESSÉ quia te contempsi. aut orbata, quia filio priuaris.

893 PEPERCI quia audacius, quam aetas poscebat, bella tractaui.¹⁰

895 PONE METVS desine pro me esse sollicita.

901 PRAEBVIT interpositio per poetae personam.

902 ME DEDIGNANTE SOLEBAS quia quasi uir fortis nolebat ornatibus decorari crinem.

907 INGRATAE MVNVS SVSPENDE quae me non potuit¹⁵ inter bella protegere.

Lind. p. 338

COMMENTARIVS IN LIBRVM X.

Hic liber continet Eteoclis hortatus, ut per noctem obsideant milites sui castra Argiuorum. inde per noctem officia uigiliarum et ducis. Argiuorum matrum deprecatio²⁰ in templo Iunonis et pepli oblatio. Iunonis praecepta per Irim ad Somnum, ut Thebanos uigiles obruat. descriptio domus Somni et eius ad Thebas aduentus. executio de his, quae mandauerat Iuno. Thiodamantis sacerdotis subitus

1 irrumpente P || 2 ne] me M || 5 DIC om. Pb || 6 quia corr. in qd M | reuocante Pa || 7 dedit Pa | ante CAPESSÉ excidisse puto INVITA | capessi MPb || 8 VT ORBITARIS L aut orbitatis MP ORBA autem orbata Klotz. || 12 poete per Pa || 13 SOLEBAT L | quasi om. Pa || 14 volebat LPa | decorari om. Pb | crim M om. L || 15 INGR. MVN. om. MP | SVSP. om. M | quia Pb || 16 bellum L || Explicit liber nonus. Incipit liber decimus Pa || 18 hortatus Eteoclis LP || 19 sui milites obsideant L || 21 in om. Pa | ppl'i MPa populi Pb | oratio MP || 22 Irim L iri Pa || 23 aduentus ad thebas executio M

furor persuadentis, ut inuadantur Argiui. Adrastu gratulatio et eruptio Thiodamantis et uastatio Argiuorum morientibus Thebanis. Dymantis et Hoplei comitum Tydei et Parthenopaei allocutiones de liberandis cadaueribus
 5 ducum. ipsorum cadauerum reportatio. superuentus Amphionis, ducis Thebani, et tumet mors. fuga Amphionis, ducis Thebani, cognita suorum nece. nocturna Capanei et ultra humanum modum dimicatio. uaticinatio Tiresiae, quod Thebae non possent aliter uincere, nisi unus se de
 10 draconteo semine deuoueret. deuotio Menoecei, Creontis filii, qui persuadente Virtute in Mantus formam conuersa se de muro uulneratum pro patria praecipitem dedit, cum non posset eum pater pia allocutione a uoluntate dimouere. Capanei ascensus in Thebanum murum et eius post
 15 diuersorum numinum indignantium querelas per fulmen interitus.

1 OBRVIT HESPERIA Hesperia occidentali.

Lind. p. 339

2 PROPERATA festinata.

3 MISERATVS OPES hoc miseratus est Iuppiter triste
 20 esse perire illos, qui nec Thebani fuerant nec Argiui, sed utrisque partibus auxilio uenerant.

5 PANDITVR abscessu militum patefactus est campus, quorum antea acie tegebatur. DEFORMIS SANGVINE horridus siue confusus.

25 7 ORBA ROGIS sepultura carentia.

8 LACERIS scissis.

1 persuadens Pb | Thebani? || 2 uastatio . . . Dymantis et om. Pb || 4 allocutio Pb | in deliberandis L || 5 ipsorum . . . Capanei om. Pa | deportatio Pb || 6 et . . mors om. LP | tumet M Mon. Gud. Dymantis et Hoplei Klotz. | Amph. duc. Theb. om. Pb || 8 modum om. Pb || 9 quia MPb | Thebani L | se om. Pb || 11 manthos Pa mātis Pb manib. M | conuersus L cōuersū Pb cōuersam Pa || 12 p̄cipiente M || 13 non om. Pa | potuisset L | dimouere corr. in demouere M || 14 adscensus Pa || 17 obrvrt om. MP | Hesperia om. MP || 19 Miseratur Pa Mirat. M | hoc om. L | est om. Pb || 21 utriusque LPa || 23 acie antea L | ante om. ante acie posuit M | deformi P || 24 siue om. add. in marg. M

9 INEVNTIBVS ARMA ἀναστροφή pro 'euntibus in arma'
id est ad bellum.

10 ANGVSTAE nimia multitudine. LATE CEPERE RE-
VERSOS quia pauci redierant.

Lind. p. 340 11 PAR VTRIMQVE DOLOR quia utriusque partis magna 5
clades extiterat.

12 QVATTVOR ERRANTES Amphiarai, Tydei, Hippome-
dontis, Parthenopaei.

13 VIDVAE MODERANTIBVS ALNI gubernatoribus desti-
tutae. moderantibus pro moderatoribus, participium pro 10
nomine.

Lind. p. 341 15 ANIMVS audacia. hinc enim fiducia Thebanis accre-
uerat, quod quattuor Argiuorum duces eximii extincti
fuerant sorte bellorum.

17 CONTENTI REDIISSSE quibus sine gloria incolumibus 15
in patriam rediisse suffecerat. DAT TESSERA SIGNVM
nuntius belli, quando per uigilias nunc tessera dicitur.

18 VICES excubantium successiones.

19 VLTRO uoluntate, non sorte cogente.

21 LVX CRASTINA quae nos uictores efficiet. 20

23 SECVNDIS fauentibus.

27 TVMET superbit.

29 IN MANIBVS MERCES inpromptu est laboris prae-
mium nostri.

35 IAM VESTRAS ad incitandum uirorum fortium animos 25
spem praedae monstrauit. ut Lucanus <VII 738 sq.>:
'superest pro sanguine merces, quam monstrare meum est'.

38 VERTERE GRADVM ad Argiuos.

40 AVERSAQVE TERGA excubiarum inter se officia di-
uiserunt. 30

3 LATE CEPERE om. MP || 5 VTRIMQVE L utrūque Pa ||
7 QVATTVOR LPa || 9 destitutis Pb || 13 qui M | quattuor LMP ||
15 Icolumnis Pb incolumib. superscr. in M || 16 in om. (M)P |
SIGNVM om. L || 17 ante nunci' superscr. sub M | per uigilias
Pa | datur Vollmer. || 18 successionis M || 19 non sorte om. super-
scr. M || 20 nox L || 23 inpromptū MPa improntu Pb | prae-
mium laboris L || 24 ūri Pa || 27 merces . . . GRAD. om. Pb |
mecum M || 29 ADVERSAQVE L uersaq; MP

43 SVB NOCTEM per noctem.

45 FAVCES luporum.

47 QVOD SVPEREST siquidem nihil aliud potest facere.

53 SAXA TERVNT ita suppliciter humi procubuerunt, Lind. p. 342

5 ut uultibus suis templorum tererent limina.

56 PEPLVM ETIAM DONO peplum est uestis candida aureis clavis picta sine manicis, quod simulacris fiebat. sed hoc peplum primum est ab Atheniensibus institutum, quod matronae suis manibus faciebant et inter triennium

10 numinibus offerebant.

59 VBI in ipso peplo. FLORET splendet.

60 INCENDITVR splendet.

61 DESPONSA sponsa designata.

62 POSITVRA SOROREM ideo dicit positura sororem, quia quasi pudorem deposuit, cum soror esse deberet, uxor Iouis effecta.

63 LVMINE DEMISSO nam uirginitas cum pudore deponitur feminarum.

68 TVMVLVMQVE REBELLEM *συνεδοχή*. a parte totum. et tumultum, in quo natus est Liber, rebellem contra Iunonem.

73 FORS DEDIT CASUS occurrens.

74 VALLVM Thebanorum.

77 GEMINOSQVE TONANTIS indignata est Iuno uacuis in astris geminos Iouis in Thebana urbe concubitus.

81 ORBIBVS ACCINGI Virgilius <Aen. IV 701>: 'mille trahit uarios aduerso sole colores'.

83 SVSPENDITVR curuatur. ut ipse alibi <Ach. I 107>: 'et longo suspendit Pelion arcu'.

80 84 OCCIDVAE in occidentalibus partibus constitutae. Lind. p. 343

3 nil LPa || 5 tegerent L texterent M texerent P corr. anon. Heidelberg. || 6 ETIAM . . . peplum om. Pb || 8 set Pa om. Pb | ab ateniensibus ē Pb || 9 et om. Pb || 10 cōferebant Pb || 11 splendide Pa || 14 schol. 62 om. LP in marg. sup. post feminarum add. M || 16 est facta? || 17 dimisso Pb || 19 *συνεδοχή* om. Pb' || 24 GEMINOSQVE om. M || 27 trahens Vergil. | aduersa luce MPa || 29 et longo om. L

85 AETHIOPASQVE ALIOS Mauros dicit occidentales.

NULLI PENETRABILIS ASTRO hoc est nullius sideris lumen
admittens.

86 INERS quietus. GRAVE pigrum siue obscurum.

87 IT uadit. DESIDIS inertis.

93 ERRARE moueri.

96 EFFVGIENS procurrens.

Lind. p. 344

147 CAMPVS Thebanorum posuit terram.

148 SVMMISERE suppressere.

150 ERRARE dormire.

153 VVLTVS descriptio altius dormientis.

Lind. p. 345

157 CASTRIS Argiuorum.

160 REPENS repentinus. LYMPHANTIBVS furentibus.

163 SIVE NOVVM quia Thiodamas in locum Amphiarai
fuerat constitutus.

166 STIMVLI quibus premebatur a numine. NVDVS
manifestus et euentius patens.

167 STAT plenus est. ut Virgilius <ecl. VII 53>:
'stant et iuniperi'. INCERTO trementi siue ambiguo,
quia modo rubor modo pallor eius ora mutauerat. ut
Virgilius <Aen. VI 46 sq.>: 'cui plurima fanti ante fores
subito non uultus, non color unus'. TENDIT inflat. ut
Lucanus <IX 792>: 'tenditque cutem pereunte figura'.

169 SPARSA rotata hac atque illac coma. ut Virgi-
lius <Aen. VI 48>: 'non comptae mansere comae'.

170 SIC PHRYGA quos in templo Matris deum Gallos
appellant. CRVENTVM cruentatum.

171 CONSVMPA lacerata.

172 SCIRE VETAT quia dolorem furor sentire non pa-
titur. PINVS consecratas faces.

2 nulli Pb || 4 quietū Pb || 5 Desulis M desidet Pb | in-
certis P || 8 CAMPVS] Expⁱ Pa || 9 submisere Pb | supp̄sse Pb ||
10 dormire M || 11 alicuius Pa alterius Pb || 13 succūntibus
Pb || 14 in loco M || 19 Incerta M || 20 ora eius L | ora . . .
Virgilius om. Pb || 21 plurima] talia Vergilius | ante . . . subito
om. MP || 22 ut om. MPa || 23 tendatque LPa || 30 PINVS SACRAS
L | consecratū M

174 **RESPERSAQVE** polluta sanguine, quem furens laniato corpore suo fuderat. ut Virgilius <Aen. VIII 645>: 'et sparsi rorabant sanguine uepres'.

175 **ARBOR** pinus, quae colitur in sacris Matris deum, sub qua iacuit Attis, Matris deum dilectus.

177 **SIGNORVM** militarium.

178 **MOVENS** animo reputans aerumnas.

179 **SVBITI** noui id est qui in locum peremptorum ducum fuerant constituti.

181 **SEQVE HVC CREVISSE** id est: ad hos honores pro- uectos se dolebant ideo, quod occisis ducibus per calamitatem prouecti sunt.

183 **FREGIT ITER** id est: a gubernatore deserta est.

184 **AVT LATERVVM CVSTOS** quia nauis latera custodiendo seruabat.

186 **DOMINO TVTELA MINORI** hoc est: nouo gubernatori, qui in locum defuncti successit, non minus conseruandae nauis sibi creditae crescit studium.

192 **NOX FECVNDATA** fraudibus opportuna.

Lind. p. 346

196 **MISERVVMQVE DIEM** quo uicti sumus.

197 **FRANGITE PORTARVM** undique uos fractis portarum claustris in hostes immitte.

198 **HOC TVMVLARE** sepelire. id est: poena, quam hostibus temptamus inferre, pro sepultura erit extinctis sociis nostris, quasi ultione gaudeant peremptorum manes.

EQVIDEM per ironiam dictum est, id est: reuera haec oportunitas nobis etiam per diem continget ideoque debemus differre. hoc est: ne faciendi occasio pereat, differri non debet.

1 **RESPERSA** L | laniata Pb liniato MPa || 3 et om. LMPa || 5 addis M actis Pb | Matri LP | dilectus . . . 179 . . . ducum om. Pb || 8 q; M || 11 ideoq; MP || 13 **ITER** om. Pb | a om. MP || 14 **CVSTOS** om. MP || 16 gubernatore q; M || 18 nauis MP || 21 nos LPa || 22 inmitte M | imittite in hostes Pb || 23 hec Pb | poenam LMPa || 24 tentamus L || 25 interemptorum L emptorum Pa || 26 oportunitas L inportunitas MP || 27 contingit L || 28 ne om. Pb

201 SECVNDAE prosperae.

203 IPSE IPSE ut fidem uaticinationis suae faciat, iterum se ab Apolline, ut haec dicat, admoneri significat. ut Virgilius <Aen. IV 576>: 'ecce iterum stimulat'.
SOLVTA hiatu diuisa.

204 VMBRA IVGALES ipse quidem tam clarus erat, quam fuerat uiuens. equi autem ipsius inferorum fuerant fuscati caligine.

205 NON VANAE MONSTRA QUIETIS Virgilius <Aen. III 173 sq.>: 'nec sopor illud erat, sed coram agnoscere uultus uelatasque comas praesentiaque ora uidebar'.

206 TVNE INQVIT inuehenti uerba.

207 REDDE HAEC interpositio est.

208 AMITTERE NOCTEM opportunitatem inuadendorum hostium perdere.

210 EDOCVI LAPSVS auium uolatus ostendit.

214 STERNENDI non contra uigilantes cominus pugnamus, sed contra dormientes.

216 BENIGNAE NOCTIS demonstratiue. etenim dum loquitur, iterum prosperum augurium. ut Virgilius <Aen. IV 576>: 'ecce iterum stimulat'.

218 QVASSAT HABENAS quasi denuo Amphiaraus reuertatur ad superos, quod est irae indicium, quod tardabant ire.

Lind. p. 347

219 NOCTEM EXTVRBABAT id est noctis quietem.

226 SORTEM VNDIQVE POSCVNT ut uel sorte exigant, qui mittantur.

2 IN SE IPSE LPb ipse in se Pa | uaticinationi L || 3 admonē corr. in admouere. M || 6 VMBRA om. M | ipse . . . fuerant om. Pa | quod (om. tam) Pb || 7 iuuenis MPb || 8 offuscati L || 9 NON VANAE om. MP || 11 uelatasque . . . uidebar om. MP || 12 tūc M Tume Pb || 13 est om. MP || 16 ostendi? || 17 non in Pa om. Pb | cominus L | pugnauius P || 18 dormientis Pb || 20 fit iterum? | ut om. L || 23 q////rę superscr. uā i M | qua P q M || 25 Noctis MP | exturbant Pb exturbabatq. M | id est noctis om. MP || 26 SORTEM om. MP | sortes L corr. in sorte M || 27 mittuntur MP

229 FETVRA equarum suboles.

231 CERTARE cursu contendere.

233 TERGA BONI sessioni utiles.

234 NATVS naturaliter aptus.

5 237 AD ARGOS gentis nostrae, quae uirtutis erat plena.

241 SEDITIONE quia certabant, qui magis eligeretur.

248 SPERANTIBVS AEQVORA VENTIS in spe habentibus maria.

249 INSVPER super electos.

Lind. p. 348

10 250 APTVS SVADERE aptus dandis consiliis. IACTAT gloriatur.

251 NON CESSISSE PATRI dat operam, ne patri uideatur esse dissimilis. ORDINE DENI deni comites singulos duces sequebantur, ut cum his triginta proficiscerentur ad bellum, quod Thebanis etiam per diem potuissent horrorem inducere.

252 AGMEN hi pauci etiam non dormientibus et e diuerso pugnantibus sine dubio suffecissent.

255 GREMIO hoc est fidei.

20 257 GALEAMQVE SVBIT armatur.

258 ENSE GRAVAT non dixit 'donat', sed 'grauat', quia ponderosus erat.

259 SVPEROSQVE SEQVI quasi impius.

260 QUID ENIM interrogatiue.

25 263 MVGITVS AENAE ne audirent hostes portarum stridorem.

265 PERACTI perfossi.

269 EXPOSITAS negligenter abiectas.

1 soboles LPb || 3 BOVI L || 5 nostre gentis Pb | ⁱ q M | plenus M || 6 qui M || 7 SPERANTIBVS om. MP || 10 sedere MPa foedere Pb || 11 gratulatur Pb || 12 ne] ut Pb | uideatur patri L || 13 esse om. M | deni om. M || 14 cum om. Pb || 15 ante quod *inserendum* puto HORRENDVM | q M | potuissent per diem L | errorem MP | indicare Pa indicare corr. in indicare M || 17 e om. LP || 21 domat Pb || 23 seque quor. si M | impium Pb || 24 QUID ENIM] quin M || 25 AENAE L | (ne om.) audire M | stridorem om. Pb || 27 schol. 265 om. M || 28 negligenter LPb

270 HINE AVSI debiles et otio dediti.

271 SERVARE VIROS obsidere. ad emphasin dictum. ad hoc enim uenerant Thebani, ut Argiuos, ne fugerent, custodirent.

272 TRANSIT cito occidit.

Lind. p. 349

274 SIGNARE QVEAT | numero definire.

5

277 HVNC TEMERE negligentem et sine cura aliqua dormientem. EXPLICITVM extensum. Lucanus <IV 628 sq.>: 'et omnem explicuit per membra uirum'.

278 GRESSIBVS ILLAPSVM CLIPEO hunc, qui sero uictus somno, dum stabat, defecit ac corrui.

10

280 ACCLINES stantes aut incumbentes clipeis dormiebant.

286 DEBILE FERRVM non ferrum debile, sed qui occidendo utebantur ferro, debiles facti sunt.

287 CALIGANTES IRAE incertae perturbationes siue sedatae.

Lind. p. 350

288 CASPIA a mari Caspio, quod inter Armeniam et Pontum est.

289 RABIES fames.

291 CONFVDIT MACVLAS pulchritudinem macularum cruore perfusa turbauit. SPECTAT SVA FACTA uicta fame respicit praedam. DOLETQVE DEFECISSE FAMEM dolet expletum fuisse desiderium comedendi.

20

294 INANES debiles, sine effectum.

296 SATVS HERCVLE Agylleus.

303 LVMINA SOLVIT id est ad mortem suam eorum oculos, in quem tela laxauerat somnus.

1 somno L | debiti Pb || 5 diffinire LPb || 6 tenere MPa | negligentem LP | et om. Pa || 7 explicatum Pb || 9 inlapsus Pa inlapsis M | hinc Pa om. L | qui . s. sero L || 10 somni dum fuit deficit Pb || 11 Adclines MPa | dormientes L || 13 quia M || 14 utebantur occidendo (om. ferro) Pb (!) || 15 perturbatione Pb || 16 a mare MPa | quia M || 17 est ante inter posuit L || 19 CONFVDIT LPb | pulchritudinem Pa pulchritudine Pb || 20 uictima M || 21 DOLETQVE om. MP || 22 comedendo Pb || 24 Status P || 25 LVMINA SOLVIT scripsi VOLVITVR lumine soluit LMP (Voluit in Soluit corr. M | soluit om. superscr. M solium Pa solū Pb) || 26 ante laxauerat excidisse puto iacta erant

304 SVPREMA longa nocte aut illis ultima.

307 COGENTE DEO premente somno.

309 EXIGIT transadigit. CAVA TESTVDINE antiptosis
pro 'cauae testudini'.

5 310 ET DIGITOS poetice dictum, ut morientis digiti
citharae fila pulsarent. ut Virgilius <Aen. X 396>: 'semia-
nimesque micant digiti ferrumque retractant'.

313 CRATERAS PATERASQVE inuersi crateres fuderunt
merum. quod abundantia repulsum sanguinis iacentes re-
10 pleuit crateres.

314 IMPLICITVM dum dormiunt, mutuis se tenentes
amplexibus. HAVRIT perfodit, penetrat.

316 NESCIVS quia dormiens morti dimittitur. HILARIS
quia sine sensu doloris in fata decessit.

15 320 PROFLATV anhelita. Virgilius: 'anhelum proflabat
sub luce deum'.

322 INACHIVS VATES Thiodamas.

323 FRACTVMQVE PERIT succisum, interruptum. uoluit
enim aliquid proloqui, sed morte interueniente non potuit.

20 324 FORS ILLI dubitando poeta dixit, quia coniectura
erat potius quam ueritas, quod dicebat.

327 CVM VACVAE NVBES toto rore uacuatae. HONOR Lind. p. 351
lux. NON OMNIBVS ASTRIS quia serena nocte non omnes
stellae aequali splendore fulgent.

25 328 BOOTES septentrionem dixit, qui hebescit solis
aduentu.

329 DEFECIT OPVS defecerunt mortes.

336 MADIDAS cruore perfusas.

30 337 MONSTRATAE PRAEMIA NOCTIS quia supra dixit deo
se fuisse commonitum.

1 illius M || 5 ET om. Pb | morientes corr. in morientis M ||
6 ut om. MP || 8 i crateres Pb || 9 sanguinis repulsum L || 10 cra-
teres om. M || 11 tenent L tenente Pa || 12 perfudit Pa || 13 qui
M | demittitur Pb || 15 anhelatu M | uersus est Statii (Theb.
II 76 sq.) | anhelu M anhelitum Pb | proflabant Stat. || 19 ali-
quit Pa om. L | ploqui superscr. e M || 20 poeta dubitando Pb |
dixit poeta L || 21 nocebat P || 23 q< superscr. ne M || 25 dicit
Pb || 27 mortē M || 29 sup Pb | de eo L | deos effuisse M

338 NONDVM ABLVTVS quia nondum se sacerdotali purificauerat ritu.

340 SI NON DEDECVI si monitus tuos non indecenter effeci siue non dehonestaui. TVLIQVE PREMENTEM pertulit urgentem, quia uates receptum imprimit numen. 5

342 CRVDVS HONOS cruentus a nobis praebetur.

343 AT PATRIAS SI QVANDO DOMOS si nos feceris ad patriam remeare.

345 EXIGE TAVROS tot tauros immolabo, quot hostes occidi. 10

Lind. p. 352

347 FATO urgente fato, quia perituri sunt. HOPLEVS hic Tydeo fuit et militia et amore deuinctus.

354 ASPERA MATER fortius interrogans uos, ubi sit funus filii.

356 SAEVIT INOPS TVMVLI quia diu uixerit, Parthenopaeus autem immatura morte consumptus est. PATIENTIOR ARTVS figurata locutio: quamuis patientiores artus habeat — id est: Tydei membra dura sunt et non cito tabescunt — nec ut adulescens Parthenopaeus multis sit lacrimis dignus. 15

361 ERRANTES insepultas. 20

362 IDEM ARDOR MISERO eadem ego quoque cupiditate succendor.

363 MENS HVMLIS debilitatus animus.

365 ARCANAE secretae noctis domina. 25

367 ALIO DESCENDERE VVLTV quia dicitur Luna mutata ad siluas figura descendere. nam eandem etiam Dianam dicunt. ut Virgilius (Aen. IX 405): 'astrorum decus et nemorum Latonia custos'.

1 ABLVTVS] alit̄ M om. Pb | qui Pa om. LPb || 4 non om. superscr. M | pertuli urgentem LPb || 5 uatis LPb uitis Pa | praeceptum L | impetiit L impenit Pa imponit Pb || 7 Ad MPb A Pa || 9 TAVROS om. P || 11 VRGENTE LPb | fato om. LPb || 12 deuinctus M || 13 fortis MPa || 15 uixerat Mon. || 16 inmatūra MPa | est om. Pa || 18 cito om. P || 19 ut om. MP | adulescens LM | peritus MP || 26 quia om. M || 27 figura ad siluas Pb | eandem om. Pb || 28 ut] unde L

- 373 MALVS AETHERA FRANGIT IVPITER nociua tem- Lind. p. 353
pesta nubes collidit.
- 374 ABSILIVNT crepitant.
- 375 ASTRA pro caelo. nam dissilientibus nubibus cae-
lum patet. OSTENDITVR ORBIS mundus apparet.
- 376 ACCEPIT RADIOS id est Dymas. EADEM PER-
CITVS HOPLEVS eadem luce, qua radios acceperat Dymas.
- 378 DANT SIGNA significant sibi inuicem se quaesita
inuenisse cadauera.
- 10 379 REMISSOS liberatos.
- 381 PROPE SAEVA DIES silentii causam exposuit.
INDEXQVE MINATVR aduentus diei raptorum cadauerum pro-
ditionem minatur.
- 383 EXHAVSTAS finitas. PALLERE TENEBRAS lucis
15 aduentu noctem finiri.
- 384 ET FORS INGENTIBVS AVSIS inuiderunt uiris forti-
bus fata, quibus semper rarus est felicitatis euentus.
- 385 ANIMISQVE PROPINQVANT animorum cupiditate. licet
adhuc non paruo disiungerentur spatio, tamen spe et pro-
perandi studio iam sibi castra uidebantur tenere.
- 20 386 DECRESCIT ONVS spe breuioris uiae minuebatur
corporis magnitudo.
- 391 INCERTVMQVE VIDERI expressit, quemadmodum in
tenebris aliquid uideretur.
- 25 394 TIMENTQVE NON SIBI mire poeta amantium ca-
dauera expressit affectum.
- 397 AFFECTANS ERRARE MANVM non percutientis animo.
- 399 CVRAVIT ad hoc Aepytus miserat telum, ut Ho-
pleum occideret.

1 frangitur MP | nociua M || 3 ASSILIVNT LPb | ereptant
Pa || 4 schol. 375 om. in marg. sup. add. M || 6 PARTITVS L ||
8 sibi] si add. ue M iġ Pb || 11 exponit Pb || 12 aduentus ...
minatur om. Pb || 16 Vt M || 17 rarus est semper Pb | felici-
tatis est L || 19 non om. Pb | se M || 23 MOVERI L Stat. | quem-
admodum ... 394 ... expressit om. Pb || 25 animantium LMPb
animantium Pa amantium Mon. || 27 manus Pb || 28 adhuc P

404 NESCIAT si non sentiat interuentu mortis amici sibi corpus auferri.

406 IVNCTA DYMAS Amphioni et Aepyto, qui praecesserant.

408 NEVTRI FIDVOCIA nec in precibus spem salutis relictam uidebant.

413 AD CAEDEM desperatione uitae et ad occidendum et ad moriendum erat paratus.

414 VT LEA simili comparatione usus est etiam in animositate Hippomedontis, dum Tydei cadauer ab hostibus defensaret, <IX 115 sqq.>: 'imbellem non sic amplexa iuencum infestante lupo (tum primum feta) tuetur mater'.

ind. p. 354

420 ET IAM LAEVA VIRO iam manus sinistra Dymanti fuerat praecisa, licet hoc instantius prohiberet Amphion.

424 FVLMI NEI id est fulmine excussi utero matris. 15

425 INOAMQVE FVGAM quia cum Ino se praecipitaret in mare, meruit numen fieri. VESTRIQVE ad incutiendam misericordiam hostibus per infantiam numinis adiurat, ut Parthenopaei pueritiae parceretur.

427 HIC PATER apud uos. 20

428 IACENTIS VVLTVS quia dixerat illum superius supinum trahi, quemadmodum solent iacentes supplicare.

431 IMMO AIT AMPHION adhuc ignorauit Amphion extinctos uigiles suos.

438 NIL EMIMVS TANTI proditione ciuium meorum nec uitam meam nec Parthenopaeo quaerimus sepulturam. 25

444 LETOQVE FRVNTVR in facto tali cum uoluptate pereunt.

ind. p. 355

446 MEMORES SVPERABITIS ANNOS uirtutis uestrae gloria temporum longitudo uincetur. 30

2 corpus sibi Pb | afferri Pa || 3 q *superscr.* ue M || 6 uidebat? || 7 ad om. M || 8 ad om. Pb || 11 defensabat Pb | inbellem MP || 18 ET om. L || 14 praescisa L | prohibet Pb || 15 id est an L || 17 Vtrique P | discutiendam Pb | iscienciendam Pa || 18 instantiam *corr.* in infantiam M || 21 iacentes L || 25 eni *superscr.* eminus M eminus Pa | eorum Pa | nec om. Pb || 26 parthenopei Pa | sepulturas Pa || 27 LAETOQVE FRVNTVR L

- 448 ADMITTET suscipiet id est participes faciet suae gloriae.
- 456 ARMA RVBERE sanguine perfusa rubescere.
- 458 RECENTVM pullorum.
- 5 462 APERTA alis extensis. INCREPET ALIS percutiundo alas pullos suos a casu prohibeat.
- 463 OPVS ARCANVM quod perfecerat in insidiis.
- 466 IVXTA similiter.
- 470 QVI TREMOR tali tremore percussus est, qualis
10 solet inuadere fulminatos. IELICITA a longinquo epitheton traxit, eo quod non liceat tangi loca, ubi iaceant fulminati.
- 473 RETORTO PVLVERE retro contorto. nam puluis Lind. p. 356 illuc erigitur quo homines.
- 15 477 CONGERIE sanguinis collectione. SEMIANIMVM semianimorum.
- 478 EXTERIT extrahit, imminuit cadauera.
- 479 IMPEDIT AXES a cursu retardat.
- 483 DELITVIT VIRTVS noctu per insidias pugnans. Lind. p. 357
- 20 484 PVLVERE certamine.
- 485 SVNT ET MIHI sicut Thiodamanti. PROVIDA DEXTRAE non auium aut deorum. ut Virgilius <Aen. X 773>: 'dextra mihi deus et telum, quod missile libro'.
- 488 TRISTIOR AVGVV quoniam prodere non poterat
25 futuram calamitatem.
- 491 SPECVLA AB ALTA feminino genere dixit.
- 493 DAT VIRES NIMIVS TIMOR contingit, ut et nimius timor vires faciat esse maiores.

1 id est *om.* Pb | facit Pa *om.* M | suae gloriae faciet L ||
3 rubescere perfusa M || 6 prohibebat Pb || 7 in *om.* Pb || 9 percussus LPa percussus Pb || 10 inlicita M inclita Pa | a] ex MPb || 14 illic L | egeritur Pb || 15 collectione *om.* Pb | SEMIANIMVM *om.* Pa || 17 EXTERIT *om.* LMP || 18 Inpedit M || 19 nocte LP | pugnat MP || 21 ET post sicut posuit Pb || 23 et . . . libro *om.* MP || 26 AB ALTA *om.* MP | femineo MP || 27 contingit *om.* L | & ut M q3 Pb *om.* LPa | nimius timor *om.* L || 28 facit vires L | esse *om.* Pb

497 TAYGETI mons Laconicae regionis. RIGIDI
EVROTAE frigidi. Eurotas fluuius Laconicae regionis.

498 SPECTATE laudate.

499 NEMEAEO IN PVLVERE FELIX modo in Nemeaeo
agone uictoria celebratus. hic Alcidas in agone, quem 5
in Archemori honorem Adrastus celebrauit, aduersus Ca-
paneum caestibus dimicauit, ut superius <VI 714 sq.>
poeta testatur dicens: 'tandem insperatus nuda de plebe
Laconum prosilit Alcidas'.

501 CONVEXA plaga caeli, in qua lucet stella Pollucis, 10
quam refert poeta propter mortem cultoris sui nominis
in occasum fuisse conuersam. unde superius <VI 716 sq.>:
'sed socii fretum Polluce magistro norunt et sacras inter
creuisse palaestras'.

503 LACAENAE Ledam dicit, quam Iuppiter mutatus 15
compressit in cygnum.

504 FALSO OLORI proprie dictum, quia non cygnus,
sed Iuppiter in cygnum uersus ad Ledam uenerat.

507 ERVDIT GENETRIX quia mater Alcidas Nympha
fuit uenatrix, quae sine dubio fleuit, quod ita fortem, ita 20
nutrierit bellicosum, ut audacia uirtutis suae fretus occu-
buisset incantus.

510 IALMENIDES patronymicon.

511 TORSERVNT clausurunt.

512 PANGAEA mons Macedoniae uel Maenala. 25

Lind. p. 358

519 SOLVITVR INTEREA irruerunt Argiui Thebanorum
uallum nec illos uis ulla potuit ab impetu retardare.

1 laconie Pb | RIGIDI . . . regionis om. MPb || 5 coronatus
L || 6 in honore(m) Archemori LP || 8 dicens om. LMPa || 9 Alci-
damas . . . poeta om. P || 11 pp Pb | nominis om. Pa || 13 no-
rant Statius om. Pb || 15 leda (om. dicit) Pa || 16 in cygnum
mutatus compressit L mutatus in cignū cōpssit Pb || 17 OLORE
LM | prme Pa p'me M | dicā Pb || 19 ERVDIT GENETRIX LMPa |
quia . . . uenatrix om. P || 20 defleuit MPb | ita³ om. L ||
21 nutrierat itaque L nutrirent Pa | obcubisset M || 23 ALCMEN-
DES LPa Almenides M Athimenides Pb | patronymicum LP ||
24 plauserunt corr. in clausurunt M || 27 uis nulla Pb

523 MIRANTVR AGI agi se mirabantur equi a sedentibus per abrupta.

524 IN FRENA RECEDVNT in uestigia redeunt. modo adeunt alacritate transeundi, modo timore altitudinis retrorsum redeunt.

527 REMOLIRI disrumpere, auellere.

532 NIGRASQVE semiustas.

533 ARSVRAS GLANDES nam sunt plumbeae. plumbum enim solet nimietate iactus calefactum liqueferi.

10 535 MOENIBVS pro. euersione moenium ipsis moenibus pugnabatur. EXVNDANT FASTIGIA NIMBO scatent multitudine iaculorum.

537 CERAVNIA montes excelsi Epiri, qui illis propius nauigantes infestant. unde Lucanus <V 652 sq.>: 'scopulo
15 losa Ceraunia nautae summa timent'.

541 VIRVM Argiuorum.

542 IMBER ATROX telorum densitas. etenim peculiare est poetis belli impetum caeli tempestatibus comparare.

544 FALCATO falces habente. hoc genus armorum etiam
20 Sallustius describit.

547 OCREIS crurum tegminibus, quibus in curru haerentibus trahebatur.

548 MIRANDVM miserandum.

552 AT TVBA Argiuorum.

Lind. p. 359

25 553 AMARO terribili.

555 SVA DAMNA quia occidebantur.

556 DIRA INTVS FACIES horrenda luctus species impleuerat ciuitatem.

557 LYMPHATAM timoris magnitudine furiatam.

1 agi om. Pa | assedentib. M || 4 adeunt scripsi abeunt
LPa om. superscr. M transeunt Pb | modo om. add. M | timores M || 7 -qve om. MP || 8 (sunt om.) plumbei M || 9 ictus Pa || 10 uersione Pa uisione Pb | ipsius . . pugnabantur Pb || 11 sascient M scitent Pb || 13 Epyri excelsi L | proprius L || 14 scopuloso M || 18 poetas P po& M || 20 Maurenbrecher II p. 118 || 21 tegminibus Pa || 22 trahebantur L || 27 inter Pb int M

562 MENTE ACCEPERE CATENAS prae timore illa uidebantur, quae poterat inferre captiuitas.

563 CONSUMPSIT VENTVRA TIMOR peracta putabantur timoris magnitudine, quae nondum euenerant sorte bellandi.

571 IPSAE TELA VIRIS quia in calamitate nullus pudor est feminis prodire in publicum uel aliquo pro patria fungi officio.

573 OSTENDERE NATOS ut uiros suos ad pugnam ostendendo liberos acrius excitarent. Sallustius: 'ut res magis quam uerba agerentur, liberos parentesque in muris locauerant'.

575 ARMATAS aculeis.

ind. p. 360

581 SERIT dispergit, immittit.

583 REVERENTIA REGIS perturbationis magnitudine nulla reuerentia regiae personae apud sollicitos erat.

584 COMPUTET ANNUM ut computato tempore exsilii anno integro solus regnum Polynices teneret.

586 TENEBRAS caecitatem patris.

587 NOXAE NOXA est poena, noxia culpa ipsa.

588 INDE ALII e diuerso alii contraria sentiebant dicendo: olim quidem istam fidem sequi debuimus, ut Polynicen pelli minime pateremur, nunc uero semel coepto proelio est acriter dimicandum.

592 QVIANE ANTE DVCI εἰρωνικῶς: cur modo futura non dicam, qui ante, cum uentura praedicerem, ita sum libenter auditus? duci Eteocli.

594 PERITVRAQVE THEBE notandum, quia Thebe singulariter dixit.

596 VACANTIBVS caecitate uacuat.

1 MENTE om. MP | accipere MPa || 2 quae ... 563 ... putabantur om. Pb || 3 VENTVRA TIMOR om. MP || 4 quae om. Pb | bellanti P || 6 in L ad MP || 8 OSTENDERE om. Pb | ut om. Pa || 9 Maurenbrecher II p. 202 || 10 gererentur L | locauerunt Pb || 12 Armatis M Armatus P | agaleis MP || 13 spergit Pb | immittit M || 16 exsili add. i M || 17 Polynices regnum L || 19 noxia om. M || 20 e | et P || 21 debemus Pa || 22 pelli corr. in pellere M | minime pelli L | coepto semel L || 24 QVIA NEC L | cur L cur & M(Pa) & uoc & Pb || 25 pdicarē M || 27 quod L || 29 citate Pa cito Pb

597 VINCAMVR PIETAS hoc est: decreueram quidem tacere, sed miseratione uictus patriae silere me futura non patior.

598 ACIEQVE SAGACI oculorum scilicet.

5 599 FLAMMARVM APICES hoc genus sacrificii *καρνομαρ-
rela* dicitur, quia ex diuisione ipsius fumi futura mon-
strantur.

600 ET CLARA TAMEN per medium splendentem apicem uictoria Thebana monstratur. FASTIGIA LVCIS summum
10 culmen exortae flammae.

601 IN SPECIEM SERPENTIS serpentis specie flamma figurata mortem significat Menoecei, qui ex draconis semine trahebat originem.

602 ANCIPIITI GYRO in utraque parte. VOLVI FRANGI-
15 QVE obscurari uel flecti siue rotari flammam in claram lucem.

603 DVBIO Tiresiae id est ignaro. per caecitatem nesciebat, quae sacrificia signa monstrarent. ILLVMINAT VMBRAS dat oculos caeco nuntiando signa, quae facta sunt.

20 604 ILLE CORONATOS siue flamma in coronam uersa siue quia arae omnibus sacrificiis coronabantur.

607 INSANA LEVAT furore diuino sacerdotis crines horrebant. DIDVCTA patefacta.

608 CONSVPTVM senectute horridum uultum laetitia
25 futurae uictoriae crederes immutatum in pristinum iuuentutis nitorem.

610 EXTREMA LITAMINA sacrificiorum signa, post quae Lind. p. 361
sacrificare iterum non licet. inter 'litare' enim et 'sacri-

2 me silere L || 3 patiar Pb || 4 scilicet om. MP || 5 aru-
spicii Lc | caphnomantia M(P) || 6 ex om. Pa | diuinatione P |
monstrantur . . . Thebana om. Pa || 8 At Pb || 10 exsorte
M || 13 originem trahebat L || 14 Non uolui P | frangi L ||
15 obscurarique L obscuram Pb | uel om. Pb | i flammam
Pb || 18 signa sacrificia Pb | monstrare M monstraret Pb | In-
luminat MP || 20 siue om. Pa | in corona M || 21 quia] qd Pb
tu Pa || 23 DEDVCTA LP || 24 Consumpta M || 25 uictoria M
uictores Pa | credens L | credere si mutatum M || 26 uictorem
Pa || 28 iterū sacrificia Pb

ficare' hoc interest: sacrificare est hostias immolare, litare uero per immolationem hostiarum impetrare, quod postules.

611 SED LIMITE DVRO uictoriam nobis quidem numina pollicentur, sed dura sententia, quia aliter euenire non poterit, nisi se Menoeceus occiderit. 5

617 COMMVNIA LVGENS quia adhuc patriae ruinas impatienter ferebat, necdum filii orbitatem.

621 SVADETQVE TIMOR habet enim proprias diuinationes in diuersis timor nimius. ut Virgilius (Aen. X 843): 'agnouit longe gemitum praesaga mali mens'. 10

623 LIBYCO Tyrreno.

624 CELERARE IVBENTEM mortem Menoecei.

625 ORA CANENTIS Creon Tiresiam suppliciter rogabat, ut funestam sibi deorum uoluntatem taceret, quia pro salute patriae unius hominis mors negari non poterat. 15
poposcerant enim numina, ut pro Thebana uictoria Menoeceus, unus qui de semine illorum superfuera, qui satis draconis dentibus fuerant nati, se uoluntarie traderet morti.

Lind. p. 362

628 STIMVLOS hortamina.

630 MENS HOMINI TRANSMISSA DEIS nemo enim talem nisi 20
diis hortantibus susciperet mentem, qualem Menoeceus accepit.

631 DIGESTA ordinata.

637 AFFIXERAT IGNES stellas uirorum fortium dicit transeunti honorem referre Virtuti, quia ipsius merito possederant caelum. dicit autem Liberum, Herculem, 25
Castorem, Pollucem, quos 'ardens euexit ad aethera uirtus'.

639 MVTARE GENAS transfigurare se in aliam formam.

640 RESPONSIS VT PLANA FIDES ut Tiresiae responsis fides promptior haberetur, quae iubebant perire Menoeceum.

1 hoc om. M || 2 pro Pa | quia Pb qui corr. in qd M ||
3 LIMITE om. Pb || 4 qualiter P | inuenire Pa || 6 qui M || 7 nedum LPa || 8 TIMOR om. MP | habet] hunc M || 10 longe om. LPa || 12 Celare MPb || 13 tyresian M || 16 numina ut om. M || 17 de sanguine Pb || 18 nati fuerant L | uoluntarie M || 20 TRANSM. om. MP | DEIS om. MPb || 21 dis Pa | suscepit M || 23 Adfixerat M Adfixerat Pa affluxerat Pb || 24 uirtutis L | q3 P | merito om. P || 25 possiderant MPa || 26 uersus est Aen. VI 130 || 27 gen9 M || 28 VT PLANA FIDES om. MP

643 MOLLIOR suauior.

644 DESCENDVNT VESTES defluunt. solet enim Virtutis simulacrum depingi succinctum.

645 NAM LAVRVS ERAT laurus commune est uatum et uirorum fortium decus. ASPERA rigentia siue magna.

646 SIC LYDIA CONIVNX Omphale, cui Hercules per amorem seruuisse perhibetur.

648 PERDERE SIDONIOS quia Herculem non decebat muliebris habitus, quia mole membrorum mollia imitari non poterat. perdere enim est male aliquid imitari. Sidonios amictus uestem purpuream dixit.

649 ET TYMPANA RVMPERE quae nimietate percutientis frangebantur.

650 DIGNVMQVE IVBERI dupliciter sentiendum. id est: neque indignum, cui post mortem sacra fierent, neque indignum, cui talia iuberentur.

653 MAVORTIVS bellicosus.

654 ATQVE OMNIA id est in omnibus.

655 TV PRIOR melior, maior. CIRCVM CVMVLANTVR mortuorum cadaueribus, quos occiderant.

656 OMNE SEDET TELVM scilicet omne Menoecei uulnus letale erat et nulli ictus in uacuum cadebant.

657 NECDVM ADERAT VIRTVS talia Menoeceus necdum Lind. p. 363 instigante numine faciebat.

660 RENIDENT sanguine perfusa nitidiora fiunt.

663 CADMI DE SEMINE de draconis dentibus, quos Cadmus seuit.

665 PLVS CONCIPE plus uirtutis suscipe.

668 CUNCTO PATRIAE mortem libenter amplectere pro salute omnium Thebanorum.

2 VESTES uestes L || 3 pingi Pb || 7 inseruisse L || 9 mollia rumpebantur. perdere est aliquid male L || 14 Dignum M | hoc sentiendum L || 15 fierent sacra L || 18 id est om. Pa | in om. Pb || 19 CIRCVM om. MP || 21 OMNE SEDET TELVM om. LP | omne scilicet LP || 22 in uanum L || 23 VIRTVS om. Pb || 25 profusa Pa || 26 quod Pa || 28 suscipere uirtutis Pb || 29 amplexure corr. ex amplexurū M || 30 hominum M

670 CERTA TVI certum habet patria tua tanto se a te amore diligi, ut pro ea libenter te offeras morti.

RAPE NOBILE FATVM totus hic locus celeriter pronuntiandus est, ut iubentis exprimat affectum.

673 SESEQVE IN CORDE RELIQVIT in animo Menoecei 5 penitus uirtus insedit.

677 INVASIT arripuit.

678 HABITVMQVE NOTAVIT Virgilius (Aen. I 405): 'et uera incessu patuit dea'.

682 FIXIT occidit. 10

685 IGNIBVS IMPLET his uulgi laudibus Menoecei animus ad honestam mortem magis impellebatur.

Lind. p. 364 694 RESPONSA quae te iubent mori pro patria.

697 DIGNANTVR STIMVLARE uult pater ab aetatis decrepitae assertionem responsa destruere. dicit enim Tiresiam 15 iam nimia senectute non posse uera responsa proferre.

699 FRAUDE DOLOSA quid si hoc immisso regis Eteoclis dolose Tiresias fingit? sumus enim regi pro nostra nobilitate suspecti, ne illi succedamus in regnum.

702 QVAE VERBA DEORVM forte regis haec uerba sunt, 20 quae nos responsa credimus numinum.

706 SIC TVA adiurantis affectus.

707 TIMOREM PERVENIAS quomodo ego tibi timeo, sic tu timeas liberis tuis. id est: sic ad aetatem peruenias, ut pater sis. 25

Lind. p. 365 720 QVIN ET MONSTRANTIBVS ILLIS diis | utique sibi

1 tantū M tm̄ Pb | ante more *add.* a M || 2 te libenter L | auferas Pa || 3 factum MPb | totus *om.* M | hic *om. superscr.* M | celebriter Pa || 5 seSEQVE *om.* MP | Menoecei *om.* Pb || 12 amor (ad *om.*) honestā (*corr. in* honesta in) morte M | morte Pa | implebatur Pa || 14 etate M || 15 asseptione *corr. in* assercione M | responso Pa || 16 iam nimia] a *corr. in* p̄ M || 17 q M quod Pb | inmissu M imminossu Pa iussu Pb || 18 fingat L | enim *om.* Pa | regi *om.* M || 19 illis Pb | succendamus Pa || 20 *schol.* 702 *om.* Pb || 22 effectus M || 23 sic quomodo Pb | tu *om.* Pb || 24 ad id aetatis LP || 26 Qui nec M | ILLIS *om.* MP

deutum iuuenem rationem fallendi patris mouentibus. nam eum securum deceptu fraudis effecit.

726 IN ME INSANIRET APOLLO si me in templo posita talia Apollo praedicaret, ut meis auribus diuinantis numinis uerba perciperem, non facile credidissem.

729 VIX ILLVM uix illum saucium uulnere de hostium medio potui liberare.

730 INTER VTRASQVE ACIES Argiuorum Thebanorumque.

733 FVGAM REVOCARE sanguinis fluxum arte medicinae restringere.

735 CALIGINE PECTVS ut magis timeat Haemoni uulnerato quam perituro filio Menoece.

739 AEQVORE CAMPI campi spatio.

Lind. p. 366

740 NVNC EQVITVM CVNEOS ἐξήγησις.

741 MODERANTVM regentium equos. CVRRVS pro equis.

743 LAXAT soluit. FVMAT anhelat.

747 DEFERAT fundat.

751 VLLIVS AETAS nullius aetas aut uirtus Capaneum poterat ab impetu uirtutis suae tardare.

754 VICES alternos impetus.

757 AVGVSTIOR uenerabilior.

759 EXEMPTA MANIFESTVS nudo capite coepit magis agnoscī.

760 DESPEXITQVE ACIES HOMINVM quasi ipse iam deus uitam pro gloria contempturus.

761 CONVERTIT CAMPVM ad orationem suam pugnantium ora uultusque conuertit.

765 FERTE RETRO BELLVM retro agite hostes in fugam.

1 orationem Pa | mouentibus L | nō Pa || 2 securum eum L | efficit Pb effectus M || 3 APOLLO om. L | siue L sine P (om. me) | mei Pb | positus L posita Pb || 4 Apollo talia L || 5 perciperē M || 6 VIX ILLVM om. Pb | sauciatum L | de medio hostium Pb || 8 In M | et Thebanorum L || 9 artis Pb || 14 efferfic M ei erexit Pa erexit Pb eiicit L || 16 LAXAT soluit om. M || 17 fundat Pb || 18 nullius aetas om. Pb || 19 poterat Capaneo Pb || 22 Etempta M | MANIFESTVS L om. Pb || 24 -QVE om. Pb | quia Pb || 25 p gloriam M || 27 uultus oraque Pb || 28 FERRE L

CAPTAEQVE IMPINGITE LERNAE ut, qui nunc victores
Lind. p. 367 sunt, Argiui uincantur et, qui insecun|tur, fugiant.

769 PLACIDA HOSTIA quae non repugnavi.

770 SI NON ATTONITIS si non diuinantis Tiresiae uerba
stupefactus accepi. attonitis timidis. attoniti enim di- 5
cuntur, quos fragor tonitru in unum locum defixit, quos
Graeci uocant *ἐμβρονήτους* hoc est stupentes.

773 EXORATE consolamini.

775 DEDIGNANTEM ARTVS quippe qui iam caelum pe-
tebat. MAESTAMQVE TENERI carcere corporis scilicet. 19

776 QVAESITAM aut a superis aut a Thebanis pro
salute sua.

777 LVSTRAT expiat.

787 CONCINITVR collaudatur. ordo: concinitur uulgo:
populus eum conditorem urbis suae uocabat et Cadmo 15
atque Amphione meliorem dicebat.

788 VERIS HONORE SOLVTO apertis rosis.

791 LACRIMABILIS quia dolebat fraude se deceptum a
filio et iratus eum nolebat flere.

Lind. p. 368 793 LVSTRALEMNE lustrare ciuitatem humana hostia 20
Gallicus mos est. nam aliquis de egentissimis prolicie-
batur praemiis, ut se ad hoc uenderet. qui anno toto
publicis sumptibus alebatur purioribus cibus, denique certo
et sollemni die per totam ciuitatem ductus ex urbe extra
pomeria saxis occidebatur a populo. 25

796 COITV REVOLVTA [NOTAVI] quoniam filii coitus in
matrem rediit. ut ipse alibi <Theb. I 235>: 'proprios
monstro reuolutus in ortus'.

1 CAPTAEQVE ... LERNAE *delenda puto* | inpingite M || 2 in-
sequuntur L insequuntur Pb || 5 atton. tim. om. Pb || 6 tonitus
Pb | deflexit Pa || 7 *ἐμβρονήτους* Lc om. LMP | stupentes om.
Pb || 10 sc. corporis L || 11 QVAESITVM L | a² om. MPa || 14 con-
laudatur MPa || 15 eum populus L || 16 meliorem amphione
et cadmo Pb | dicebant Pb *corr. ex* dicebat M || 18 se om.
LP || 19 eum iratus L || 20 LVSTRALEM L || 21 pelliciebatur L ||
22 primus P | ad hoc om. Pa || 26 NOTAVI om. MP | quando L |
citius Pa || 27 et proprios Pb | monstret Pa

806 **DIVERSA** contraria, quae mihi obfuerunt per partum.

807 **EFFLORVIT. ARMIS** quia de serpente illo, cuius Cadmus seuerat dentes, Creon, Menoecei pater, ducebat ⁵ originem. queritur ergo mater Menoecei omnia illum a patre habuisse et nihil de matre et inde illum amore mortis abreptum.

810 **FATIS NOLENTIBVS** quia ante diem peristi.

812 **HAEC MANVS** quae te occidit, tua scilicet.

¹⁰ 813 **VIDEN** syllaba cum naturaliter longa sit, tamen eam corripuit secutus auctoritatem Maronis dicentis <Aen. VI 779>: 'uiden, ut geminae stant uertice cristae?'

CONSVMPSERIT ENSEM quia totum pectore recepit ferrum.

¹⁵ 814 **HAVT QVISQVAM** ab hoste non tantum fuisset in fixus gladius.

816 **PEROSAM** odio habentem consolantes se.

819 **TELLVRE RELICTOS** quia solam terram intuebatur.

822 **SAXI speluncae**, in qua filios edidit uel educabat.

824 **PRAETER** iuxta tigridem orbam.

²⁰ 825 **VBI ENIM** interrogatiue: quia nusquam uidebat filios, quibus alimoniam lactis pararet.

828 **COMMVNVS** mox insequenti. **TOLLENDVS carmini-** Lind. p. 368
bus altius efferendus.

830 **AMENTIA** furor poeticus.

²⁵ 831 **PROFVNDIA** inferna.

832 **SIGNA SECVTAE** uelut Capaneo militent.

1 Versa **P** | contraria] gĩa **Pb** || 2 partiē **Pa** patrem **Lm** ||
4 pater a serpentibus duxit **L** || 5 mater] pater **Pb** || 7 arectū **Pb** ||
8 **NOLENTIBVS FATIS** **L** | diem *om.* **Pa** | periisti **LMPa** || 9 **HAEC**
om. **MP** | tua scilicet quae te occidit **L** | scilicet *om.* **Pb** ||
10 Vide **Pb** || 11 eam *om.* **Pb** | (secutus *om.*) auctē **Pb** | dicentis
om. **Pb** || 12 uident **M** uidē **Pb** | aut **LPb** | uertice] cornua
MPa | xpe **Pa** || 14 non tantum ab hoste **L** | tamē **Pb** || 16 se
om. **LPa** || 17 reductus **Pa** | intuebantur **LPa** || 18 Saxa **Pa** |
uel educabat *om.* **Pa** || 19 tygridē **M** || 21 alimonia **P** || 22 in-
sequente **Pb** insequent **Pa** || 23 abit' **M** || 24 furore **Pb** || 26 ue-
luti **Pb** | militante **Pb**

833 ARMA IOVEM inuidiose se contra Iouem Capaneus armavit, ut gloriosa morte periret.

835 SEV LAETA MALORVM quoniam gaudemus arduas res et periculosas incohare, quarum nos postea paenitet.

CAECA incerta, quia interdum, quae putamus bona, 5
mala eueniunt exitu.

836 ET BLANDAE sero uenientes.

841 GEMINA LATVS admirabilis periphrasis scalarum. Pomponius sane in armorum iudicio: 'tum prae se portant ascendibilem semitam, quam scalam uocant'. 10

844 INCENDITVR IGNIS splendore clipei repercussus splendidior fit.

847 QUID SACRA IVENT quid prosit Thebanis mors Menoecei sacris inuenta.

Lind. p. 370 848 ET ALTERNO mire descripsit scalis ascendentem. 15
alterno gressu id est modo dextro, modo sinistro pede.

850 VIDIT ALOIDAS Otus et Ephialtes, Aloeii filii, tantae audaciae fuere, ut montibus constructis caelum expugnare niterentur. icti fulmine et in Tartarum missi sunt.

874 CARMENQVE IMBELLE SECVTI quia Amphione can- 20
tante dicuntur instructae.

879 ABSILIVNT dissoluuntur.

880 SAXEA FRENA compages quadratorum, quae constringunt et continent aedificationem.

Lind. p. 371 886 INSERVANTE custodiente Iunone, ne quid pro Thebis 25
diceret Liber.

887 OBLIQVO non ea parte aspiciens propter Iunonem siue quasi iratus Ioui.

1 se om. MP | contra om. P | arma ioue inuidiose Pb ||
3 quando L || 4 periculosa Pb || 5 Coeta Pa Certa Pb || 6 malo
Pb || 7 uenientis L euenientes Pb || 8 GERMINA LPa || 9 Ribbeck
II^s 270sq. | Pacuius Dubnerus | cum Pb tir Pa | p Pb | portat
Dubn. || 10 ascendi uilem MPb | uocitant Dubn. || 11 nitore
L || 15 describit LPa || 16 id est om. Pb || 17 Aloii LM alon Pa
alioi Pb || 18 fuere om. MP | conscendere Pb || 19 & icti L | et
om. L | tartara L taurum P | mersi LP || 20 inbelle MPa |
qua Pb || 21 fuisse dicuntur constructae L | instructi? ||
23 FRENA om. Pb || 26 Liber] ib M || 27 Oblico Pa | aperte?

888 CVNABVLA FLAMMAE ubi sunt mea cunabula?

889 AVCTOR APOLLO quia Apollinis oraculum Cadmus secutus aedificavit Thebas.

891 DVBITAT TIRYNTHIVS ideo inducit Herculis dubium
5 fauorem, quia et ab Argiuis et a Thebanis ducebat originem: ab Argiuis per patrem a Perseo uenientem, nam Perseus Danaes filius, eius filia Gorgophone, Gorgophones Electryon, Electryonis Amphitryon, Amphitryonis Hercules, a Thebanis uero per uxorem Megaram, Creontis filiam,
10 de qua suscepit Oxeam et Creontiadem, quos furore correptus occidit.

895 TRITONIA haec etiam Argiuis fauet. de Iunone autem nemo dubitat, quam Homerus Argiuam nominat. bene ergo tacita: ubique enim Iuno tacens describitur.
15 unde ei oratio necessitate datur. unde Virgilius <Aen. X 63 sq.>: 'quid me alta silentia cogis rumpere et obductum uerbis | uulgare dolorem?'

897 PACEM IOVIS otium, quo iracundia carebat.

Lind. p. 372

905 TONITRV solas potes puellas turbare fulminibus.

30 916 VICTAM superatam.

920 PRO FVLGINE PENDENT desperatione fulminis solliciti sunt. id est: timent, ne non ualeat fulmen perimere Capaneum.

924 ATTRITIS collisibus nubibus. nam dicunt physici
25 collisione nubium emitti fulmina.

926 LASSAMQVE extinctam.

930 CEDVNT ACIES Thebanae Argiuaeque.

4 dubitabat Pb | 10 dicit Pb || 5 dicebat Pb || 6 ab om. MPa | argiuis M | propter L || 7 danę MPa damne Pb | eius filia om. MP | gorgone gorgones Pb || 8 Amphitryo L om. MP | amphitriades M amphidrius Pa om. Pb || 9 a om. MP | thebanus Pb | propter LPb | minegerā M minogram Pa || 10 Oxeam Pa Aream myth. (II 158) cf. schol. IV 570 | creontiaden MPa | q Pb quas LMPa || 13 dubitet LPa | Argiua Pa || 14 enim om. L p Pa | describatur Pb || 16 et . . . dolorem om. MP || 19 SOLVS LMPb salus Pa | potest M | puellas potes L | tonitribus L || 24 conlisibus MP | philosophi MPa || 26 LASSAM LP Lapsaq' M

933 (936) FVMANTIA MVRIS ut eos corporis sui igni succenderet.

934 (937) SED MEMBRA VIRVM sed pro 'nisi'.

935 (938) EXVITVRQVE ANIMVS mire 'exuitur' dixit. quia anima exuitur corpore, ideo metaphoram a uestibus 5 posuit.

936 (939) CESSISSENT fulmini. hoc est: consumpti fuissent.

COMMENTARIVS IN LIBRVM XI.

Continet hic liber exultationem Thebanorum post 10 mortem Capanei. Tisiphones Furiae signum ad Megaeram, ut ab inferis emergat. ascensio ipsius Megaerae. allocutio Tisiphones ad eam de fratrum singulari certamine. Polynicis somnium aduersum et eius allocutio ad Adrastum de singulari certamine cum fratre suscipiendo. sacrificatio 15 Eteoclis pro uictoria Thebana et eiusdem sacrificii omen aduersum. nuntius significans Polynicen ad bellum procedere. allocutio Creontis cogentis Eteoclen exire. responsio Eteoclis. allocutio matris Iocastae ad Eteoclen, ut desistat a bello. par allocutio Antigones de muro ad 20 Polynicen. eruptio Eteoclis. allocutiones inuicem fratrum. allocutio Adraști bellum desuadentis. Pietatis conquestio de fraterno certamine uel eius uoluntas pacis. Tisiphones interuentus. fugata Pietas et pugna et doli. interitus

1 signis Pb || 3 VIRVM om. MP || Explicit liber X. Incipit liber XI. Pa || 12 assensio P || 13 certamine singulari L || 14 somnū P | aduersus Pa & aduersum Pb | ad om. MPb || 15 de] se Pa | suscepturū Pb | sacrificio Pa || 16 sacri omī Pa || 17 auersum Pb | nunciū Pb | Polynicem LM | bella LP || 18 Etheoclem LPb || 19 castę Pa | iocaste m̄is Pb | Etheoclem LPb || 21 Polynicem L | et ruptio Pa || 22 dissuadentis LP || 23 uoluptas M || 24 fratrum interitus L

fratrum. lamentatio Oedipi super filiorum cadauera. mors Iocastae. Creontis imperium de non sepeliendis cadaueribus Argiuorum, quos belli casus fuderat, qui tunc primum acceperat regnum. eiusdem Creontis imperium de exclusione Oedipi. allocutio Oedipi superbe respondentis. allocutio Antigones Creontem deprecantis, ut ignosceret Oedipo, patri suo. fata Graecorum.

2 EXPIRAVITQVE RECEPTVM FVLMEN cum anima amisit Lind. p. 374 siue efflauit.

10 4 SIGNAVIT MVROS excussit.

9 FRAGMINA TVRRIS quae cum ipso est fulminata.

10 MEMORANDA FACTA quod a Ioue fulminari meruit.

11 NON ILLAVDATA TONANTI ad exaggerationem uirtutis Capanei dixit eius morte etiam Iouem sese potuisse 15 iactare.

12 TEMERATOR MATRIS Tityon, Latonae concubitum Lind. p. 375 uiolenter affectans, Apollinis est peremptus sagittis et a Ioue apud inferos perpetua poena damnatus.

14 VOLVCRES secundum Homerum, qui dicit uiscera 20 Tityonis gemino uulture exedi, non uno, ut Virgilius dicit.

16 INIECTVS prostratus.

24 GALEAEQVE TONANT uelut tonitru insonant.

26 CAELIQVE TVMVLTV VTITVR Iouis fulmine audaciam dimicandi plebs Thebana conceperat.

25 27 MASSYLA PER ARVA terras Africae.

32 HINC PREMIT EVRYMEDON ex parte altera Eury- Lind. p. 376 medon, dux Thebanorum, premebat, cuius in catalogo

1 -mentatio . . . sepe- om. Pa | oedippodi M | cadauera filiorum Pb || 2 sepeliendi M || 3 Argiuorum om. Pa || 4 regem Pb || 5 allocutio Oedipi om. M | superbe . . . Oedipo om. Pa || 6 creontis deprecantē ut ignoscerent Pb || 7 facta Pa || 8 RECEPTVM FVLMEN om. MP | cum] eis Pa | animam P | emisit L || 9 siue om. L | flauit Pa || 10 MVROS om. MP | ex(c)ussis P || 11 FRAGMINA om. MP || 12 FACTA om. MP | meruit fulminari L | meruerit P || 13 NON om. MP | inlaudata M | laudata Pb | TONANTI om. MP || 19 Odyss. XI 578 || 20 excedi ne Pb | Aen. VI 597 sqq. || 21 IEIECTVS L | aiectus Pb || 22 -QVE om. MP | tonitrū sonant M || 23 CAEL. TVM. om. MP || 24 ples Pa | pleps M || 25 terram Pb || 26 Eurimedes M

<VII 262 sq.> fecerat mentionem: 'proximus Eurymedon, qui pastoralia Fauni arma patris'.

35 IUVENEMQUE PATREM e diuerso dicit Lapithaonem cum Alatreo filio bellum mouere pari paene aetate pollentes. et istorum meminit in catalogo <VII 296 sq.>: 'pater est natusque, sed aevi confundere modos'.

39 ARTATVR opprimitur siue densatur.

45 PVBES TIRYNTHIA iuuenes dicit, qui cum Agylleo fuerant, Herculis filio. sed stipitibus et sagittis dimicabant, non gladiis. ut in catalogo <IV 154 sqq.>: 'flauae capiti tergoque leonum exuuiæ, gentilis honos, ac pineus armat stipes, inexhaustis artantur tela pharetris'.

50 ENYPEVS hic tuba Thebanos in bellum excitare solebat, sed tunc amens fugam ciuibus suadebat.

56 TVBA SOLA PEREGIT Ennius: 'cumque caput caderet, carmen tuba sola peregit et pereunte uiro raucum sonus aere cucurrit'.

58 CLVDERE QVAERIT fratrum congressu Furia bella finire festinat.

62 ERGO PROCVL secretiorem locum petiit.

63 ABSENS pro 'absentis'.

65 ATTOLLIT erigit.

68 ET PATER AETNAEOS ITERVM bene iterum: quia paulo ante fulminauerat Capaneum, nunc iterum aduersus Furiam fulmen requirit.

74 RARESCVNT TENEBRAE Furiae, inquit, abscessu tan-

3 patremque MPa | Lapithaonem *sumpsi ex Theb. VII 297*
 Pythonem L pitonem Pa phitonē cū Pb pyto///nem M || 4 cum
 Adephilo L cum adefilio Pa cum ad filio Pb tumele filio M ||
 7 obprimitur MPa opprimit L || 9 sed] qui L sed in Pa | et
 sagittis om. MP || 10 ut om. M | flauent L flant Pb || 11 tergo
 leonis Pb | non hos MP | et *Statius* ue Pb || 12 aptantur Pb ||
 13 ENYPEVS LM enileus P || 14 tum L | dñs Pa || 15 *Vahlen*
p. 75 | capd cadere M eminus caput caderet P || 16 sola peregit
 om. Pb | raucus Pb ra cū M || 18 CLAVDERE LP | bellum LPa ||
 22 Attollitur erigitur P || 23 quod Pb quo Pa || 24 paulum Pb ||
 26 TENEBRAE om. MP

tum inferis lucis accessit, quantum aduentu eius dies splendoris amisit.

76 HAC GERMANA TENVS supra <VIII 65 sq.> irascentis Lind. p. 378

Ditis uerba ad Furiam haec fuerant: 'sed quid ego haec?

5 i, Tartareas ulciscere sedes, Tisiphone'.

80 NEC PRETIVM nec operae pretium fuit diu mansisse apud superos tantis factis stragibus.

84 HAEC EGO quae hactenus facta sunt, sibi Mars cum Bellona uindicet. nunc ego ad singulare impellam.

10 85 MANIFESTVS IN VMBRIS quia similitudo gestorum apud inferos exstitit.

88 HORRENDVS AB ASTRIS Capaneum quoque, sed modice fuisse dicit audacem.

15 et 91 BELLA DEVM aut Martis et Bellonae aut Apollinis et Mineruae.

92 FATISCVNT lassantur.

94 TAXVS quia Furiae de taxo arbore faces habere dicuntur.

97 MARTIA qualia Mars solet efficere.

20 107 IAM PATER EST hoc est: iam coepit Oedipus circa filios meliora uota habere et patris circa iuuenes affectum tenere.

127 SAT FVNERA MENSIS dicit Iuppiter adhuc sibi Lind. p. 379
Tantali horrere conuiuio, in quo Pelopem praedictus pater
25 numinibus apposuit epulandum.

128 LYCAONIS ARAS Lycaon, rex Arcadiae, Iouem suscepit hospitio, cumque uellet explorare, an uere Iuppiter esset, quem domo susceperat, humanas ei carnes

3 TENVS *om.* MP || 4 Ditis *om.* Pa || 5 ita caras L(Pa) inter tartareas Pb || 8 HOC L | EGO *om.* Pb | facta sunt *om.* Pa || 9 uindicat L | singularē M | impellam Pa impellū *superscr.* am M compellam Pb || 12 AB] in M || 13 fecisse MP *scholion corruptum est* || 16 Facti (*add.* r) s̄ M || 18 dicuntur faces habere L || 20 *schol.* 107 *om.* P | Patrem (*om.* est) M || 23 MENSAE L || 24 horrore conuiuio (*om.* sibi) Pb | conuiuio iniquo *om.* *superscr.* M || 27 uere *corr. ex* nere M nueret Pa numen L || 28 in domo LPa in domum Pb

apposuit. quod cum Iuppiter agnouisset, domum eius incendit ipsumque mutauit in lupum, qui Graece dicitur λύκος.

129 ASTRA MYCENAS quia Atreo et Thyestae Parricidis epulantibus refugo sole nox festina superuenit. astra uero pro nocte posuit. 5

139 EXEAT declinet. DVBIOS TVRBARANT Terentius <Andr. 266>: 'dum in dubio est animus, paulo momento huc uel illuc impellitur'.

141 AEGER CONSILII tristitia cogitans siue consilio imbecillis. 10

143 MONSTRA DEVM infelicia monstra deum. id est: non desunt prodigia futurorum. SIC IRE PARABAT non sic parabat uiro suo occurrere, quo nunc (habitu scilicet) corpus eius quaesitura est.

144 VIRO TAEDAS non putabat his se taedis ad rogam 15 uiri esse uenturam.

Lind. p. 380 158 CAPESSERE administrare prope.

167 PATRIA REGNOQVE extra fines patrios te coegi bella suscipere.

176 FECIQVE NOCENTEM ut pro me fureret. 20

Lind. p. 381 194 SVBMITTITVR solutis niuibus minuitur.

202 SIC OMNIA VICIT quaecumque moram faciebant exire.

209 INFERNO TONANTI Plutoni. PRAEVERTIT applicuit. 25

Lind. p. 382 211 LICET ARGOS quamuis Graeci tibi seruiant et ipsi

2 qui] Auide **M** unde **LP** | λύκος dicitur lupus **L** (*om.* λύκος) **MPa** lycaon dicit lupus **Pb** || 4 refulgo **L** refuge **M** refugio **Pa** | praeuenit **L** peruenit **MP** || 6 DVBIOS *om.* **MP** | TVRBABANT **LM** || 8 uel *om.* **L** || 9 CONSILII *om.* **M** | tristitia cogitans consilii **M** | inbecillis **M** || 11 infelici **MPa** || 12 Scire (*om.* i) **MPa** | nunc (*om.* sic) parabo **Pb** || 13 qui **Pa** q **Pb** | tunc **Pb** | habitu *om.* **L** | scilicet] sic **MPb** || 15 putat **L** pubai **M** pubat **Pa** | his *om.* **P** || 16 uentura **M** || 17 CAPESSERE **LPa** | proprie **LP** || 18 PATRIA *om.* **MP** || 20 *schol.* 176 et 194 *om.* **Pa** | FECIQVE *om.* **MPb** || 21 SVBMITTITVR **LM** submittitis **Pb** | minuitis **Pb** || 22 sic . . . moram *om.* **Pa** || 24 TONANTI *om.* **MP** | applicauit **Pa** ampli-
cauit **M**

sacrificia debeant, tamen et nos amare debes, quia multa apud nos ob stuprum Europae amoris gaudia perfecisti.

213 THIASOS thiasi chori sacra ducentium Liberi patris siue certamina Satyrorum.

5 216 TYRIOS NIMIUM propter sui uultus imaginem. et bene nimium, quia aduentum Iouis armati ferre non potuit uique fulminis interiit.

221 AGNOVIMVS IGNES fulmina, quae miseras in Seme-len, a proavis audiuimus nostris, nos quoque in Capaneo
10 didicimus.

223 VOTIUM sacrificio Iouis dicatum [taurum, qui Haemus dicebatur].

233 IMPERAT erat enim consuetudinis, ut, si prima sacrificia minime fuissent accepta numinibus, secunda
15 haruspex sacrificia repararet, donec uiderentur esse suscepta.

235 AC|CEDERE VESTES per membra compasci. Her- Lind. p. 383
cules etenim uicto Acheloo Deianiram duxit uxorem. qui cum ad fluium peruenisset, Nesso dedit Centauro transferendam. quam cum ille in flumine comprimere uoluisset,
20 ab Hercule est sagittis extinctus. qui uestem Deianirae dedit sanguine suo tinctam, ut se ulcisceretur, et dixit, si uellet se perpetuo ab Hercule diligi, daret eam illi uestem induendam. inde cum Hercules Iolam secum captam adueheret, Deianira uerita, ne ei paelex praeferretur,
25 hac ueste Herculem induit. quam ille indutus, cum ueneni afficeretur incendio, in Oeta monte rogam uoluntate descendit.

1 debes *om.* LMPa | quia *om.* Pa || 3 ducentum M | dicentium bacchei (*om.* patris) Pb || 4 siue L s̄ M sunt Pa sunt && Pb || 7 periit Pb || 9 a . . . didicimus *om.* L || 11 dicatur P | taurum . . . dicebatur *om.* MP || 13 enī erat M || 15 aruspex LMP | repararet *om.* Pb | donec au Pa || 16 Accendere Pa || 17 enim LPb || 18 nexo Pb nesson M nessuz Pa || 20 est *om.* Pb | extinctus *corr. in* extinctus M || 21 dedit Deianirae suo sanguine L | dixit illi L || 22 perpetuo se L perpetuo Pb || 23 unde L | Iolem L iotā MPa incretam Pb || 24 pellex LPb || 25 hac . . . afficeretur *om.* Pa | hanc uestem L

252 SVMMA AVRE breui auditu id est incipiente.

255 AERA FINDENS rotatu capitis aerem intuens.

Lind. p. 384

257 SINE MOENIA PVLSET IRRITVS membratim ista legenda sunt, ut uideantur a multis satellitibus dici, ut alterius sit: 'sine, moenia pulset irritus', alterius uero: 'ille autem fractis huc audeat ire uiribus', alterius item: 'hic furor est miseris instare periculo nec librare metus' id est: haec est infelicitum consuetudo in pericula ruere et tuta uitare.

272 PERIVRIA DIVIS quia imperium sorte debitum negotii germano.

274 INMICAVE TELLVS quae negando fruges sterilitate homines afficit.

277 AMNIS Ismenos.

281 PHOCIDOS SONORAE a Phoco, Aeaci filio, quem Peleus et Telamon occidisse dicuntur, ciuitas nomen accepit. sonorae dixit: dantis responsa.

283 AT TV apostropha ad filium.

284 ET E GREGE SANGVIS pecus ignobile. 'de grege' enim 'de multitudine uulgari' dixit.

285 PRIMITIIS ARARVM primitiae proprie dicuntur primae fruges diis oblatae. RITE NEFASTO rite pro 'ritu' posuit. expiatio enim fuerat ciuitatis mors Menoecei.

289 ORACVLA NECTIT tecum responsa componit.

297 EXAESTVAT IRA grauiter insonat.

Lind. p. 385

298 NON FALLIS AIT non celas, inquit, quid tuus animus hac oratione festinet. non luges filium, sed me pugnante regnare desideras. laudare mortem filii et praeconiis debebas efferre, qui pro patria periit, non dolere.

1 accipiente LP || 2 Aere Pa A&ha M || 3 IRRITVS om. MP | membratim . . . pulset om. Pb || 5 alteri . . . alteri Pb || 6 ire usque Statius || 7 miseris furor est Statius | periculo M || 8 pericula LM || 16 elemon M || 22 ollate Pb | rite om. Pb || 23 posuit om. Pb || 26 nec LPa || 28 filii om. M || 29 debeas MPb | afferre M effer Pa (-re . . . impetu om.) | quia Pb | (pro om.) patriam M | periit] doluit Pb | dolore MPb

310 ICTVS VT INCERTO non forti impetu percussus, et ideo erigitur.

323 CRVDESCVNT iuuenescunt aut noui fiunt.

Lind. p. 386

329 INTEGRATA RESVRGIT ex integro incohat.

5 334 IMPROBA LVMINA mea lumina, quae spectatura sunt fratrum singulare certamen.

337 OBNIKI cum conatu stricti.

338 ME MISERAM VINCES me petis. PRIVS HAEC

TAMEN ARMA NECESSE EST EXPERIARE DOMI ut nos ante
10 prosternas.

344 SANXI deuoui.

358 NON DV RATVRVS senio non peruenturus. id est: Lind. p. 387
senectutis impedimento ad summum murum euadere non poterit.

15 361 INCESSENTEM inuadentem, pulsantem aut ferientem.

371 REGI Eteocli propter amorem Polynicis. dicitur enim cum eo concubuisse.

383 COEPERAT sola enim Antigone Polynicen poterat a singulari fratris certamine remouere. supra enim <XI
20 103 sqq.> de ipsa dixerat Furia: 'blandamque precatu Antigonen timeo, paulum ne nostra retardet consilia'.

391 INCERTISSIMA ante euentum pugnae dubia.

393 IN AEQVVM in ius.

395 HAEC FOEDERA quibus unus pareat victor.

25 397 REGIA CASSIS cum diademate.

Lind. p. 388

400 PALLA chlamyde.

401 MAEONIS Lydiis. de hac enim regione fuit Arachne lanificii peritissima, quae Mineruam prouocauit et ab ea in araneam est mutata.

1 percussit Pa || 5 mea lumina om. L || 8 me petis om. L |
PRIVS ... EST om. MP | tamen haec L || 11 SANXI ... impe-
om. Pa || 12 serio M || 15 ferentem Pa || 16 Rege M | poliniciis
amorem Pb || 17 eo] ea om. superscr. M || 18 enim sola Pa |
poterat Polynicem L || 19 cum fratre L | enim supra Pa ||
20 dii M | precatur L || 21 Antigonen ... ante om. Pa |
Antigonem LM || 22 cruentum L || 23 aequum Pb || 24 Nec Pb
om. Pa | parcat Pa || 27 Ariadne LPa adriadne M aragone Pb ||
28 lanifica Pb

406 SERPENTIBVS AVGENT equorum iubas augent Furiae
adiectioe serpentum.

411 ET IPSI ARMORVM FVGERE DEI Mars et Minerua.

414 CRVDA aspera. dicit Mineruam opposita Gorgone
uisus suos celasse. 5

431 ANIMIS Thebanorum.

438 PONTVS CYANEOS VETVIT quomodo aqua non ue-
tuit sibi montes collidi.

Lind. p. 389 440 FVRENTVM in equis apparebat dominorum furor.

443 ARIONA quia Arion, quippe Neptuni filius, di- 10
uinabat.

444 LAEVAE contrariae siue inanes.

447 INDVLSIT institit.

453 VENERABILE formidandum.

455 ITERARE ACIEM denuo bellum instaurare. 15

456 OPPONERE obicere se pugnantis fratribus.

Lind. p. 390 459 NON HABITV non laeta, sed tristis.

465 ANIMANTVM animas habentium id est hominum.

473 QVAMQVAM MAESTA DEAE cum Pietas de caelo
descenderet ad terras, licet maesta esset, tamen, quacum- 20
que ibat per nigras nubes, claram sui numinis lucem
trahebat.

483 IGNE fulmine.

485 NVMEN INERS Pietas, quae bella dissuades.

488 FVRIARENT instigarent. 25

490 CADMVS ARAT dentes draconis, de quibus cohors
armata prosiluit.

2 serpentium Pa || 3 IPSE L | ARM. FVG. D. om. MP | Mi-
nerua . . . dicit om. Pb || 6 Animas MPb || 7 CYAN. VET. om.
MP | quoniam L qui modo Pa quo Pb | sibi non uetuit mon-
tem Pb || 9 FVRENTVM L corr. in Furentum M | duorum Pb ||
10 quippe om. LP | -ni . . . institit om. Pa || 12 e c̄trarie M ||
14 Mirabile Pa || 15 instruere corr. in instaurare M instimare
Pa || 16 Obponere M | obicere LPb || 18 Animantiū M | habent-
tum Pa || 19 MAESTA . . . licet om. M || 20 maiestate Pa maiestas
Pb | quocumque L || 21 nubes nigras LPb nubes Pa | trahebat
lucem Pb || 24 dissuadet L dissuadis Pa || 26 ERAT LPa

491 ROGAT conuenit.

494 ORA REDVCENTEM uultum suum retro tollentem.

495 IN LVMINA PALLAM faciem suam, ne Furiae, uultum uideret, chlamyde protegebat.

5 499 REX IMPIVS Eteocles.

Lind. p. 391

500 PRIOR OCCVPAT feriturus praeuenit ac tela disponit.

501 PER ORBEM per medium scutum conata est transire.

506 PIABO MANVS expiabo parricidium fratris mea morte.

10 508 MINOR VMBRA DOLOREM astismos, id est urbane 'minor umbra' dixit 'uicti regis'. ut Horatius <carm. II 9, 21 sq.>: 'Medumque flumen gentibus additum uictis minores tollere uertices'.

510 PLAGA uulnus metum immisit.

15 521 TONSAS remos. MVTANT miscent.

522 LVCTATAEQVE DIV et aduersus tempestatem et aduersum se.

526 RIMANTVR peruestigant. ACERBO toruo.

Lind. p. 392

527 TELLVRIS subaudis 'intererat'. id est: non a se

20 multum aberant, sed comminus sua ora cernebant.

529 SIGNA TVBARVM neglectu suo plus excitabantur ad scelus.

530 FVLGINEOS fortes.

25 536 FACINVSQVE PERACTVM tanta inerat saeuientibus feritas, ut, cum nulla sibi adhuc uulnera intulissent, tamen iam se scelus perfecisse crederent.

542 IYSTIVS iustior in scelere Polynices uidebatur, quia pro denegato sibi imperio.

543 MALE TEGIT non tegit. PLVMIS laminis. ut

30 Virgilius <Aen. XI 770 sq.>: 'quem pellis aenis in plumam squamis'.

4 chlamyde protegebat *ante ne pos.* L || 5 inpius Pa ipsius Pb || 6 ac *om.* Pa || 8 mei L || 12 Mediumque LMP || 13 uoluere Horatius || 14 metus Pb metu MPa | inmisit MP || 15 TONSOS L || 18 inuestigant Pb || 19 subaudi Pb | ad se Pa ante se (*om.* non) Pb || 21 excitabatur Pa || 25 adhuc sibi Pb || 26 credebant (!) LMP || 28 quia *om.* L || 30 ahenis L

546 MAGIS AC MAGIS AEGER Polynices scilicet uiso fratris uulnere imminebat.

550 REBUSQVE EXERCITA EGENIS has uires exsilia calamitatesque nutrierunt.

Lind. p. 393 560 DVM VIDET crudelis.

575 CONSUMITE POENAS omnia supplicia transeundo subite.

578 VNA DIES stat stantum.

579 PROELIA REGES execranda fratrum proelia soli nouerint reges, penes quos est et opprimendae libertatis ambitus et saeuendi crudelitas.

Lind. p. 394 582 MORTEM IMPERFECTAM caecitatem. ut ipse in primo <u. 48>: 'longaque animam sub nocte trahebat'.

583 VTRAQVE CANITIES et capitis et barbae.

584 GENAEQVE INTVS ipse alibi <Theb. I 104 sq.>: 15 'sedet intus abactis ferrea lux oculis'.

587 PVPPE RELICTA Charon.

588 EXOSVS MANES odio habens mortuorum saeua supplicia. SVLCATOR nauta.

592 CRESCAT OPVS numerus umbrarum. SAECVLA 20 RIPIS turbae animarum.

596 IMPLICITOS sibi innexos.

600 FRIGENTIBVS defunctis.

Lind. p. 395 608 PER ARIDA SERPVNT caecitatem aridam dixit, eo quod deficientibus ocalis lacrimarum origo cessauerat.

609 MOLLES quia sunt animi molliores.

610 EXSEQVIALIA MORTIS in morte uestra lacrimas fundo, quae exsequis coaequantur.

1 MAGIS¹ om. MP | AEGER] uegeret Pa teret Pb | *schol.* *attinere puto ad* 547 NEC . . . HOSTIS || 3 REB. EX. om. MP || 4 nutriet¹ Pb || 5 DVM om. MP || 8 tm Pb || 9 execrando LP || 10 nouerint *scripsi cum Grotio* nouerant LMP || 11 credulitatis Pa || 12 imperfectam MPa || 13 longaq; MPb | noctem Pb || 14 et¹ om. MP || 15 ipse alibi om. L || 18 id'o Pa || 23 Erigentibus M Fugientibus Pb || 24 PER om. MP | caecitatem] excitantem Pa siccitatē om. *superscr.* M || 25 cessauerit LP *corr.* ex cessauerat M || 27 uŕas Pb

611 NIMIVMQVE MEI a meis criminibus minime discrepantes.

612 ALLOQVIVMQVE APTARE LICET pro merito dicere.

616 HEV IVSTO MAGIS plus iusto diis visum est parentis in filios mala vota audire.

619 DICTAVIT FATIS ut evenirent, fataliter fecit.

636 ENSEM ἀναδελφωσις.

637 MVLTAQVE multa in deos conuiciata et de incesto Lind. p. 396 cubili plurimum quæsta.

10 638 ET NATI FVRIBVS filii nuptiis. ET PRIMI CONIVGIS Lai, prioris mariti.

639 LVCTATA EST conata est manus anilis uirorum fortium opus implere.

641 SANGVINE LECTVS cruore suo infelicis lectali pur-
15 gavit incestum.

644 QVALIS MARATHONIDE SILVA Marathon mons Atticæ regionis, in quo Icarus est occisus. ad quem locum Erigone, filia eius, cane præeunte peruenit et se nimio luctus dolore laqueavit fortioribus ramis electis, ne forte infirmioribus fractis mortem corporis ruina declinaret. pinus autem, in qua pependit, regionem illam sua umbra uastabat. ut placaretur exstincta, ora in humanam speciem ipsa formata in eadem arbore suspendebant et pastorum congressibus cantibusque diem illum celebrem faciebant. quod
20 Virgilius aliud agendo perstrinxit <georg. II 388 sq.>: 'tibique oscilla ex alta suspendunt mollia pinu'.

646 NODVM laqueum, quo se regina suspenderat.

647 LEGEBAT quibus se suspenderet.

1 minime ante a posuit L || 3 ALLOQVIVMQVE om. MP || 4 visus M | est om. Pb || 6 uenirent P || 9 conquesta L || 11 lai Pb om. Pa || 12 est om. Pb | uirorum et fortium P || 14 suo om. M || 16 SILVA om. MP | maratho M | mons] mor Pa mar Pb || 17 antigone M || 18 prenunti Pa pnütio Pb || 19 relaqueavit Pa qrelauit Pb | ramis ... infirmioribus om. P || 20 -ret ... qua om. P || 22 ipsi LPa || 23 suspendebat Pb add. n M | et a pastorum Pa || 24 euentibusque Pb | faciebant om. Pa || 26 qrcu Pb || 28 schol. 647 om. Pb

656 PRIORVM quod non admonentur fatis priorum.

668 REDIT IN REGEM animum regium sumit.

671 PERACTA EST uotina filiorum suorum morte completa sunt.

Lind. p. 397 674 SENIVMQVE RECESSIT nimia senectus dicitur senium. Terentius <Eun. 302>: 'ut illum di deaque senium perdant, qui me hodie remoratus est'.

677 IAMNE VACAT SAEVIRE CREON iam non doles interitum filii, sed contra mortuos furibundus irasceris?

679 CALCARE RVINAS afflictorum regum insultare 10 casibus.

682 CONTRAHIS AMENS contrahis: assumis. mirando parua et non maiora rerum contrahis iura.

683 METIRIS HONORES ut exilium imperes ei, quem potes occidere. cur non saevius aliquid imperas? ista 15 mihi parua sunt, quae minaris exsilia, qui sponte supplicia in me maiora perfeci.

685 QVIN PROTINVS IMBVIS ENSES quin: immo imbues. id est: in me auspicare innocentum caedem quasi novus tyrannus. 20

686 SATELLES id est armiger, qui me possit occidere.

690 TEMPTARE SINES subaudis: humilem me tibi esse permittes?

704 NEC TIBI SIT VIRTVS id est: nulla in te sit animi fortitudo, qua possis aduersa magnanimiter ferre. 25

705 SATIS OMINA SANXI satis imprecatus sum.

1 q M || 2 MOX REDIT L || 3 uota tua *Grotius* || 4 est Pb || 6 dii LPb | omnes perdant senem LPa omnes perdant MPb || 7 hodie me *Terent.* | me om. Pb | est om. Pa ē et eius Pb || 8 SAEV. CR. om. MP || 12 asumis M contra assumis LP (assūmis Pa a sūmis Pb) | minando? || 13 paruo M infima Pb | regum *Klotz.* || 15 potest M | impetras Pa || 16 sponte] potes P || 17 perfeci om. Pb || 18 PROTINVS om. MP | quinimo LPa qui immo M || 19 auspicari MP | innocentem LP || 21 id est om. Pb | me om. M || 22 TENTARE L | subaudis . . . VIRTVS om. Pb || 23 pmittas *corr. in* pmittes M || 24 fortitudo animi L fortitudo Pb || 25 po^o Pa || 26 SATIS OMINA om. MP | inprecatus M

718 ALTVSQVE IACENTES elatus imperii dignitate mi- Lind. p. 398
seros humilesque despicias.

719 VEREARE PRIORVM ante oculos habeas fata prio-
rum ducum.

5 723 FELICIBVS subaudis: cum haec mala accidissent.

749 SVPPPLICIS INDVLGET ueniam Oedipo sub certa Lind. p. 399
condicione promittit.

753 HABITABILIS VMBRIS ubi filii se tui mutuis ul-
neribus peremerunt.

10 754 QVA BELLVM Thebanae et Arginae gentes mo-
uerunt.

758 DESTITVVNT occulte fugiunt.

COMMENTARIVS IN LIBRVM XII.

In hoc libro continetur: egressio Thebanorum ad cam- Lind. p. 400
15 pos hostibus iam fugatis. crematio cadauerum. sepultura
Menoeci. Creontis allocutio in filium plena pietatis. pro-
fectio Argiuarum matrum post auditam mortem suorum.
occursus Ornyti vulnerati. allocutio suadentis matribus,
ut non Thebas eant, sed Athenas et a Theseo auxilium
20 poscant, quo possint sepeliri earum mariti. consensio
Argiae. ipsius Argiae segregatio a ceteris matribus et
profectio ad Thebas uno comite Menoete et eius aduentus
ad campum, ubi iacebat maritus. Iunonis ad Lunam allo-
cutio, ut illustret campos splendore radiorum. agnitio.

1 imperii **M** || 3 VEREARE *om.* **MP** | ante . . . priorum *om.*
Pb || 5 subaudi **Pb** || 6 INDVLGET *om.* **MP** || 8 ubi *om.* **P** | (se *om.*)
filiis **P** | tuis mutui mutui(s) **P** || 9 pimeñ **M** || 10 mouere
Pb || Explicit XI. Incipit argumentum XII. **Pa** || 18 occursū **Pa**
proccusus (s *del.*) **Pb** | sorniti **Pa** sterniti **Pb** Orniti **LM** | sua-
dens **LPb** || 19 eāt post Athenas posuit **Pb** || 20 qua **M** q **Pa**
quomodo **L** | Consensus **L** dissensio ? || 21 argi **Pa** argige **M** |
et ipsius profectio **LPb** || 22 una **M** | mon&e **MP** manente **L** |
et *om.* **MPb** || 23 ad campum *om.* **Pb** || 24 inlustret **M**

allocutiones Argiae et Antigones et iunctus labor ad sepeliendum Polynicis cadauer. quod cum impositum fuisset Eteoclis rogo per ignorantiam, subito flamma dissensit. Antigones lamentatio. uigilum interuentus et captiuitas Antigones et Argiae. descriptio asyli apud Athenas, quo Argiuae confugerant matres. aduentus Thesei et triumphus eius de Amazonibus. allocutio Euadnes, Capanei uxoris, ad Theseum et deprecatio de sepultura maritorum. indignatio Thesei contra Creontem et transmissio nuntii, qui diceret Creonti, ut aut sineret sepeliri Argiuos aut se pararet ad bellum. catalogus exercitus Thesei. aduentus nuntii a Theseo missi ad Creontem. Creontis superba responsio. aduentus Thesei. pugna et singulare certamen cum Creonte. interitus Creontis. deditio Thebarum. Argiuorum sepultura.

Lind. p. 401

1 INCLINAVERAT occidere fecerat. id est: nondum omnia astra aduentus exterserat solis.

9 PRIMO pro 'primum'. MVNIMINA VALLI quamuis fugati essent Argiui, tamen exire de ciuitate Thebani metuebant.

10 RESERARE AVDACIA PORTAS nondum audebant terrore praeteritorum malorum omne portarum spatium reserare.

13 PRIMA LABAT Virgilius (Aen. X 283): 'dum trepidi egressique labant uestigia prima'.

Lind. p. 402

17 VALLANT muniunt.

18 CITANT PINNAS alas commouent.

19 LICET ILLE RETRO licet retro discesserit.

1 allocutionis LP || 2 polinices M | qui LP | impositus LP inposit M || 3 di(s)cessit L(Pb) dessensit Pa || 4 uigilium Pb | captiui M || 5 descriptio scripsi decretio LP discretio M | asili M sili Pb sibi LPa | eo Pb || 6 argiæ M om. Pb || 7 eius om. P | Euandri & L euadens M euaderies Pa || 8 de om. Pb | maritorum desepultura M || 9 et om. Pb || 11 exercitus. Thesei aduentus L || 12 Creontis om. L || 14 thebanorum MPb || 17 extinserat L extserat M om. Pa | solis . . . essent om. Pa || 18 PRIMVS L || 19 fugati L | Argiui om. M || 24 labent Pa || 26 PENNAS LPb || 27 licet retro om. Pa | discessit MPa

28 QVERVNTVR uirtutis malo imputant, quod perierint. Lind. p. 403

29 DIGERITVR ordinatur.

32 VBIQVE PARATO ad omnia cadauera.

55 MISERABILE pro 'miserabiliter'.

5 57 ACCIPIT subaudis 'ignis'.

58 ARGIVVS HABERI id est: non sepiliri sicut Graeci.

62 SED BELLICVS AGGER instrumentorum belli exaggeratio.

64 ACERVOS exuuiarum hostilium moles. exuuiis enim
10 hostium extruebatur regibus mortuis pyra, quem ritum
sepulturae hodieque barbari seruare dicuntur. quae strabas
dicunt lingua sua.

65 PACIFERA LAVRO triumphali siue uictrici.

70 HIS subaudis 'rebus'.

15 71 PALPITAT mouetur.

74 VLTRA post mortem.

Lind. p. 404

75 ACERBAS acerbum facis.

82 ET IMPVLSAS CINERI tuo scilicet.

85 FRATRES una sorte te et eadem die cum nefandis
20 fratribus bellorum fortuna coniunxit.

88 LIBAMENTA dona sacrata siue pueris initia mortis.

89 REGIMEN DEXTRAE sceptrum siue regalis uirga.

FRONTISQVE SVPERBAE VINCVLA diadema. ostendit poeta
Creontem regni insignia in ardentis filii pyram iecisse.

25 97 IPSVMQVE me ipsum.

105 VACVIS desolatis a uiris.

Lind. p. 405

110 CREVERE LACERTI intumuere.

119 PROFANOS funestos.

1 inputant Pa | quae LPa | perierunt Pa || 4 Miseri MP ||
5 Accipit Pa | subaudi Pb || 6 id est om. Pb || 9 excubiarum
MP | excubiis MP | enim om. M || 10 extruebantur Pb || 11 hodie
quoque L | barbaris euadere P | quem Strabas L q̄ strabas
MPa quas trabas Pb || 14 HIS om. Pb | subaudi Pb || 18 ET om.
MP | impulsas Pa || 19 te om. LPa || 20 fortunam L || 23 superba
M superbi P || 24 post Creontem MP praebent: exaggeratū
mortesque | filiā M || 25 ne L || 26 desolatis ... CREVERE om. M |
a om. P

123 IMPIA CONIVNX proditrix. Eriphylen significat, Amphiarai uxorem, quae monilis cupiditate ducta latebras coniugis prodidit, quam postea filius in uindictam patris occidit.

Lind. p. 406

130 DVPLEX LITVS Ionium et Aegaeum.

5

131 AB ISTHMIACO id est Corinthio. GENETRIX Leucothea.

132 NOCTIVAGVMQVE mulierum Argiuarum gregem significat, noctiuagum ideo, quia quaerentes maritorum cadauera nocte uagantur incerta. ELEVSIN ciuitas non longe ab Athenis, quamuis Eleusin propriis luctibus seruiat. in sacris enim huius ciuitatis mysteria sunt Cereris Proserpinae raptum dolentis.

133 ARCANOS secretos siue sacrificiorum ignes ostendit.

EXTVLIT eleuauit.

15

134 IPSA PER AVERSOS ipsa Iuno et auia monstrat itinera et refoebat corpora mortuorum. mandat simul curam Iridi, quae ambrosiis sucis perfundens ea tabe resolui uetabat.

135 NE PLEBS ne coniuncta fugientium multitudo a coepto deterreatur.

137 FVNCTA mortua.

138 RORIBVS liquoribus suis.

139 OBSTENT repugnent putredini.

140 FATISCANT ut occisorum corpora putredine non ante soluantur, quam rogos accipiant. et est ordo: ante flammam non fatiscant.

146 SVPER AGMINA LERNE tantummodo mulieres superesse. nominatius Graecus est: haec Lerne.

1 CONIVNX LPa | erifilem Pb || 6 AB om. L | i. Pb om. LMPa | GENETRIX LMP || 8 -QVE om. MP || 9 quia om. Pb || 10 uagabantur Pb | incertae L | ELEVSIN L eleusim Pb || 11 a thebanis M | Eleusis L(Pb) || 16 ADVERSOS LP | monstrabat L || 18 succis LP | tabe resolui scripsi debere solui LMP || 20 PLEBS L | accepto deterreat MP || 24 OBSTANT L | repugnant L repugnarent Pb | putredini om. L || 28 AGMINA . . . superesse om. Pb

149 FVNVSNE PEREMPTIS SPERATIS speratisne uos mor- Lind. p. 407
tuis sepulturae solacia posse praestare?

152 ADNVMERAT seruat.

155 BVSIRIDIS ARAS hic rex Aegypti fuit, aduenas
5 solitus ad aras mactare. postremo aduentu Herculis im-
molatus exemplo est.

156 ODRYSIIQVE Diomedes, rex Thracum, equos habebat,
quos humanis carnibus nutrebat. hos Hercules occiso Dio-
mede ad solita pabula id est ad gramina mollita feritate
10 reuocauit. SICVLOSQVE LICEBIT Iuppiter Aetnam Nym-
pham compressit. quam cum Iuno persequeretur, illa
Terae implorauit auxilium et in sinus eius recepta enixa
est geminos necdum partu maturo. hos Terra intra gre-
mium suum tamdiu fouit, quamdiu lex uteri postulabat.
15 postea enixa est. unde Palici id est 'bis geniti' appellati
sunt. hos autem immites fuisse et humano sanguine pla-
cari consuetos fabula disserente confirmatum est. quod
uidetur etiam strictim tetigisse Virgilius <Aen. IX 585>:
'et placabilis ara Palici'.

20 161 ORBA SEPVLCRIS sine corporibus sepulturae.

164 THERMODONTIACO Thracio, a fluuio Thermodonte
Thraciae regionis.

166 IN MORES HOMINEMQVE in humanam consuetu-
dinem, id est: ut mortuos sepulturae concedat, bello
25 cogendus est Creon.

168 VNO simili.

1 FVNVSNE om. MP | speratis MPb om. Pa || 2 sepulturae om.
Pb || 3 ANNVMERAT L || 4 fuit om. Pb || 6 exemplo suo immo-
latus L | ex eo Pb || 7 -qve om. Pb | Thracum rex L || 9 id est]
s. Pb | mollitate(m) P | feritatem Pb || 10 ethenam Pa || 12 sinu
L finis Pa || 13 partu M paratu Pb | maturos LP | germanum
Pb || 14 fuit corr. in fuit M | lex om. M || 15 posteaq; Pb |
Palyci L | id est om. MP | palicib. genti M | sunt appellati L
appellantes siue appellati sunt Pb || 16 immittentes del. superscr.
inmites M uirtutes Pa nutritos Pb || 17 disserentes Pa diserente
Pb differentie M | firmatum MP firmatum decretum Pb | q Pa
superscr. i M || 18 etiam om. Pb || 19 et om. M | implacabilis L
eplacabilis M || 23 morem P | in om. Pb || 24 ut om. Pb

- Lind. p. 408 179 DVRA PERICLI causa mariti furtim cremandi.
 181 RHODOPES mons Thraciae.
 182 INNVTIS Amazoniis.
 195 FVNVS AMAT ut Lucanus <IX 112>: 'perfruitur lacrimis et amat pro coniuge luctum'. 5
 196 ACTAEAS Atticas. MARATHONIAQVE id est Marathonem, Graeciae ciuitatem, in qua nutritus est Theseus.
 204 AVGVRIVMQVE ANIMI animi praediuationem.
 217 VIS NVLLA DOLENTI nusquam est animi magnitudo, 10
 quae perducat ad mortem.
 218 HORTARIS EVNTEM uerbis dehortantibus cohortaris.
 224 NOCTE VELVT PHRYGIA sacra Matris nocte a Phrygibus colebantur in monte Dindymo, in quibus se Galli abscidere consueuerant. quod genus sacrificii strictim Virgilius tetigit <Aen. IX 617 sq.>: 'ite per alta Dindyma'. 15
 225 PINIGERI ferentis faces. RAPITVR ducitur.
 226 SANGVINE LECTO quem sibi elegit.
 Lind. p. 409 229 ALIIS REDITVRVS AB VNDIS in occidentem uergens sol necesse est ut ab orientis partibus oriatur. 20
 232 NEC FRANGIT ITER non imminuit uel deflectit.
 234 NOVALIA agrorum loca, quae uerno tempore scrobibus factis uinetis aptantur.
 236 PRAETERIT iuxta transit. INSESSA inhabitata. 25
 siue magis, quod 'in' augeat, obsessa.
 243 SVPINANTVR inclinantur.
 244 DEVEXA latera.
 246 EXACTI finiti siue conclusi. NON BLANDA non falsa. blandimentis enim inducimur. ut Terentius <Andr.

2 Rodope Pb || 4 ut om. LMPa || 6 -que id est om. Pb | -que] quia M || 9 ANIMI om. MP || 10 parenti P | nunquam L || 11 ad mortem om. Pb || 13 frigida corr. in frigida M | a om. LPa || 15 abscindere L assidere Pb | consuerat Pb | quia M | strictu Pa om. M || 17 gerentis facere Pb || 18 ELECTO L | q Pa qd Pb quia M | sibi ipse LP || 20 orientib. M || 21 NEC om. MP | non om. M | imminuit M minuit L || 22 nouerno M uno Pb || 24 traxit M || 25 quod 'in' augeat om. MPa post siue (28) praeb. Pb || 29 a blandimentis LMP | inducitur P

648) : 'nisi me lactasses amantem et falsa spe deluderēs'
id est blandimentis induceres.

247 EGENA SEPVLCRI cadauera sepultura carentia.

248 BVSTA corpora semiusta. AESTVAT AER gra-

5 uiter exhalat.

259 QVA STIPATA MANV qua multitudine comitata. Lind. p. 410
εἰρωνυμῶς id est nulla.

265 EFFIGIES species.

271 VARIABAT uarie circumibat.

10 273 IN PVLVERE SVLCOS rotarum uestigia.

281 VOTVM IMMANE PROCIS a multis sponsis optata.

283 OFFENSVS id est offensiones.

293 THESEOS AD MVROS ad Atheniensis ciuitatis muros. Lind. p. 411

15 295 FATISCERE VANO fatigari errore superfluo, quia
mariti corpus inuenire non poterat.

300 IMPROBA aduersa aut certe tunc improba.

301 TER NOCTEM HERCVLEAM Iuppiter cum Almenam
Amphitryonis amasset uxorem et ad eam corrumpendam
demutatus in Amphitryonis uenisset specie, ne aduentu
20 diei concubitus minueretur uoluptas, iussit Iuppiter illam
noctem triplicem fieri, qua triplices cursus Luna peregit.
ex quo compressu Almenae Hercules dicitur natus. merito
ergo noctem Herculeam dixit, in qua conceptus est Her-
cules.

25 302 OFFICIO beneficio.

305 NIMBOSVM nebulosum.

306 ORBITA rotarum uia.

307 HVNC QVOQVE id est Somnus, qui praecedit bigas
tuas, uigiles occupet Thebanorum eosque laxet in somnum.
30 et est ordo: hunc quoque Soporem.

1 produceres *Terentius* || 2 induces Pb || 6 quia M || 7 hiro-
nicos Pb om. M || 9 circuibat LM || 11 inmane MPa || 12 id est
om. MP || 13 ad om. Pb || 15 inueniri LPb || 16 Inproba Pa ||
18 uxorem amasset L || 19 et specie uenisset M uenisset Pa
uenisse spem et Pb || 20 Iuppiter om. L | triplicem illam noc-
tem L illam triplicem noctem P || 21 quia L || 22 ex om. Pb |
cōplexu Pb | Almenae L || 23 est om. M || 27 uias P || 28 id est
om. Pb || 29 iugales LP | occubet M | lasset M || 30 et om. Pb

- Lind. p. 413 310 FVLGORQVE RECISVS lucente enim luna necesse est, ut stellarum minuatur splendor.
- 312 INFVSO LVMINE lacrimis pleno.
- 314 TEXTA quae mariti uestibus impresserat ipsa texendo. SVFFVSA tincta. MAERET celatur siue nigrior fit.
- 335 HIC TIBI LONGVS HONOS hoc est: sine successoris metu. INDIVISA POTESTAS in patria perpetuum fueras possessurus imperium.
- 338 GRATVM EST FORTVNA fortunae sorte concessum 10 cadauer inuenimus.
- 347 DVRABIT coniugis scilicet.
- 348 NATVS ERIT Thessandrus scilicet, filius Polynicis. FOVEBO solabor uiduitatem meam similitudine tua nec secundas nuptias superstite filio cupiam. 15
- Lind. p. 413 350 PETITOS desideratos.
- 352 TIMERI caueri.
- 353 CONTRACTAEQVE VICES frequentiores congregatio- nes, quia uices dicuntur militum custodiae, qui ad uigilandum sibi uicissim succedunt. EXCVBAT excubias 20 praestat.
- 360 CONTRA VIDET IRE MENOETES contra ire pro 'contra uenire' alumnae scilicet.
- 367 NOCTE MEA qua mihi soli fuerat exire concessum.
- Lind. p. 414 377 SI MISERA ES si aequae luges. 25
- 379 POLYNICIS AD IGNES subaudis 'ueni'.
- 388 AD VVLTVM SUUM scilicet.
- 391 LONGIVS ARGIA multa narranda sunt.
- 392 SACRVM exsequiale.

1 Fulgurq; MPa || 4 ipsa om. L || 5 meretur Pa meretur Pb | laceratur P | seu P | se uni agrior sit M || 7 TIBI om. Pa || 8 fueras perpetuo Pb || 13 scilicet om. MP || 15 seras Pb || 17 cadaueri M || 18 -qve om. L | frequentiores . . . uices om. P || 19 q' M | dicunt P | custodias Pb || 20 inuicem Pb || 21 patrat Pb || 22 CONTRA VID. om. MP || 23 alumni LM || 24 concessum exire L || 26 si audis Pa si audes M subaudi Pb || 29 exequale MPb

405 COMES ut ipse superius <II 313 sq.>: 'namque una soror producere tristis exulis ausa uias'.

407 PERFERTE incohate, perficite.

413 TEPIDO PADO propter incendia, quae paulo ante Lind. p. 415
5 restrinxerat.

415 SILVAE Heliades, Phaethontis sorores, quae fiendo sunt in populeas arbores demutatae.

417 MORTIS HONOS insigne enim mortis est pallor.

419 PVTRIBVS cadente in cinerem lignorum structura
10 quiescunt.

421 CVI TORRERE DATVM subaudis 'pyrae', cui concessum est urere cadauera mortuorum.

423 DISSENSVROS discordantes siue in duos apices diuidendos.

15 431 DIVISO quod in duas flamma diuisa est partes. Lind. p. 416

432 CORVSCANT lucent.

433 COMMISERIT IGNES ita rogi flamma diuisa est, ut et hoc instinctu Furiae perpetratum credatur.

434 MINAX eminens. CONATVR VTERQVE se ab in-
20 uicem separare.

447 CAMPOS TREMOR id est: sceleris horrore, quo se flammae diuiserant, terrae factus est motus. diuidebantur quidem odio flammae, sed plus disiunctae sunt terrae. prodigiale enim monstrum exhorruit terra.

25 449 IPSE MALORVM quae per diem fecerant, ea ante oculos uersabantur in somniis.

451 INDAGINE inquisitione.

456 AMBITVR contenditur.

1 post COMES M praeb.: solamq, Pa: solam, Pb: sola. scribendum puto: (396) VNAM solam || 2 tristes Statius || 3 PROFERTE LP | perficite om. Pa || 5 restixerant Pb || 7 sunt post arbores posuit L | mutatae Pb || 8 signum L || 9 cinere MP | structa Pa || 11 subaudi Pb | Pyrrhae L pure Pb || 15 partes diuisa est flamma L || 17 ignis MP || 18 et om. Pb | distinctu M || 20 separat M || 21 id est] s. Pb || 22 et diuidebantur L || 23 disiuncte M | terrae sunt Pb || 24 terra exorruit Pb || 26 usabant M | somnis MPb

462 IRAM ODIVMQVE subaudis 'inesse'.

463 AD REGEM custodes trahebantur ad regem, ut dicerent, quid uidissent, quas tenerent.

Lind. p. 417

464 ACTAEIS quia Athenae primo Acte dictae sunt.

465 PHORONEAS Argiuas. Phoroneus, rex Argiuorum, 5 qui primus Iunonem honore sacrificii decorauit.

466 COETVMQVE GEMENTEM Argiuarum mulierum multitudinem.

467 HONOREM reuerentiam.

469 OBTENTA obducta seu apposita. 10

470 PRAEFERRE magis efferre.

472 VNA pariter. trunco sermone, inarticulata uoce siue semipleno sermone.

480 DVPLICES THALAMOS scilicet Procnae et Philomelae. 15

481 CONCESSA POTENTVM ARA DEVM 'Ἐλέον βωμόν dicit. hanc aram Cicero Misericordiae nominat. eius Terentius meminit (Heaut. 975 sq.): 'nec tu aram tibi nec precatorem pararis'.

484 VOTA REPVLSA quia illa nunquam miserorum uota 20 contempsit.

486 PLACARE QVERELIS nullo sacrificio nec sumptuosis litationibus, sed solis miserorum lacrimis pietate opulentum numen placari consuevit.

488 LACRIMIS non igni haec altaria sudare consuerunt. 25

490 MVTATA SORTE feliciter percepta.

1 subaudi Pb || 3 qd̄ M | quasque L || 4 primo Athenae L | Actae L actis M acti' Pa || 5 argiuos Pb | Phoroneus . . . honore om. Pb | phoroneos M || 11 maius LP | etferre Pa hec ferre M || 13 seu L || 14 scilicet om. P | Procne L progne MPa prognos Pb | philomene P || 16 ARA DEVM om. MP | eleuibo.ñ (u in rasura) M Fleuibo nō Pa eleuibo non Pb om. L | dicit om. L || 17 hanc aram Cicero Ἐλέον βωμόν id est misericordiae nominat Le | post Cicero L inseruit libro Tusculanarum | Misericordiae om. P | eiusque L | terrae Pb om. Pa || 18 nec² om. M | deprecatorem L || 25 suadere M | consueuerunt LPb consueuerit Pa consueuerit M

491 MITE NEMVS non | austeritate numinis terribile. Lind. p. 418
INSIGNE VERENDO pro insigniter reuerendo.

492 SUPPLICIS ARBOR OLIVAE per quam pax petitur
supplicando. et in secundo diximus hanc ab Atheniensibus
5 *εὐπεισιώνην* dici, a reliquis autem Graecis *κρηνηλαν*. sup-
plicis autem oliuae, non quod ipsa sit supplex, sed
quod omnes, qui rogant, hac suppliciter utuntur.

495 TREPIDOS supplices. HORRET EGENIS horridior
fit miseris.

10 497 FAMA EST Atheniensium scilicet. POST BVSTA
PATERN Hyllus Deianirae et Herculis filius et reliqui ex
eodem mati, postquam Hercules terris abiit, pulsus ab
Eurystheo Athenas confugerunt. a quibus postquam tam
facile auxilium meruerunt, hanc aram consecrasse memo-
15 rantur asserentes apud Athenas tantummodo sedes Miseri-
cordiam posuisse.

499 CREDERE DIGNVM minus dicit, quam res habet.

501 CEV LEGES HOMINEMQVE primi enim Athenienses
inter reliqua bona legum tabulas inuenerunt. sic ergo huc
20 confugiunt ceu ad leges et humanos ritus.

503 SIC SACRASSE LOCO Ouidius <met. II 795 sq.> de
Athenis, ad quas uenit Inuidia: 'ingeniis opibusque et
festa pace uirentem, uixque tenet lacrimas, quia nil la-
crimabile cernit'.

5 505 FORTVNA RECEDERET ARIS ut ne casus quidem
laederet, qui ad has aras confugissent, quamuis meliorem
fortunam debemus accipere regis aut potentioris fortunae

1 MIRE L | quia non est L | numinis om. Pa || 3 quem
LM || 4 hanc om. M | ab om. Pa || 5 resionē MP | Graecis autem
reliquis L | aut Pa om. Pb | *hyr&erian* M *hyreteran* Pa
irrheteriā Pb || 6 aut L | nūqđ M | sed q̄ M || 8 ET TREPIDOS L ||
10 scilicet Atheniensium L || 11 filius om. L | et om. Pb ||
12 Hercules . . . postquam² om. Pb || 15 asserentes om. Pa |
miseri cordie Pb || 17 *schol. quadrat ad uerba eiusdem uersus*
FAMA MINOR FACTIS || 18 hominesque Pb || 19 bona reliqua L | hoc
M || 21 de thebanis Pb || 22 ad om. P || 24 uidē MP || 26 quia
sacris cōfugissent M

uiri. et uult hoc loco intellegi poeta nulla ui potentium religionem huius arae posse perfringi.

Lind. p. 420

510 VICIT ET OEDIPODAE FURIAS MOX uicit, quia nondum factum est. hoc tamen significat: Oedipus expulsus Creontis imperio confugit ἐπὶ κολωνόν, in quo locus erat Furiis 5 consecratus. sed misericordia Atheniensium illa sede est erutus hospitaliterque tractatus. hanc tragoediam Aristophanes scripsit. FVNVS OLYNTHI Olynthus ciuitas Athenis seruiens. haec se auctoribus Lasthene et Euthycrate Philippo tradidit. ob quam culpam Atheniensibus placuit 10 euertere ciuitatem. quo comperto ad aram Misericordiae confugerunt.

511 SUMMOUIT ORESTE quia Orestes post absolutionem cum fureret, ad hanc aram Pylade amico trahente confugit et resipuit. matrem autem summouit Virgiliane. 15 nam sibi imminere non Furia, sed mater uidebatur occisa. ut <Aen. IV 472 sq.> 'armatam facibus matrem et serpentinibus atris cum fugit ultricesque sedent in limine Dirae'. summouit ait, quasi sequentis matris umbram religio arae summouerit. illic enim, ut supra dictum est, furore 20 purgatus est.

513 TURBA PRIORVM asyli prior turba discessit Argolicis uenientibus matribus.

Lind. p. 422

515 QVI GELIDAM BRAVRONA Brauron locus Atticae regionis in Boeotiam uergens. 25

1 intelligi LP | ui] in Pa im- Pb | potentium L || 2 pstringi Pb || 3 VICIT om. Pb | ET om. M | uincit Pb || 4 tantum LPa || 5 Creontis om. M | Epicolono LMP | loco Pb || 6 consecratum Pb | εἶ M || 7 tractus Pa | Aristophanes superscr. id M legendum est uidelicet Sophocles || 8 est ciuitas L | olipti olimptus Pb || 9 se om. Pb | Lastene L corr. in lastine M iactent Pa lascene Pb | uticrate M || 10 placuit atheniensibus L || 11 uertere M | quā M quo miserunt (om. comperto . . . confugerunt) Pa | compato Pb | misere (om. -cordiae confugerunt) M || 13 submouit ubique Pb || 14 cum ante post posuit L || 15 uigilando Pb || 16 imminere M || 17 ut om. MP || 18 confugit LMP | lumine M || 19 ait om. superscr. M aut Pa ut Pb || 20 submouerit Pb || 21 pugnatus corr. in pugnātū M || 23 matribus uenientibus L || 24 QVI GELIDAM om. MP

616 MVNICHIA ET PIRAEEA Munichium et Piraea iuxta Piraeum, portum Atheniense, loca sunt.

617 MARATHONA TRIVMPHO necdum ibi ab Atheniensibus uictus fuerat Perses. in hoc enim loco postquam 5 Persarum classis extincta est, quos in orientali fama manifestum est . . . ideo Eoum triumphum dixit.

620 AEGALEOS NEMORVM PARNESQVE ET LYCABESOS montes Attici.

622 ATROX ALAEVS unum pro gente. quidam hunc 10 regem uolunt esse Tegeae auxiliarem, non ciuem. HYMETTI montis creatoris mellis bene olentis.

623 ACHARNAE in hoc loco primum Dionysia et inuenta et celebrata dicuntur.

628 MISIT ARATRIS Ceres a Dite filiam raptam dum 15 quaerit, hospitio regis Eleusi fertur fuisse suscepta. cuius filium Triptolemum pro beneficii gratia sustulit nutriendum. cui agriculturam et inueniendi frumenti artificium Ceres ostendit.

629 CALLIRHOE fons nouem capitibus means.

20 630 ORITHYIAE Orithyia Erechthei filia. hanc Boreas Thracius rapuit a flumine Eliso, ex qua Zetus et Calais oriuntur.

632 IPSE QVOQVE Acropolin dicit, arcem Thebarum, de qua Neptuno et Mineruae dicitur fuisse certamen. per-

1 MONICHIA L monicia MPa monitia Pb | ET PYREIA L om. MP | Monichium L Montiū M monitium P | Pyreia L pireia MP || 2 Pereum LPa | atheniense portum Pa || 3 ibi om. M || 4 Xerses LPb | postea? || 5 quos . . . est *sumpsi ex* M quos in orientali infamia manifestum est P orientales a Marathonibus auxilio uicti sunt L *expectamus* quos in oriente habitare manifestum est || 6 Eoum *Kohlm.* enim LPa eū MPb | dixit triumphum L || 7 NEMORVM om. MP || 8 (montes om.) actici Pb || 9 ILEVS L aleos P aleus M || 10 esse om. Pb | auxiliariū Pb auxiliar///ū M | non om. L *superscr.* i u M || 13 celebrate M || 16 beneficio Pb | grām M om. Pb || 17 cui om. P || 18 dedit Pb || 19 Gallirophe M | migrans Pb || 20 oritrię oritria M | Erechthei LM el'ecthiei Pa elethei Pb || 21 Elyso L | *lege* Zetes || 23 acropolem Pb | *lege* Athenarum || 24 percussa Neptuno terra L

cussa terra equum dedit, indicium belli, Mineruae uero oliuam, pacis insigne.

634 RVPIBVS magnitudinem arboris ostendit ex umbrae qualitate, qua obscurat. FRANGERET insultaret uicto Neptuno. 5

639 GLISCERE cum furore cupere.

Lind. p. 423 643 INSMITE inuocatio.

651 TREMEFECIT concussit.

653 VENTOSA uentis abundans. SIBILAT resonat.

657 MVTAT atterit. 10

658 AGER herba, quae protrita incursu belli non nascitur.

660 FRANGITVR crispatur. ARDENT splendent.

661 ADEO in tantum. OPERI itineris magnitudini.

Lind. p. 424 672 CVM SAEPTVS cum armatus esset pictura Minotauri. 15

676 LIMINA Labyrinthi. GNOSIDA FILO Ariadnen dicit Cretensem. quae cum Theseum amaret et uereretur, ne occiso quamuis Minotauro multiplex et perplexum Labyrinthi iter explicare non posset, quae domus erat Minotauri, Daedalum, fabricatorem operis, exorauit. a quo globum fili accepit, cuius summitatem tenens ipsum Theseo intranti dedit post se soluendum. quem ille occiso Minotauro relegens uictor egressus est. 20

681 DESTITVVNT contemnunt.

688 RENIDENS cum iracundia subridens. 25

689 DOCUMENTA exempla, quae in uictos edidimus, quos prohibuimus sepeliri.

693 CALIGARE DIEM faciente caligine non parere.

4 aequalitate L quantitate Bentley | qua om. Pb | obscurabat P || 7 Insū mittate M | inuocat M insacat Pa ins . . . Pb || 10 actterit Pa || 11 ptrita Pb || 14 magnitudinis Pa || 16 GNOSIDA . . . Labyrinthi om. M | Ariadnem L adrianem Pb || 17 Theseum om. Pa || 18 quamuis Minotauro occiso L | Minotauro om. Pa | minotauro quis Pb || 19 labirinthus (om. iter) Pb | possit P || 21 ipsa LPb || 22 posse Pb || 23 religens M | regressus LP | est om. Pa || 25 Renidens superscr. t M rediens Pa || 26 inuicta M || 27 prohibimus P | sepelire Pa || 28 caliginem L | apparere L

- 701 HVMILES sine cristis aut fractas.
 712 DIRIS graue olentibus. AEGRVM corruptum. Lind p. 425
 713 DVCENS odorans.
 722 PVBES Thebana iuuentus.
 5 724 CAEDVNT quatiunt.
 730 QVERCVM pro hasta.
 733 EDONOS Thracicos.
 740 DEGENERES timidos. IRA LEONES in magnam
 praedam feruntur.
 10 743 TRIPLICI quia tres erant gentes, quibus stipaban-
 tur ad bellum.
 745 CONTINVAT id est sine intermissione prosternit.
 746 HVNERO TRANSMISIT per humeros ferrum exiit.
 749 TENORE de longe missa. quasi dicat: adhuc potuit Lind. p. 427
 15 transire tertium, sed retenta est in temone.
 756 COMITES socii Creontis.
 759 COLLIGIT confirmat.
 766 VLCISCARE fratres uidelicet in se inuicem parricidas.
 774 TEGMINE DVRO textu ferrato.
 20 775 THORACA CATENAE id est iuxta eam partem, ubi
 est loricae medietas.
 776 PER MILLE FORAMINA per infinitos loricae circulos.
 782 ACCEDVNT iunguntur. TVMVLTV Argiuorum
 atque Thebanorum gaudentium strepitu.
 25 793 GAVDENT LAMENTA luctus mutantur in gaudia.
 801 IGNIBVS EVADNE haec Capanei uxor nimio amore
 et dolore flammata in rogam coniugis se praecipitem dedit.
 804 SORORI Deipylae.

1 fractis *superscr.* a M || 3 odores Pb || 5 Ledunt Pa ||
 7 AEDONIOS LM Etclonus Pa donus Pb | Thracas L thracitus
 Pa tracius Pb || 10 stipantur M || 12 id est *om.* MP | inmissione
 Pa | p̄sternit Pa || 13 Vmero Pa | TRANSMISIT . . . TENORE de
om. Pb || 14 TEMONE L | quasi . . . temone *om.* MP || 18 uide-
 licet] unde Pb | parricidis Pa || 19 ferreo L || 20 id est *om.*
 MP || 21 loricae est L lorice P || 22 infinito M || 24 strepitū MPa ||
 25 LAMENTA *om.* LMPb || 27 precipientem Pa | dedit praeci-
 pitem L || 28 Sorore M | De(i)philae LMP

805 CLAMET cum lamento inuocet.

808 VIX NOVVS FVROR noui carminis iteratio.

Lind. p. 428

813 STRAVIT ITER Fama sternente benignum iter ad
posterios usque ad proceres.

816 TEMPTA prouoces.

5

819 REFERENTVR HONORES post mortem meam te hono-
rabit inuidia.

2 FVROR *om.* MP || 4 ad *om.* L || 5 TENTA LPb || 6 referun-
tur Pa || Finis Latantii super Statio thebaidos. Τέλος Pb

COMMENTARIVS IN ACHILLEIDA



1 FORMIDATAMQVE TONANTI PROGENIEM cum Iuppiter Lind. p. 430
cuperet Thetidem suo coniugio sociare, uetuerunt decreta
Parcarum. quae dixerunt prolem, quae nata fuisset, uim
caelo impellere. ideo ait formidatam.

5 3 VIRI Achillis.

4 MAEONIO Homeric.

5 SCYRO insula, ubi Achilles fuit absconditus.

6 DVLICHIA Graeca. PROFERRE publicare. NEC

IN HECTORE TRACTO SISTERE tacere. Homerus enim usque
10 ad mor|tem Hectoris descripsit Iliados et tacuit. unde Lind. p. 431
superius: 'cantu Maeonio, sed plura uacant'. unde et
Virgilius <Aen. I 456>: 'uidet Iliacas ex ordine pugnas'
id est: non usque ad mortem Hectoris, sed usque ad ex-
cidium Troiae pictas. pugna enim Amazonae, quae in
15 auxilium Priami uenit, post defunctum Hectorem fuit.

7 DEDVCERE describere.

8 TV MODO inuocatio.

10 AONIVM NEMVS Thebanum. mons enim Boeotiae est —
cognominatus hoc nomine est ab Aone, filio Neptuni —
20 Musis consecratus.

12 DIRCAEVS Thebanus. Dirce enim regina fuit, no-
uerca Zethi et Amphionis. quam propter iniuriam matris
Antiope priuigni Zethus et Amphion religauerunt tauris
ferocibus et ita traxerunt. quae misericordia deorum in
25 fontem mutata est, qui Dirces nominatur.

2 Thetiden LM || 3 dixerant L || 7 SCYRO L(M) | ab-
sconsus M || 10 eliados M || 11 uocant M | et om. L || 12 Vidit
et L || 13 nusquam L || 14 *pretas L Pietas M | Amarone L
amatone M || 19 hoc nom ē M hic uero est L || 20 Musis om. L ||
21 Dirces LM || 22 qua L

13 CVMQVE SVO NVMERANT AMPHIONE THEBAE Zethus et Amphion, Iouis et Antiopae filii: Zethus rusticus, Amphion musicus. Amphion citharam a Mercurio meruit, cuius dulcedine dicitur muros struxisse Thebanos.

20 SOLVERAT narratio. 5

21 DARDANVS Paris pro 'Dardanius'. INCAVTAS BLANDE POPVLATVS argute depraedatus. legitur in historiis, quod Troiani cum Graecis foedus habuerunt, unde etiam Paris est susceptus hospitio et sic commisit adulterium. ideo ait blande. quod autem dicit populatus, historiam 10
Lind. p. 432 tangit. Hercules cum expugnato Ilio filiam Laomedontis Hesionam, Priami sororem, Telamoni dedisset, profecti sunt legati a Priamo et eam minime repetere potuerunt illis dicentibus eam se habere iure bellorum. unde commotus Priamus misit Paridem cum exercitu, ut aliquid 15
 tale committeret aut in uxorem regis aut in filiam. qui expugnata Sparta Helenam rapuit.

22 PLENAQVE MATERNI REFERENS PRAESAGIA SOMNI Hecuba filia secundum Euripidem Cissei. quem Ennius, Pacuvius et Virgilius secuntur. unde idem Virgilius (Aen. 20
 VII 319 sq.): 'nec face tantum Cisseis praegnans ignis enixa iugalis'. haec dum praegnans esset Paride, uidit in somniis facem se parere. quod fuit praesagium futuri incendii. Homerus autem Dymantis filiam dicit.

26 VITREO lucido. 35

28 COEVNTIA PHRIXI LITORA cum Phrixus et Helle per mare Hellespontum transirent, Phrixus ascendit in arietem pellem auream habentem. Helle natans ad caudam ipsius arietis se tenebat. fessa tandem ponto submersit. unde mare Hellespontum nominatum est. Phrixus transiens 30
 peruenit ad Colchos ibique arietem occidit et eius pellem

4 cuius] cū M || 6 per Dardanum L || 8 habuerint L ||
 11 laomētis M || 16 in² om. M || 19 Hecub. 3 || 20 sequuntur L ||
 21 praegnans Cisseis LM || 23 somnis M | parere M || 24 Iliad.
 XVI 718 || 26 LITTORA L | Helles L telles M || 27 ellespontū M |
 ascendent M || 28 Elles LM || 29 arietis om. L | tenebat om. L |
 fessus L fessum M | sūmersit M || 30 ellespontū M

in templo dicauit. quam Iason postea cum Argonautis Medea faciente tulit et Creonti regi portauit.

32 PROTEA uatem.

34 NVRVM Helenam.

5 36 TVMIDIS nobilebus aut superbis. ATRIDIS usur- Lind. p. 433
patum est. nam Plisthenis filii fuerunt Menelaus et Agamemnon.

39 COMMISIMVS re properantis est. ut Virgilius <Aen. IV 600>: 'non potui abreptum diuellere corpus'.

10 41 PATRIA pro 'paterna'. nam a patre 'paterna', a loco 'patria'.

44 RHOETAE Troianae. Rhoeteum enim promunturium est Troianae urbis.

65 RVPIT IASONIA PVPPIS PAGASAEA RAPINA hic fabu-
15 lam Iasonis tangit, quae talis est: Athamas rex habuit uxorem nomine Nubem. de qua habuit duos filios Phrixum et Hellen. cum Nubes insania Liberi patris concitata siluam peteret, ne repeteret larem mariti, filiis suis Athamas superduxit nouercam Ino. quae nouercali odio pueris
20 exitium machinans Matronas petiit, ut frumenta serenda corrumperent. quo facto fames innata est. cum ad Apollinem consultum ciuitas misisset, Ino eum, qui missus erat, corrupit, ut referret oraculo dictum Nubis filios immolandos. nam et ipsa dixit eos frumenta incendisse.
25 pater timens populi inuidiam filios suos nouercae commisit arbitrio, sed occulte illis remedium dedit. nam Phrixum mortis suae ignarum summisit, ut memoratum adduceret arietem. qui Iunonis nutu admonitus, ut cum sorore fugeret, confestim se cum ea morti subtraxit.
30 deinde cum arieti adhaerentes maria supernatarent, puella in mare cecidit. qui locus ex ea Hellespontus dicitur. Phrixus ad Colchos delatus arietem, quo uectus erat, mactauit et eius uellus consecrauit Marti. quod draco

5 et L || 6 Plisenis LM || 17 Ellen L ellem M || 20 ferenda M || 21 facta M || 22 eum] enim L || 24 ipse L (om. dixit . . . incendisse) || 29 secure eam L secum ex M se cum ea myth. I 23 || 31 Hellespontus LM || 33 consecrant L

custodiebat informis. ad quod auferendum Iason missus a Creonte est. qui cum ad Aeetem, Solis filium, Colchorum regem, uenisset — cui responsum fuerat tamdiu illum in regno manere posse, quamdiu in Martis templo illud uellus aureum | durare potuisset — potestatem uelleris 5 auferendi ita Iasoni permisit, ut tauros ignem naribus efflantes aratro iungeret et draconis dentes sereret. cumque Medae, regis eiusdem filiae, amore atque artibus Iason cautus esset, uniuersa compleuit et dum armata manus ex ipsis sulcis creuisset, Medae in se artibus 10 concitata mutuis est interempta uulneribus. tum raptu uellere fugit Iason. Pagasaea Argo a loco dicta, ubi facta est. Pagasus ciuitas Thessaliae. Lucanus <II 715>: 'ut Pagasaea ratis'.

78 CAERVLEIS marinis. RECTOR Neptunus. 15

79 MVL CET consolatur.

84 SIGEO Troiano.

88 HECTOREO TARDAVIT PONDERE CVRRVS quia extincto Hectore religauit ad currum suum Achilles corpus eius et traxit circa muros Troiae. 20

89 OPERA IRRITA MVROS hoc quidem habet fabula: Neptunus cum Apolline Troiae fabricauerunt muros a Laomedonte rogati. sed constat Laomedontem supra dictis diis certam uouisse pecuniam ad sacra facienda. quam post conditam Troiam dare noluit. ergo damnatum ostendit, cum dicit muros Troianos opera irrita esse. et Virgilius in euersione Troiae <Aen. II 610 sq.>: 'Neptunus muros magnoque emota tridenti fundamenta quatit'.

91 CREDIDERIS PEPERISSE IOVI cum Iuppiter uellet Thetidem ducere, fata prohibuerunt eo, quod proles, quae 30

1 at **M** || 2 Aeëtam **L** & em **M** || 6 Iason inmisit **M** || 8 atque **M** aliisque **L** || 12 Pegasea **LM** | ergo **L** ḡ (= ergo) argo (om. a) **M** || 13 Pegasus **L** pegaseus **M** | thessalicę **M** || 14 pegasea **LM** || 18 TARDANT **L** | quando **L** || 21 hoc quidem . . . 'Neptunus muros om. **L** || 25 dñ natū **M** || 26 esse et] e& **M** || 28 ślañta **M** || 30 Thetiden **LM**

nascetur, Iouem pelleret regno. Thetis nupsit Peleo, mortali homini. ergo dum quereretur apud Neptunum et timeret de morte Achillis, eo quod a patre esset mortalis, dicit Neptunus non timeri de eo, quia talis futurus esset, ut credatur deo genitus. ergo sic illam consolatur dicens: noli queri, quod de Peleo mortali sit genitus, quia crederis eum de Ioue peperisse.

93 CVM REDVCS DANAI NOCTVRNAQVE SIGNA CAPHEREVS hic historiam tangit. Palamedes septimo gradu a Belo originem trahens, ut Apollonius dicit, cum dilectum per Graeciam ageret, simultantem insaniam Vlixem duxit inuitum. cum ille iunctis dissimilis naturae animalibus salem sereret, filium ei Palamedes opposuit. quo uiso Vlixes aratra suspendit et ad bellum ductus habuit iustam causam doloris. postea cum Vlixes frumentatum missus ad Thraciam nihil aduexisset, a Palamede uehementer est increpitus. et cum diceret adeo non esse negligentiam suam, ut ne ipse quidem, si pergeret, quicquam posset aduehere, profectus Palamedes infinita frumenta deuexit. qua inuidia Vlixes auctis inimicitiiis fictam epistolam ad Palamedem Priami nomine, per quam agebat gratias proditionis et commemorabat certum auri pondus esse transmissum, dedit captiuo et eum in itinere iussit occidi. Lind. p. 435 haec inuenta more militiae regi allata est et lecta principibus conuocatis. tunc Vlixes, cum se Palamedi adesse simularet, ait: si uerum est, in eius tentoriis aurum quaeratur. quo facto et inuento auro, quod ipse per noctem corruptis seruis absconderat, Palamedes lapidibus interemptus est. hunc autem constat fuisse prudentem. nam et tabulam ipse inuenit ad comprimendas otiosi seditiones exer-

2 querere M || 5 ergo si M | dicens om. L || 6 querere (!) LM | mortale M || 8 SIGNA CAPHEREVS om. L || 9 Palamedis L || 10 apollini⁹ M || 11 (duxit om.) inuitus L || 13 Vlisses L (semper fere) || 14 aratra . . . Vlixes om. M || 16 est uehementer L || 17 negligentiam L || 18 ipsi M | si] sibi L | quidquam L || 20 quia L | factam M | epistolam L eptam M || 24 morte M | (et om.) electa M || 28 ferris L || 29 tabulas L

citus. huius pater mortem dolens Nauplius nomine reuertentibus Graecis post deletam Troiam tempestate laborantibus montem Caphereum ascendit et elata facula signum dedit uicini portus. qua re decepti sunt Graeci et per rimosos scopulos pertulere naufragia.

94 QVAEREMVS persequemur.

Lind. p. 436

96 PARABAT quae se parabat naues euertere Troianas.

98 HAEMONIAS Thessalicas.

101 CONVBIALIA quia ibi nupsit Peleo.

102 SPERCHIOS fluius.

103 CIRCVIT VNDA quia illa amara erat rore maris.

104 ILLA NIHIL quia sollicita erat de filio sciens fata eius.

105 SOLLERS inquisitrix. MAGISTRA quia nouit indulgere clementer.

107 ARCV fornicem describit.

111 STABVLA propter equum. NEFANDIS FRATRIBVS illis, qui cum Lapithis in conuiuio pugnaverunt. unde Virgilius <georg. II 455 sqq.>: 'ille furentis Centauros leto domuit, Rhoetumque Pholumque et magno Hylaeum 20 Lapithis cratere minantem'.

112 HOMINVM sed ferarum.

115 TERGA pelles.

118 ALVMNO Achilli.

119 REDITVRVM Achillem.

120 OPPERIENS Chiron. SERENAT illuminat.

122 NEREIS Thetis.

Lind. p. 437

126 OMNIA VISV quod ibi Achillem non uidebat.

134 TARTARA dicta uel, quod omnia illic turbata

1 napuli M | reuert. Graecis om. L || 2 delatam L delictam corr. in delutam M | Troiani L || 3 Capareum L || 7 euertere naues L | troianos M || 9 CONVBIALIA L Conubia M | ibi] tibi M || 11 post maris L praebet: de . . . , M: clemt irrepsisse uidetur ex uersu 105 || 12 sollicitata L || 14 nouum L || 16 descripsit L || 18 illis om. M | pugnarunt L || 19 furentis om. LM || 21 Lapithis om. L || 22 hominem L | ferarum spectat ad u. 115 || 29 illic om. M

sunt, ἀπὸ τῆς ταραχῆς aut, quod est melius, ἀπὸ τοῦ ταραλίζειν id est a tremore frigoris. sole enim caret.

ET AD STYGIOS ITERVM FERRO MERGERE FONTES Thetis cum cognouisset fata Achillis, timens de morte eius in Stygem
5 paludem intinxit, et toto corpore inuulnerabilis fuit excepta parte, qua tentus est. qui cum amatam Polyxenam, ut in templo acciperet, statuisset, insidiis Paridis post simulacrum latentis occisus est. ipsam enim fabulam tangit.

136 CARPATHIVS VATES Proteus. Carpathus insula est
10 iuxta Aegyptum, a qua uicinum pelagus Carpathium nominatum est. hic aliquando regnavit Proteus relicta Pal-lene, ciuitate Thessaliae, ad quam tamen reuersus est postea. unde Virgilius <georg. IV 390 sq.>: 'patriamque reuisit Pallenem'. sacerdos enim fuit.

15 143 SENI Chironi.

156 PINVS CVM THESSALA quia Argo apud Thessaliae oppidum Pagasum facta est.

165 MATER INEST redditur similitudine.

167 GAVDIA FORMAE constat ex qualitate animi homi-
20 nes sumere uultum aut tristem aut hilarem. ut Iuuenalis <IX 18 sqq.>: 'deprendas animi tormenta latentis in aegro corpore, deprendas et gaudia: sumit utrumque inde habitum facies'.

168 FETAM enixam.

25 172 VLNIS amplexibus.

175 PATROCLVS cum Achilles fureret aduersus Agamemnonem propter Briseida, noluit ad pugnam egredi aduersum Troianos. tunc rogatus, ut uel arma sua Patroclo daret, quae manu erant fabricata Vulcani, persuadente
30 Vluxe concessit. egressusque Patroclus cum armis eius | suceptus ab Hectore occisus est, illaque arma abstulit Lind. p. 438

1 sint L s̄ M | apote taraches M | apotu tartazin M || 2 id est om. M | timore M || 3 FERRO L || 4 agnouisset fatum L | Stygon L || 12 thessallice M | tã M || 14 Pallenem L || 16 THESSALI L thessalia M | Thessalis L thessallice M || 21 dep̄ndis M | aequo LM || 25 VENIS L || 27 Briseidam LM | egredi ad pugnam L || 28 aduersus L

Hector. unde Virgilius <Aen. II 275>: 'qui redit exuias indutus Achillis'. ideo <u. 177>: 'aequali uisurus Pergama fato'.

180 EVROTAE Eurotas fluuius est Laconicae, qui ab Apolline suas educit laurus, quibus eius plenae sunt ripae. 5

CASTOR ANHELO errant, qui credunt Castorem Iouis filium. nam de Ioue et Leda Helena et Pollux nati sunt, qui immortales fuerunt. Castor autem Tyndarei filius fuit mortalis. cuius mortem Pollux suo interitu fraterna pietate redimebat. quod ideo fingitur, quia horum stellae 10 ita se habent, ut occidente una oriatur altera.

185 OBLECTAMINE ad laborum dulce lenimen.

187 POLLICE CHORDAS . . . uel temperauit.

188 LIBENS securus.

189 SVPERARIT IVSSA NOVERCAE Eurystheus rex fuit 15 Graeciae, Persei genus. qui Iunonis instinctu imperabat Herculi, ut uaria monstra superaret, quibus posset perire. unde Virgilius <georg. III 4>: 'quis aut Eurysthea durum'.

190 CRVDVM superbum.

191 POLLVX Iouis filius. 20

192 AEGIDES Theseus. MINOIA BRACCHIA TAVRI indicato a Sole adulterio Martis et Veneris Vulcanus minutissimis catenis lectulum cinxit. quibus Mars et Venus ignorantes impliciti sunt et cum ingenti turpitudine resoluti sub testimonio cunctorum deorum. quod factum 25 Venus uehementer dolens stirpem omnem Solis persequi infandis amoribus coepit. igitur Pasiphae, Solis filia, Minois regis Cretae uxor, tauri amore flagrauit et arte Daedali inclusa intra uaccam ligneam saeptam corio iuuencae

1 caedit L || 2 Idem L || 4 Eurota L | est om. L || 5 edocet L educet M || 7 et² om. L || 8 immortales M || 12 ab L | leuamen L | *Horat. carm. I 32, 14 sq.*: o laborum dulce lenimen || 13 ante uel *praeb.* ormizaum L ormizauit M harmonizauit? organizauit *Vollm.* | temperatum L temporauit M || 15 SVPERAVIT L || 16 per se igneus LM *cf. schol. Theb. VI 289* || 18 qui L || 21 Mineia M | BRACCHIA LM || 23 tectum L || 24 soluti M || 25 testimoniū conetor M || 26 stirpum L stipem M || 27 pasiphe M

pulcherrimae cum tauro concubuit. unde natus est Minotaurus, qui intra Labyrinthum inclusus humanis carnibus uescebatur. sed Minos de Pasiphae habuit plures liberos Androgeum, Ariadnen, Phaedram. sed Androgeus cum
 5 esset athleta fortissimus et superaret in agonibus cunctos, apud Athenas ab Atheniensibus et uicinis Megarensibus coniuratis occisus est. quod Minos dolens collectis nauibus bella commouit et uictis Atheniensibus poenam hanc statuit, ut singulis quibusque annis septem de filiis et
 10 septem de filiabus suis edendos Minotauro mitterent. sed tertio anno Aegei filius Theseus missus est, potens tam uirtute quam forma. qui cum ab Ariadne, regis filia, amatus fuisset, Daedali consilio filo iter rexit et necato Minotauro cum rapta Ariadne uictor aufugit. de Minotauro enim fabula est, quod taliter fuisset genitus. nam Taurus notarius Minois fuit, quem Pasiphae amauit. cum quo in domo Daedali concubuit. et quia geminos peperit, unum de Minoe, alterum de Tauro, enixa esse dicitur Minotaurum. quod Virgilius ipse dicit (Aen. VI 25):
 20 'mixtumque genus prolesque biformis'.

193 TOROS CONUBIUM.

197 ASSVETAQVE PECTORA Chironis.

200 VOLVTAT cogitat.

Lind. p. 440

203 CECROPIDAE Athenienses a rege Cecrope.

25 206 ATQVE HOSPITA DELOS GENTIBVS de hac insula talis est fabula: post uitiatam Latonam Iuppiter etiam eius sororem Asterien cum uitiare uellet, illa optauit a diis, ut in auem conuerteretur, uersaque in coturnicem est. et cum uellet maria transfretare, quod est coturni-
 30 cum, afflata a Ioue et in lapidem conuersa diu sub fluctibus latuit, postea supplicante Ioui Latona leuata aquis

3 liberos plures L || 4 Andrageum, Ariadnem L || 7 coniuratis om. M || 8 statuit hanc L || 11 p&ens M || 12 filio M om. L || 16 quā M || 18 euixa L || 19 minotaur& M || 20 p. b. f. L p. b. l. f. M || 21 connubium L || 22 -qve om. M || 25 INHOSPITA LM || 26 latonem M || 28 uerteretur L

superferri coepit. haec primo Neptuno et Doridi fuit consecrata. postea, cum Iuno gravidam Pythone immissa Latonam persequeretur, terris omnibus expulsa tandem aliquando applicante se litoribus sorore suscepta est et illic Dianam primo, post Apollinem peperit, qui statim occiso Pythone ultus est matris iniuriam. sane nata Diana parturienti Apollinem matri dicitur praebuisse obstetricis officium. unde Diana, quamuis uirgo sit, tamen a parturientibus inuocatur. haec namque est Diana, Luna, Proserpina. nata igitur duo numina terram sibi natalem errare non passa sunt, sed eam duabus insulis religauerunt. ueritas uero longe alia est. nam haec insula cum terrae motu laboraret — qui fit sub terris latentibus uentis — oraculo Apollinis terrae motu caruit. nam praecipit, ne illic mortuus sepeliretur, et iussit quaedam sacrificia fieri. postea a Mycono Gyaroque, uicinis insulis, populi uenerunt, qui eam tenerent. unde dicit poeta: 'atque hospita Delos gentibus'. quod autem diximus Dianam primo natam, rationis est. nam constat primam noctem fuisse, cuius instrumentum est luna id est Diana, post diem, quem sol efficit, qui est Apollo. ut autem Delos primo Ortygia diceretur, factum est a coturnice, quae Graece *ὄρνις* uocatur. Delos autem, quia diu latuit et post apparuit. nam *δῆλον* Graeci manifestum dicunt.

Lind. p. 441

220 THAUMANTIDA Iris Thaumantia dicta secundum poetas, Thaumantis filia. ceterum ex admiratione hoc nomen accepit. quae admiratio de eius coloribus nascitur. Iris dicta, quod nunquam ad conciliationem mittitur sicut Mercurius, sed ad disturbance[m], et est ministra non tantum dearum, sed et deorum.

222 TETHYS uxor Oceani, Nympharum mater.

238 PHOLOE silua est Thessaliae dicta a Pholo Centauro, qui eam incolebat. qui Pholus tempore, quo ab

2 inmissu *corr. ex* inmissit M || 4 littoribus L || 7 obstetrices M || 9 Luna] Iuno LM || 11 passae L || 16 (a om.) Micono L || 20 id est] ut L || 26 thauantis M || 31 tethys LM

Eurystheo rege Hercules missus est in Thraciam, ut Diomedis equos adduceret, qui humanis carnibus uescebantur, eum hospitio recepit. aliqui dicunt, quod eum Hercules occidit susceptus ab eo hospitio. Velius [Asper] Longus
 5 Pholum tradit aduersum Centauros ab Hercule adiutum, cum Herculem recepisset hospitio. Asper tradit Pholo, dum sagittas Herculis stupet, qui tot Centauros occiderat, unam ex illis in pedem cecidisse, cuius uulnere sanari non potuit. ideo credunt nonnulli ab Hercule occisum.
 10 239 SPERCHIVS fluuius, cui suas comas Achilles deuouerat, si redisset. pater autem Narcissi fuit Sperchius.

245 SCYRIA Scyros insula est.

263 SI IVPPIER INDVIT ARTVS Iuppiter adamauit An- Lind. p. 443
 tiopen, filiam Nyctei, speciosissimam puellam. cuius dum
 15 pater suspectum haberet stuprum, eam custodiis mancipauit. puella ipsa cum adoleuisset, Dianae se consecrauit. Iuppiter in habitum se uertit Dianae et puellam corrumpit ita, ut arcum et pharetram mentiretur.

264 CAENEA Caenis uirgo fuit, quae a Neptuno pro
 20 stupri praemio meruit sexus mutationem. fuit etiam inuulnerabilis. qui pugnando pro Lapithis contra Centauros crebris ictibus fustium paulatim fixus in terra post mortem tamen in sexum rediit. unde Virgilius <Aen. VI 449>: 'rursus et in ueterem fato reuoluta figuram'. hoc autem
 25 dicto Virgilius ostendit Platonicum illud uel Aristotelicum animas per μετεμψύχωσιν sexum plerumque mutare.

269 STYGOS AMNE SEVERO ARMAVI TOTVMQVE VTINAM
 Thetis cum sciret eo, quod a Peleo Achilles mortalis
 esset, in Stygem paludem eum intinxit et toto corpore
 30 impenetrabilem fecit excepta corporis parte, qua eum

4 uerius Asper et Longus *myth. I 61* || 6 pholum M om.
 L || 8 pede occidisse M | cuius om. L || 10 comae L || 13 sic
 LM | anthiopē M || 14 nicti M || 15 custos L || 23 unde . . .
 animas per μετεμ- om. L || 26 m&emsichosin M Sichosin L ||
 27 STYGIS L | TOTVMQVE VTINAM om. L || 28 eo delendum puto ||
 29 eum om. L || 30 impen&rabilē M

tenuerat. pro nefas! nouum genus calamitatis! ibi mortis locum reliquit, ubi eum est mater amplexa.

273 COGNATA quasi Nerei.

274 CHIRON Saturni et Pelopae filius.

275 GENITOR Peleus.

276 NVTRITOR Chiron.

5

Lind. p. 443

304 SED FAX VIBRATA MEDVLLIS Virgilius <Aen. VIII 389 sq.>: 'accepit solitam flammam, notusque medullas intrauit calor et labefacta per ossa cucurrit'.

308 EBVR CORRVPITVR OSTRO Virgilius <Aen. XII 10 67 sq.>: 'Indum sanguineo ueluti uiolauerit ostro si quis ebur'.

Lind. p. 444

323 PROTERVOS superbos.

328 DOMAT componit.

329 DILECTA tractata.

15

330 LIMBO limbus dicitur fascia, quae ambit in extremitate uestium secundum antiquum ritum. Virgilius <Aen. V 250 sq.>: 'uictori chlamydem auratam, quam plurima circum pupura'.

Lind. p. 445

353 AMAZONIO Amazones dictae sunt, uel quod simul 20 uiuant sine uiris quasi ἄμα ζῶσαι, uel quod unam mam- mam exustam habent quasi ἄνευ μασθῶ.

Lind. p. 446

372 IDALIAE VOLVCRES columbae, quae sunt Veneri consecratae.

387 CRETA RHEAE haec fabula est: Saturnus post- 25 quam a Themide oraculo comperit a filio regno se posse depelli, natos ex Rhea uxore deuorabat. quae natum Iouem pulchritudine delectata Nymphis commendauit in monte Cretae Dictaeo, ubi eum aluerunt apes. et adhibiti sunt Curetes et Corybantes, qui tinnitu aeris prohiberent 30

2 mater est L || 3 nereis M || 4 Pelopes L *legendum est* Philyrae (cf. *myth. I 103 et II 62*) || 8 notasque L || 11 Ludum L || 13 SVPERBOS proteruos L || 14 componit^v M || 15 TRAC- TATA dilecta LM || 16 cf. *schol. Theb. VI 345 (367)* | quae ad extremitatem uestram L || 18 Victor L || 20 AMAZONCAI M || 21 quod simul unam L || 22 ANET MAZICI M || 25 CRETA RHEAE] Nationis (= nati Iouis) M || 27 ex crea M || 30 qđ hinnitu M

audiri pueri uagitum. unde ipsi sunt Matris deum ministri. ut autem fingatur Saturnus filios suos comesse, haec ratio est, quia dicitur deus esse aeternitatis et saeculorum.

5 Graece *Κρόνιος* quasi *χρόνος* id est tempus dicitur. ergo quo more tacebat Creta Rheae, id est: quia illis Creta Iouis nutritus est, ne a Saturno patre occideretur, sic tu, o Scyros, commendatum tibi Achillem absconde.

388 DELO Delos et ciuitas dicitur et insula. unde
10 interdum recipit praepositionem. Delos autem dicta est, quia, cum ubique Apollinis responsa obscura sint, manifesta illic dantur oracula. nam *δῆλον* Graeci manifestum dicunt.

390 CYCLADAS Cyclades non ideo dictae sunt, quia
15 in rotunditate sunt, eo quod Graeci *κύκλον* rotundum uocant, sed quod longo ordine eas circumire necesse est propter promunturia periculosa.

393 THIASI thiasos saltationes, choreas Liberi id est Liberalia.

20 397 INTEREA MERITOS VLTRIX originem belli Troiani taliter historia refert: Herculem, cum Colchos iret perdito Hyla, post peragratam Mysiam nauibus Troiam uenisse. a cuius portu cum eum Laomedon arceret, occisus est, et eius filia Hesiona belli iure sublata comiti Telamoni tra-
25 dita est, qui primus ascenderat murum. unde natus est Teucer. nam Aiacem ex alia constat esse natum. tunc Hercules Priamum quoque redemptum a uicinis hostibus in paterno regno locauit. unde et Priamus dictus est ἀπὸ

4 inde L || 5 ΚΡΟΝΟΣ q̄ ΚΡΟΝΟΣ M || 6 illic? || 7 Cretae? certa L cerua *anonym. Heidelb.* || 8 si tuos cyros M || 10 nitidum L interdum M || 11 utique L | responsa *om.* M | sit L || 12 illis dentur L || 15 in rotunditatem L | cyclon M || 17 propter *om.* M | promuntoria L promuntoria M || 18 THIASOS (*om.* THIASI) L || 20 INTEREA MERITOS VLTRIX *inserui, ne lemma deesset* | Thebani LM Troiani Le || 24 filiam M | comite lamotii L || 25 unde] unus M || 27 redemptus L || 28 patrio L | (*om.* et) est Priamus dictus L | Ariotoymace aud emi M

τοῦ πλασθαι id est emere. ceterum quae de liberata dicuntur Hesiona, constat esse fabulosa. postea cum creuisset, Priamus uolens repetere sororem profectus est cum legatis Salamina, ubi constabat eam regnare. et minime eam repetere ualuerunt Graecis dicentibus eam habere iure bellorum. unde commotus Priamus misit Paridem cum exercitu, ut aliquid tale abduceret aut uxorem regis aut filiam. qui cum ambulasset, sollicitauit Helenam, Menelai uxorem. quae cum ei consentire noluisset, egressus est ille et ciuitatem obsedit. qua euersa Helenam rapuit. unde et postea a marito recipi meruit.

Lind. p. 448

404 FOEDVS quod dicit foedus, historiam tangit, quae refert, quod Troiani cum Graecis foedus habuerint, unde etiam Paris amicabiliter est susceptus hospitio et sic commisit adulterium.

Lind. p. 451

444 CLASSIS classis dicitur uel quod fiat de fustibus. 'calas' enim dicebant maiores nostri fustes, quos portabant serui sequentes dominos ad proelium. unde etiam 'calones' dicebantur. nam consuetudo erat militis Romani, ut ipse sibi arma portaret, ipse uallum. uallum autem dicebant calam sicut Lucilius: 'scinde calam, ut caleas', id est: o puer, frange fustes et fac focum. inde ergo classem dictam dicunt. alii magis hinc classem dictam uolunt: apud maiores nostros stipendium proelio terrestri miles pedester dabat. equites uero dabant in nauali certamine: nam adhuc populus pauper fuerat. exinde etiam, quod ab equitibus dabatur stipendium, tractum est, ut diceretur classis. proprie enim classes equitum dicimus.

447 AVLIS insula est, in qua coniurarunt Graeci se non ante reuersuros, quam Troia caperetur.

1 emeie L || 2 excreuisset L || 5 se *addere nolui* || 6 unus M || 8 dum LM || 9 qui M || 11 *recipit L || 17 calos L cales M || 20 ipse²] et calo *coni. L. Mueller.* || 21 *Lachmann. p. 91* || 22 o *om. L* | strange M || 23 ductam M || 27 iam L | quo M | ab *om. L* || 28 classes *om. superscr. M* | classes M classis L

469 TYDIDES Diomedes, Tydei et Deipyles filius.

STHENELVS Capanei et Euadnes.

472 VLIXES Laertae et Anticliae filius. alii dicunt Sisyphi et Anticliae filium, quae ante nuptias cum Sisypho, Aeoli filio, concubuit, unde Vlixes natus est. hoc et in Ouidio Ajax obiecit.

480 STYGIOS AMNES Styx palus est quaedam apud inferos, de qua legimus <Aen. VI 324>: 'di cuius iurare timent et fallere numen'. quod secundum fabulas ideo est, quia dicitur Victoria, Stygis filia, bello Gigantum Ioui fauisse. pro cuius rei remuneratione Iuppiter tribuit, ut dii iurantes per eius matrem non audeant fallere. ratio autem haec est: Styx maerorem significat. ἀπὸ τοῦ στυγερῶς id est a tristitia Styx dicta. dii autem laeti sunt semper. inde etiam immortales, quia ἄφθαρτοι καὶ μακάριοι. ergo quia maerorem non sentiunt, iurant per rem suae naturae contrariam id est tristitiam, quae aeternitati contraria. in qua Thetis Achillem mersit eius mortem timens eo, quod natus mortali patre esset, et totum impenetrabilem fecit excepta corporis parte, per quam eum tenuit. ubi postea a Paride percussus est.

543 FECUNDVM callidum. Virgilius <Aen. VII 338>: Lind. p. 454 'fecundum concute pectus'.

546 SIC DEVS optantis est. Virgilius <Aen. X 875>: 25 'sic pater ille deum faciat, sic altus Apollo!'

593 AGENOREI BACCHI Thebani, quod illic colitur eximie, quia ibi natus est. Agenor autem rex Phoenices fuit. de quo natus est Cadmus, qui Thebas condidit. nota fabula est. et imitatur hoc loco Virgilium, qui

1 TYDIDES om. M | Deiphiles L deiphilē M || 2 Eractnes L || 3 Lertae L lerte M | Antiöchae L || 5 Cocli L | et] ei? || 6 (in om.) auidio M | met. XIII 31 sqq. || 8 iuuare L || 12 dii] olim M | auderent L || 13 ē om. ante hęc inser. M | memorem L | ANUTOYCITEPOY M || 14 di L || 15 inmortales M | αφ////ἀπτui KAIMAKAPIOI M || 17 id . . . contraria om. L || 19 mortale LM || 21 a om. M || 23 concurra L || 25 faueat L || 26 bachi M || 27 quia & ibi M | est om. M | autem om. M || 29 est om. M | uirgilius M

ubicumque lucum ponit, sequitur eam consecratio. ut <Aen. IX 3 sq.>: 'luco tum forte parentis Pilumni Turnus sacra ualle sedebat'. lucus autem dicitur, quod non luceat, non quod sint ibi lumina causa religionis, ut quidam uolunt.

599 DVCTOR Lycomedes.

Lind. p. 455 628 SPERCHIE fluius Thessaliae, ubi Achilles apud Chironem nutritus est.

629 PROMISSASQVE COMAS consuetudo enim erat apud antiquos, ut quis, prout libitum erat, diuersis deabus uel 10 fluminibus crinem aut barbam suam uoueret.

634 THYRSIS hasta pampinea.

Lind. p. 459 718 ILLI SVBRIDENS ITHACVS pro Ithacesius. principale pro deriuatio ponitur.

Lind. p. 461 763 EXTEMPLO ilico, mox. et est augurum sermo. 15 templum enim dicitur locus manu designatus in aere. post quem factum ilico captantur auguria.

Lind. p. 464 951 TROIA regio est Asiae, Ilium ciuitas Troiae. ple- rumque tamen confundunt poetae et pro ciuitate uel regione uel prouincia ponunt. ut Iuuenalis <X 266>: 'et 20 flammis Asiam ferroque cadentem'.

1 ubicumque cum lucum L | lucum om. M || 2 sacrabat M || 3 lucanus M || 6 Auctor LM || 7 per sius M || 9 enim om. M || 11 uouere. ut M || 13 ILLI SVBRIDENS om. M | ithacensius M || 14 ponitur om. L || 15 illico L | et om. L || 16 designatur M || 20 prouinciam M

Tabula locorum,
quibus commentarii cum Mythographis Vaticanis
aliquatenus consentiunt.

Theb. I 5: Myth. II 77; I 149.	Theb. I 274: Myth. II 146; I 21.
" I 7: " II 77.	" I 275: " II 151; I 61.
" I 10: " II 74, 77.	(" I 278: " II 198; I 184;
" I 11: " II 83, 78; III	" I 282: " I 80, 198.
12, 5.	" I 304sq. " III 9, 5.
" I 12: " II 79; I 120.	" I 324: " II 103.
" I 33: " II 43.	" I 325: " II 147.
" I 66: " II 143; I 169.	" I 333: " II 127 (I 167);
" I 98: " II 114.	II 123.
" I 106: " I 170.	" I 355: " II 160.
" I 168: " II 83.	" I 384: " II 163; I 62;
" I 173: " I 189.	III 13, 4.
" I 179: " I 150, 151,	" I 476: " II 133; I 48;
204; II 78.	II 205; I 209.
" I 214: " II 13; I 27.	" I 477: " III 6, 23; II
" I 221: " II 57; I 118;	12; I 209.
III 8, 14.	" I 485: " II 160.
" I 230: " I 12; II 102;	" I 509: " III 8, 5.
III 6, 21.	" I 543 cf. Theb. I 278.
" I 252: " II 8.	" I 554: Myth. II 23; I 116;
" I 254: " I 18; II 89;	III 8, 4.
III 9, 3.	" I 570: " I 168.
" I 255: " II 110, 111;	" I 704: " III 8, 4; II 19.
I 157; III 3, 5.	" I 710: " II 104; I 13.
" I 258: " I 105; III 3,	" I 711: " I 156; II 71.
1 et 2.	" I 713: " II 128; I 205.
" I 265: " II 90, 91; III	" I 717: " II 19.
7, 4.	" II 4: " I 183; II 51.
" I 271: " II 173; I 166.	

Theb. II 29: Myth. I 57; II 11, 149; III 6, 22.	Theb. IV 103: Myth. II 144; I 198.
" II 95: " II 84.	" IV 106: " II 165.
" II 165: " II 165; I 58.	" IV 160: " II 160; I 52.
" II 166: " II 146; I 21, 234.	" IV 223: " II 181; I 117.
" II 220 cf. Theb. I 255.	" IV 224: " II 188.
" II 222: Myth. I 134; II 103.	" IV 225: " II 27.
" II 272: " I 151.	" IV 226: " II 33; I 175.
" II 274: " II 185.	" IV 254: " II 50.
" II 280: " II 161; I 38.	" IV 275: " III 1, 11(10).
" II 281: " I 23; II 132, 136; III 15, 1.	" IV 276: " III 1, 10.
" II 286: " I 132; II 36; III 11, 2.	" IV 306: " I 22; II 147.
" II 380: " II 105.	" IV 309: " I 174.
" II 382: " II 123; I 3; II 96; I 8.	" IV 460: " II 177, 178; I 6; III 6, 28.
" II 433: " I 45; II 200.	" IV 463: " III 6, 32.
" II 481: " I 146; II 144.	" IV 482: " II 41.
" II 563: " I 162; II 108.	" IV 530: " I 172.
" II 617: " I 164.	" IV 539: " II 106.
" III 27: " I 32; II 129; III 15, 8.	" IV 550: " I 15; II 211.
" III 98: " III 9, 12.	" IV 570: " I 97; II 74.
" III 191: " I 156.	" IV 589: " I 71; II 131.
" III 274: " II 78; I 151.	" IV 655: " II 19; II 61; III 15, 6.
" III 283: " II 219; I 75; III 11, 3.	" IV 658: " II 98; I 31.
